

R-12254

TITI LIVII PATAVINI  
DECAS TERTIA.



*Coordinatore  
Lavorando*

BIBLIOTECA  
UNIVERSITARIA  
DE  
GRANADA

2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13

3

3

*[Handwritten signature]*

R-12254

TITI LIVII PATAVINI  
DECAS TERTIA.



*Coscienza  
Lecce*



T. LIVII PATAVINI RERVM AB  
VRBE CONDITA LIBRI  
XXI EPITOME.

**I** N Italia belli punici secundi acta  
narrantur: et Annibalis Pœnorum  
ducis contra fœdus per Iberum am-  
nem transitus: à quo Saguntus socio-  
rum populi Romani ciuitas octauo  
mense capta est. de quibus iniurijs mis-  
si legati ad Carthaginenses, qui quererentur. Et cum sa-  
tisfacere nollent: bellum ijs indictum est. Annibal supe-  
rato Pyreneo salua, per Gallias fuis, qui obsistere ei cona-  
uerant: ad Alpes uenit: Et laborioso per eas transitu ci-  
môtanos quoq; Gallos obuios aliquot plijs repulisset: de-  
scēdit in Italiã: Et ad Ticinum amnem Romanos eque-  
stri prælio fudit: in quo uulneratam P. Cornelium Scî-  
pionem protexit filius: qui Africani postea nomen acce-  
pit. iterumq; exercitum Romano ad flumen Trebiam fuso,  
Annibal Apenninum per maximam militum uexatio-  
nem propter uim tempestatum transijt. Cn. Cornelius  
Scipio in Hispania contra Pœnos prospere pugnauit, du-  
ce hostium Magone capto.

LIBRI XXII.

**A** Nnibal per continuas uigilias in paludibus  
oculo amisso, uenit in Hetruriam: per quas  
paludes quatriduo, Et tribus noctibus sine  
ulla requie iter fecit. C. Flaminius COS. homo teme-

rarius contra auspicia profectus, signis militaribus effo-  
fis, quæ tolli non poterant: & ab equo, quem conscende-  
rat: per caput deuoluit, insidijs ab Annibale circumue-  
tus ad Trasimenum lacum cum exercitu cæsus est. Sex  
millia, quæ eruperant: fide ab Maharbale data, perfidia  
Annibalis uincta sunt. Cum ad nuntium cladis Ro-  
mæ luctus esset: duæ matres in sper. ito receptis filijs, gau-  
dio mortuæ sunt. Ob hanc cladem ex sibyllinis libris uer-  
sacrum uotum. Cû deinde Q. Fabius Maximus dicta-  
tor aduersus Annibalem missus nollet acie cum eo consti-  
gere: ne contra ferocem tot uictorijs hostem terriam ad-  
uersis prælijs militem pugna committeret: & opponen-  
do se tantummodo conatus Annibalis impediret: M. Mi-  
nuthus magister equitum, feroc & tenerarius, criminan-  
do dictatorem, tanquam timidum & segnem, effecit:  
ut populi iussu ei imperium cum dictatore æquaretur.  
diuisiq; exercitu, cum in iniquum locum conflixisset: &  
in maximo discrimine legiones eius essent: superuenien-  
te cum exercitu Fabio Maximo ex discrimine liberatus  
est. quo beneficio uictus castra cum eo innox: et patrem  
eum salutauit: idemq; milites facere commilitonibus ius-  
sit. Annibal uastata Campania inter Casilinum oppi-  
dum, & Callicalam montem à Fabio clausus, sarnen-  
tis ad cornu aboum alligatis, & incensis, præsidium Ro-  
manorum, quod Callicalam infidebat: fugauit: & sic  
transgressus est saluum, idemq; Fabij Maximi dictator-  
is, cum circumposita uerret: agro pepercit: ut illum tan-  
quam proditorem suspectum faceret. Aemilio deinde  
Paulo, & Terentio Varrone COSS. & duobus cû  
maxima clade aduersus Annibalem ad Cannas pugna

um est: caesaq; eo prælio Romanorum quadragintaq;  
millia cum Paulo consule, & senatoribus LXXX, con-  
sularibus atq; prætorijs aut ædilitijs triginta. Post quam  
cladem cum à nobilibus adolescentibus propter despera-  
tionem consilium de relinquenda Italia iniretur: P. Cor-  
nelius Scipio tribunus militum, q; postea Africanus num-  
cupatus est: stricto super capita deliberantium ferro, iur-  
rauit pro hoste se habiturum eum: quin uerba sua non  
iurasset: effecitq;: ut omnes minime relictum iri à se Itali-  
am iureiurando astringerentur. Prætereatrepidatiõem  
urbis, & luctum, & res in Hispania meliore euentu ge-  
stas continet. Opimia, et Flornia uestales uirgines ince-  
sti damnatæ sunt. Propter paucitatem uero militum ser-  
uorum octo millia armata sunt. captiui, cum potestas  
esset redimendi: redempti non sunt. Varroni obnatiõ  
est: & gratia actæ: quod de Rep. non desperasset.

### LIBRI XXIII.

Ampiani ad Annibalem defecere. Nuntius can-  
c nensis uictoriæ Mago Carthaginensi missus  
annulos aureos à digitis occisorum Roma-  
norum detractos in uestibulo curiæ fudit: quos excessisse  
modij mensuram tradiiur. post quem quidem nuntium  
Hano ex Pœnis uir nobilissimus suadebat senatui Car-  
thaginensium: ut pacem à populo Romano peterent:  
nec tenuit, obstrepente barchina factione. Claudius  
Marcellus prætor ad Nolam eruptione aduersus Annibalem  
ex oppido facta prospere pugnauit. Exercitus An-  
nibalès per hyberna Capuæ ita luxuriatus est: ut corporu



uiribus, atq; animorum eneruaretur. **Casilinum** à Pœnis obfessum ita fame uexatum est: ut lora, & pelles scutis detractas, item mures essent: & nucibus per **Vulturinum** aminem à Romanis missis uiixerint. **Senatus** ex equestri ordine hominibus centum nonaginta septem superpletus est. **L. Posthumus** prætor à Gallis cum exercitu cæsus est. **Cn. & P. Scipiones** in Hispania **Asdrubalem** uicerunt: & Hispaniam suam fecerunt. Reliquia cannenensis exercitus in Siciliam relegata sunt: ne recederent inde, nisi finito bello. Inter **Philippum** Macedonum Regem, & **Annibalem** societas iuncta est. **Sempronius Gracchus** COS. **Campanos** cecidit. Præterea in **Sardinia** feliciter à **T. Manlio** prætore aduersus **Pœnos**, **Sardos**q; res gestas continet: à quo **Asdrubal** dux, & **Mago**, & **Hanno** capti. **Claudius Marcellus** prætor **Annibal**is exercitum ad **Nolam** plio fudit: et uicit: primusq; omnium tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit.

### LIBRI XXIII.

**Ieronymus** **Syracusanorum** Rex, cuius amicus  
h **Hiero** amicus populo Romano fuerat: ad **Carthaginenses** defecit: & propter crudelitatem, superbiamq; à suis interfectus est. **T. Sempronius Gracchus** proconsul prospere aduersus **Pœnos**, & **Hannonem** ducem ad **Beneuentum** pugnavit: seruorum maxime opera: quos liberos esse iussit. **Claudius Marcellus** COS. in **Sicilia**, quæ propè tota ad **Pœnos** defecerat: **Syracusas** obfedit. **Philippo** **Macedonum** Regi bellum indictum est, qui ad **Apolloniam** nocturno prælio op-

pressus, fugatusq; in **Macedoniam** cum propè inextincti exercitu profugit. ad id bellum gerendum **Valerius** prætor missus est. Res præterea in **Hispania** à **P. & Cn. Scipionibus** aduersus **Carthaginenses** gestas continet. **Syphax** Rex **Numidarum** in amicitiam ascitus contra **Masanißam** Regem **Masæfulorum** pro **Carthaginensibus** pugnavit, uictus, in **Hispaniam** ad **Scipionem** cum maxima manu transijt contra **Gades**: ubi angusto freto **Africa**, & **Hispania** dirinuntur. **Celnteri** quoq; in amicitiam recepti sunt: quorum auxilijs accitis, tunc primum mercenarium militum romana castra habuerunt.

### LIBRI XXV.

**Cornelius Scipio**, postea **Africanus**, ante legio  
P. timos amos adules factus est. **Annibal** urbem **Tarentum** præter arcem per **tarentinos** iuuenes, qui se noctu uenatum ire simulauerant: cepit.

**Ludi Apollinæres** ex **Martij** carminibus, quibus cannenensis clades prædicta fuerat: instituti sunt. **A. Q. Fuluius**, & **A. P. Claudio** **COSS.** aduersus **Hannonem** **Pœnorum** ducem prospere pugnatum est. **T. Sempronius Gracchus** proconsul ab hospite suo **Lucano** in insidias ductus, à **Magone** interemptus est. **Centenius Penula**, & centurio militauerat: cum petisset à **senatu**: ut sibi exercitus darentur: pollicensq; esset, si hoc impetrasset: de **Annibale** uictoriam: octo millibus acceptis militum dux factus conflixit acie cum **Annibale**: qui cum exercitu eum cecidit. **Cn. Fuluius** prætor male aduersus **Annibalem** pugnavit: in quo prælio hominum sexdecim millia ceciderunt.

ruit: ipse cum equitibus ducentis effugit. Capua obsessa est à Q. Fulvio, & ab Ap. Claudio COSS. Claudius Marcellus Syracusas expugnauit anno tertio: & ingen-tem se uirum gessit. in eo tumultu urbis capta Archime-des intentus formis, quas in puluere descripserat: interfe-ctus est. P. & Cn. Scipiones in Hispania tot tantarūq; rerum feliciter gestarum tristem exitum uiderunt, prop-ter cum totis exercitibus caesi anno octauo, quam in Hispa-niam iuerant. amissaq; eius prouinciae possessio foret: ni-si L. Martij equitis Romani uirtute & industria contra-ctis exercituum reliquijs eiusdem hortatu: bina castra ho-stium expugnata essent. ad triginta septem millia caesa: ex mille octingentis: praeda ingens capta. dux Martius appellatus est.

#### LIBRI XXVI.

Nmbal ad tertium ab urbe Roma lapidem  
a super Amienem castra posuit. ipse uero cū duo-  
bus millibus equitum usq; ad portam Caper-  
nam, ut urbem suam exploraret: obequitauit. & Cū per-  
triduum in aciem utriusq; exercitus omnis descendisset:  
certamen tempestas diremit. nam cum in castra rediis-  
sent: statim serenitas erat. Capua capta est à Q. Fulvio,  
& Ap. Claudio COSS. principes campani ueneno sibi  
consciuerunt mortem. Cum senatus Campanorum des-  
ligatus esset ad palos: ut securi feriretur. literas à senatu  
missas Q. Fuluius COS. quibus iubebatur parere: an-  
tequam legeret, in sinu posuit: & lege agi iussit: et sup-  
plicium peregit. Cum in comitijs apud populum qua-

reretur: cui mandaretur Hispaniarum imperium: nul-  
lo id uolente suscipere, P. Scipio P. filius, qui in Hispa-  
nia ceciderat: professus est se iurum. & suffragio po-  
puli, consensuq; omnium missus, Nouam Carthaginem  
uno die expugnauit: cum ageret uigesimum quartū an-  
num: uidereturq; diuina stirpe creatus: quoniam et ipse,  
posteaquam togam accepit: quotidie in Capitolio erat:  
& in cubiculo matris eius anguis saepenumero uisus  
est. Res praeterea in Sicilia gestas continet: & amicitiam  
cum Aetolis iunctam, bellumq; gestum aduersum Aca-  
nandas, & Philippum Macedonum Regem.

#### LIBRI XXVII.

N. Fuluius proconsul cum exercitu ab Anniba-  
e le caesus est. Meliore euentu à Claudio Marcel-  
lo consule aduersus eundem ad Numistronem  
pugnatum est. inde Annibal noctu recessit. Marcellus in-  
secutus est: et subinde cedentem pressit: donec effugeret.  
priori pugna Annibal superior fuit: Marcellus insequen-  
ti. Fabius Maximus pater COS. Tarētinos per dedir-  
tionem accepit. In Hispania ad Betulam Scipio cum  
Asdrubale Amilcaris conflixit: & uicit. inter alia captū  
puerum regalem eximia forma ad auunculum Masa-  
missam cum donis misit. Claudius Marcellus, r. Quin-  
tius Crispinus COS. speculandi causa egressi à castris  
insidijs ab Annibale circumuenti sunt. Marcellus occisus  
fuit: Crispinus fugit. Res praeterea à P. Sulpitio prae-  
to re aduersus Philippum, & Achaos gestas continet.  
Lustrum à censoribus conditum est: censa sunt ciuium

capita centum triginta septem milla, centum & octo  
ex quo numero apparuit quantum hominum tot præ-  
liorum aduersa fortuna populo Romano abstulisset.  
Asdrubal, qui cum exercitu nouo transcenderat Alpes:  
ut se Annibali coniungeret: cum millibus hominū LVI  
caesus est M. Liniij consulis ductu, non minore opa Clau-  
dij Neronis consulis, qui cum Annibali oppositus esset:  
relictis castris, ita ut inimicum falleret: electa manu pro-  
fectus Asdrubalem circumuenit.

### LIBRI XXVIII.

Es in Hispania prospere gesta à Syllano Sci-  
pionis legato, & à L. Scipione fratre aduersus  
Pænos, à Sulpiño proconsule, & ab Atta-  
lo Rege Asia aduersus Philippum Regem Macedonū  
pro Ætolis referuntur. Cum M. Linius, & Claudio  
Neroni COSS. triumphus decretus esset: Linius, qui in  
provincia sua rem gesserat: quadrigis inuectus est: Ne-  
ro, qui in collega provinciam, ut uictoriam eius adiu-  
uaret: uenerat: equo est secutus: & in hoc habitu plus  
gloriæ reuerentiæq; habuit. nam & plus in bello, q̄ col-  
lega fecerat. Ignis in ade uestæ negligentia uirginis  
quæ non custodierat: extinctus est. uirgo cæsa est flagro.  
P. Scipio in Hispania cum pænis bellauit XIII anno  
eius belli, anno quinto, posteaquam ierat: exclususq; in to-  
tum possessione eius hostibus, Hispaniam recepit: & à  
Tarracone in Africam ad Syphacem Regem numida-  
rum duobus nauigijs transuectus, sædus inuixit. Asdru-  
bal Gisgonis ibi cum eo in eodem lecto accubauit. mur-

us gladiatorum in honore patris, patriq; Carthagi-  
ni Nonæ dedit, non ex gladiatoribus: sed ex ijs: qui aut  
in honorem ducis, aut ex prouocatione in certamen de-  
scendebant: in quo reguli fratres de regno ferro conten-  
derunt. Cum Astapa urbs ab Romanis oppugnaretur:  
oppidani liberos, & coniuges rogo extracto occiderunt:  
se insuper præcipitauerunt. ipse Scipio dum graui mor-  
bo implicatus esset: seditionem in parte exercitus motam  
firmatus discussit: rebellantesq; Hispaniæ populos coe-  
git in deditionem uenire. Et amicitia facta est cum Ma-  
saniissa Rege Numidarum: qui illi quidem auxilium, si  
in Africam traiecisset: pollicebatur. cū Gaditanis quoq;  
post discessum inde Magonis. cui ex Carthagine scri-  
ptum erat: ut in Italiam traiceret. Romam reuersus, con-  
sulq; creatus. Africam prouinciam petenti, contradicente  
Q. Fabio Maximo, Sicilia data est: permissimq;: ut in  
Africam traiceret: si e Repm esse censeret. Mago Amil-  
caris filius à minore Baleari insula, ubi hyemarat: in  
Italiam traiecit.

### LIBRI XXIX.

Siçilia C. Lælius in Africam à Scipione  
missus ingentem prædam reportauit: et man-  
data Masaniissæ Scipioni exposuit, querētis:  
quod non exercitum in Africā traiecisset. Bellum in Hi-  
spania finitum, uictore Romano: quod Indibilis excita-  
uerat. ipse in acie occisus: Mandonius exposcentibus Ro-  
manis à suis deditus est. Magoni, qui in Galliam, &  
Lignriā ierat: ex Africa & militum ampla manus mis-  
sa: & pecuniæ: quibus auxilia conduceret: præceptiq;:

ut se Annibali iungeret. Scipio à Syracusis in Brundis  
traiecit: & Locros pulso punico praesidio, fugatoq; An-  
nibale, recepit. Pax cum Philippo facta est. Idæa ma-  
ter deportata est Romam à Pefirunte oppido Phrygiæ:  
carmine in libris sbyllinis inuento: pelli Italia alienige-  
nam hostem posse: si mater Idæa deportata Romam eēt.  
tradita autem est Romanis per Attalum Regem Asiae.  
Lapis erat: quem matrem deum incolæ dicebant. exca-  
pit P. Scipio Nasica, Cn filius, eius, qui in Hispania pe-  
rierat: uir optimus à senatu iudicatus, adolescens nondū  
questorius: quoniam ita responsum habebatur: ut numē  
id ab optimo uiro reciperetur: consecrareturq;. Locrens-  
es legatos Romam miserunt: qui de impudentia Q. Ple-  
minij legati quererentur: quod pecuniam Proserpinæ ab-  
stulerat: & liberos eorum, et coniuges suprauerat. Ple-  
minius in catenis Romam per ductus in carcere mortui-  
sus est. Cum falsus rumor de P. Scipione proconsole, qui  
in Sicilia erat: in urbem per laus esset: tanquam luxuria  
reuer: missis ob hoc legatis à senatu, qui explorarent: an  
ea uera essent: purgatus infamia Scipio in Africam traier-  
cit senatus permisso. Syphax accepta filia in matrimo-  
nium Asdrubalis Gissonis, amicitiæ, quam cum Scipio-  
ne ipse iunxerat: renouauit. Masanissa Rex Ma-  
sesulorum, dum pro Carthagine in Hispania militat:  
amisso patre Gala, de regno exciderat. quo per bellum  
sape repente, aliquot prælijs à Syphate Rege Numida-  
rum uictus, in totum priuatus est: & cum ducentis equi-  
tibus exul Scipioni se iunxit: & cum eo primo statim  
bello Hannonem Amilcaris filium cum ampla manu  
interemit. Scipio aduenit Asdrubalis & Syphacis, q

propè cum centum millibus armatorum uenerant: ab ob-  
sidione vtica depulsus byberna communivit. Sempro-  
nius COS. in agro crotoniensi prospere aduersus Anni-  
balem pugnavit. Lustrum à censoribus conditum est.  
censa sunt ciuium capita CC XV millia. Inter cen-  
sores M. Liuium, & Claudium Neronem notabilis di-  
scordia fuit. nam & Claudius Liuium collegæ equū ade-  
mit: quod à populo Romano damnatus, actusq; in exi-  
lium fuerat: & Liuius Claudio: quod falsum in se tes-  
timonium dixisset: & quod minime bona fide secum  
in gratiā redisset. idem omnes tribus, extra unam, era-  
rias reliquit: & quod innocentem se damnasset: et po-  
stea consulem, censoremq; fecissent.

#### LIBRI XXX.

N Africa Scipio Carthaginenses, et eundem  
i Syphacem Numidarum Regem, Asdruba-  
lemq; pluribus prælijs uicit, adiunante Masa-  
nissa: binasq; hostium castra expugnauit: in quibus XL  
millia hominum ferro igniq; consumpta sunt. Syphacē  
per C. Lælium cepit. Masanissa Sophonisbam uxore  
Syphacis, filiam Asdrubalis, captam statim ad amavit:  
& nuptijs factis uxorem habuit: casti gatusq; à Scipio-  
ne uenenum ei transmisit: quo quidem hausto illa deces-  
sit. Effectumq; est multis Scipionis uictorijs: ut Carthagi-  
nenses in desperationem acti in auxilium publicæ salu-  
tis Annibalem ex Italia reuocarent. isq; anno decimo sex-  
to Italia discedens in Africam traiecit: tentauitq; p collo-  
quium pacem cum Scipione componere: et cum de con-

ditionibus pacis non conuenisset: acie uictus est. Pax Carthaginiensibus data est petentibus. Annibal Gisgonem pacem dissuadentem manu sua detraxit: excusata deinde temeritate facti, ipse pacem suavit. Mago bello, quo in agro Insubrium cum Romanis confixerat: uulneratus, dum in Africam per legatos reuocatus reuertetur: ex uulnere mortuus est. Reuersus in urbem Scipio amplissimum, nobilissimumque egit triumphum: quem Q. Terentius Culleo senator pileatus secutus est. Scipio Africanus, incertum militari prius fauore, an populari aurata cognominatus sit, primus certe hic imperator uictae a se nomine gentis nobilitatus est.

1  
T. LIVII PATAVINI HISTORIA  
RVM AB VRBE CONDITA  
DECADIS TERTIÆ LL  
BER PRIMVS.

*N PARTE OPERIS MEI licit mibi præfari, qđ in principio summe totius professi pleriq; sunt rerum scriptores: bellum maxime memorabile omnium, quæ unquam gesta sint: me scripturum: quod Annibale duce Carthaginienses cum populo Romano gessere. nam neq; ualidiores opibus ulla inter se ciuitates, gentesq; contulerunt arma: neq; ijs ipsis tantum unquam uirium, aut roboris fuit. & haud ignotas belli artes inter se, sed expertas primo punico conferebant bello. & adeo uaria belli fortuna, ancepsq; Mars fuit: ut propius periculo fuerint, qui uicere. odijs etiam propè maioribus certarunt, quam uiribus: Romanis indignantibus, quod uictoribus uicti ultro inferrent arma: Pœnis, quod superbe, auareq; crederent imperitatum uictis esse. Fama etiam est: Annibalem an norum fermè nouem pueriliter blandientem patri Amilcari, ut duceretur in Hispaniam: cum perfecto Africo bello exercitum eò traiecturus sacrificaret: altaribus ad motum, tactis sacris iureiurando adactum se, cum primum posset: hostem fore populo Romano Angerant ingentis spiritus uirum Sicilia, Sardiniaq; amissæ. nam & Siciliam nimis celeri desperatione rerum concessam: & Sardiniam inter motum Africæ fraude Roma,*

*norum, stipendio etiam superintposito interceptam. His  
 anxius curis ita se Africo bello, quod fuit sub recentem  
 Romanam pacem: per quinque annos: ita deinde nouem  
 annis in Hispania augendo Punico imperio gessit: ut ap-  
 pareret maius eum quam quod gereret; agitare in ani-  
 mo bellum: & si diutius uixisset: Amilcare duce Pœnos  
 arma Italiae illaturos fuisse: quæ Annibalis ductu intule-  
 runt. Mors Amilcaris peropportuna, & pueritia Anni-  
 balis, distulerunt bellum. Medius Asdrubal inter pa-  
 trem & filium, octo ferme annos imperium obtinuit:  
 flore ætatis (uti ferunt) primo Amilcari conciliatus: ge-  
 ner inde ob altam indolem profectus animi ascitus: &  
 quia genere erat factionis Barchinæ opibus, quæ apud  
 milites plebemq; plus quam modica erant: haud sanè  
 uoluntate principum in imperio positus. Is plu-  
 ra consilio quam ui gerens, hospitij regulorum magis,  
 conciliandisq; per amicitiam principum nouis gentibus,  
 quam bello aut armis, rem Carthaginensem auxit.  
 Cæterum nihilo ei pax tuior fuit. barbarus eum qui-  
 dam palam ob iram interfecti ab eo domini obrunca-  
 uit. comprehensusq; à circumstantibus haud alio quam  
 si euasisset uultu, tormentis quoq; cum laceraretur: eosu-  
 it habitu oris: ut super ante lætitia dolores, ridens etiam  
 speciem præbuerit. Cum hoc Asdrubale, quia miræ artis  
 in sollicitandis gentibus, imperioq; iungendis suo fue-  
 rat: fœdus renouauerat populus Romanus: ut finis u-  
 triusq; imperij esset amnis Ibtærus: Saguntinensq; medijs  
 inter imperia duorum populorum libertas seruaretur. In  
 Asdrubalis locum haud dubia res fuit quin prærogati-  
 uam militarem, qua extemplo iuuenis Annibal intra  
 prætorium delatus: imperatorq; in genti omnium clau-*

*more atq; assensu appellatus erat: fauor etiam plebibus ser-  
 queretur. Hunc uix dum puberè Asdrubal litteris ad se  
 accesserat: actaq; res in Senatu etiam fuerat: Barchi-  
 nis nitentibus ut assuesceret militiæ Annibal: atq; in pa-  
 ternas succederet opes. Hammo alterius factionis prin-  
 cept, & æquum postulare uidentur, inquit, Asdrubal: &  
 ego tamen non censeo quod petit, tribuendum. Cum ad  
 miratione tam ancipitis sententiæ in se omnes conuersis-  
 set: flore ætatis, inquit, Asdrubal, quem ipse patri An-  
 nibalis fruendum præbuit: iusto iure eum à filio repe-  
 ri censeat, nos tamen minime decet iuuentutem nostram  
 pro militari rudimento assuescere libidini imperatorum.  
 An hoc inuenus? ne Amilcaris filius nimis sero imperi-  
 ria immodica, & regni paterni speciem uideat? & cur-  
 ius regis genero hæreditarij sunt relicti exercitus nostri:  
 eius filio parum mature seruiamus? Ego istum iuuenè:  
 domi tenendum sub legibus, sub magistratibus docen-  
 dum uiuere æquo iure cum cæteris censeo: ne quandoq;  
 paruus hic ignis incendium in gens excuscitet. Pænci, ac  
 fermè optimus quisq; Hannoni assentiebatur: sed ut ple-  
 runq; fit) maior pars uelociorem uicit. Missus Annibal in  
 Hispaniam primo statim aduentu omnem exercitum in se  
 conuertit. Amilcarem uiuentem reditum sibi ueteres mi-  
 lites credere: eundem uigorem in uultu uimq; in oculis,  
 habitum oris, lineamentaq; intueri. deinde breui efficit:  
 ut pater in se minimum momentum ad fauorem concilia-  
 dum esset. Nunquam ingenium idem ad res diuersissis-  
 mas, parendum atq; imperandum, habilis fuit. Itaq;  
 haud facile discerneres: utrum imperatori, an exercitui  
 charior esset. neq; Asdrubal alium quenquam præscere:  
 ualle: ubi quid fortiter ac strenue agendum esset: neq;*

milites alio dūce plus confidere, aut audere. plurimum audaciæ ad pericula capeſſenda: plurimum conſilij inter ipſa pericula erat. nullo labore aut corpus fatigari, aut animus uinci poterat. calorſ, ac frigoriſ, patientia par. cibi, potioniſq; deſyderio naturali, non uoluptate modus finitus. uigiliarum, ſomniq; nec die, nec nocte diſcriminata tempora. id quod gerendiſ rebus ſuperſeſſet: quæ datū. ea neq; molli ſtrato, neq; ſilentio accerſita. nullū ſæpe militari ſagulo opertum, humili iacentem inter cuſtodias, ſtationeſq; militum conſpexerunt. ueſtiſ nihil inter æquales excellens: arma, atq; equi conſpiciebantur. equitum, peditarumq; idem longe primus erat. princeps prælium imbat: ultimus conſerto prælio excedebat. Haſ tantæ uiri uirtuteſ, ingentia uita æquabant: inhumana crudelitateſ, perſidia plus quàm Punica, nihil ueri, nihil ſancti, nulluſ deum metuſ, nullum inſiurandum, nulla religio. Cum hac indole uirtutum, ac uictoriarum triennio ſub Aſdrubale imperatore meruit: nullare, quæ agenda uidentaq; magno ſuuro duci eſſet: prætermiſſa. Cæterum ex quo die dux eſt declaratuſ: uelut Italia ei prouincia decreta bellumq; Romanum mandatuſ eſſet: nihil protelandum ratus, ne ſe quoq; ut patrem Amilcarem, deinde Aſdrubalem, cunſtantem caſuſ aliquiſ opprimeret: Saguntiniſ inferre bellum ſtatuit. quibuſ oppugnandiſ quia haud dubie Romana arma mouebantur: in Olcadum ſineſ priuſ (ultra Iberum ea gens in parte magiſ, quàm in ditone Carthaginiēſumerat) induxit exercitum: ut non petiſſe Saguntinoſ, ſed rerum ſerie, ſuam domitiſ gentibuſ iungendoq; tractuſ ad id bellum uideri poſſet. Cartæiam urbem opulentam caput gentiſ eiſ expugnat: diripiſq; quo mem percuſſæ minoreſ:

cuitateſ, ſtipendio impoſito imperium accipere. uictor exercituſ, opulentiſq; præda Carthaginiem Nouamin hyberna eſt deductuſ. Ibi large partiendo prædam, ſtipendia præterita cum fide exoluendo, cunctiſ ciuium ſuorum ſociorumq; animiſ in ſe firmatiſ, nere primo in Vacceos promotum bellum. Hermandica, & Arbacala Cartæiorum urbeſ ui captæ. Arbacala & uirtute, & multitudine oppidanorum diu deſenſa. Ab Hermandica profuſq; exulibuſ Olcadum, priore æſtate domitiſ gentiſ, cum ſe iunxiſſent: concitant Carpentanos: adortiſq; Annibalem reſſum ex Vacceiſ haud procul Tago ſtumine, agmen graue præda turbauere. Annibal prælio abſtinuit: caſtriſq; ſuper ripam poſitiſ, cum prima quiete, ſilentiumq; ab hoſtibuſ fuit amnem uado traiecit. ualloq; ita producto, ut locum ad tranſgrediendum hoſteſ haberent: inuadere eoſ tranſeunteſ ſtatuit. equitibuſ præcepit: ut cum inreſſoſ aqum uiderent: adortentur pedum agmen, in ripa elephantoſ ante quaſ draginta diſpoſuit. Carpentanorum cum appendicibuſ Olcadum, Vacceorumq; centum millia fuere: inuictæ acieſ: ſi æquo dimicaretur campo. Itaq; ingenio ferocet, & multitudine freti, & quod metu ceſſiſſe credebant hoſteſ: id morari uictoriam rati, quod intereſſet amniſ: clamore ſublato, paſſim ſine ulliſ imperio qua cuiq; proximum eſt, in amnem ruunt. Et ex parte altera ripæ uis ingentium equitum in flumen immiſſa, medioq; alueo haudquaquam pari certamine concurſum: quippe ubi pedes inſtabiliſ, ac uix uado fidet uel ab inermi equite ex quo temere acſo peruerti poſſet: equet corpore armiſq; liber, equo uel per medioſ gurgiteſ ſtabili, comminuſ emiſuſq; rem gereret. Pars magna ſtumine abſumpta. qui



nam uorticoſo anni delati in hoſtes ab elephantis obtriſi ſunt . poſtremi , quibus ingreſſus in ſitam ripam tator fuit : ex uaria trepidatione cum in unum colligerentur : priuſquam tanto ex pauore reciperent animos : Annibal ægmine quadrato animem ingreſſus fugam ex ripa fecit : uaſtatiſq; agris , intra paucos dies Carpentanos quoq; in deditiõnem accepit . Etiam omnia trans Iberum , præter Saguntinos , Carthaginiẽſium erant . cum Saguntinis bellum nondum erat . cæterum iam belli cauſa certamina cum finitimis ſerebantur : maxime Turdetanis . quos cum ad iſſet idem , qui litis erat ſator : nec certamen iuris , ſed uim quæri appareret : legati à Saguntinis Romam miſſi : auxilium ad bellum iam hand dubie imminens orantes . Conſules tunc Romæ erant , P. Cornelius Scipio , & T. Sempronius Longus . qui cum legatis in Senatam introduciſ de Repub. renuliſſent : placuiſſetq; nũtũ legatos in Hiſpaniam ad res ſociorum inſpicuendas : quibus ſi uideretur digna cauſa : & Annibali denũtiarent , ut ab Saguntinis ſocijs populi Romani abſineret : & Carthaginem in Africam trañcerent : ac ſociorum populi Romani querimonias deferrent . hac legatione decreta , nec dum miſſa omnium ſpe celerius Saguntum oppugnari allatum eſt . tunc relata ex integro res ad Senatam . Alij prouincias conſulibus Hiſpaniam , atq; Africam decernentes , terra mariq; rem gerendam cenſebant . alij totum in Hiſpaniam , Annibalemq; intende bant bellum . erant qui non temere mouendam rem tantam , expeſtandoſq; ex Hiſpania legatos cenſerent . Hac ſententia , quæ tutiſſima uidebatur : uicij , legatq; eo maturius miſſi P. Valerius Flaccus , & Q. Fabius Pamphilus Saguntum ad Annibalem : atq; inde Carthaginem , ſi

non abſiſteretur bello : ad ducem ipſum in pœnam fedoris rupti depoſcendum . Dum ea Romani parant : conſultantq; iam Saguntum ſumma uic oppugnabatur . Ciuitas ea longe opulentiffima ultra Iberum fuit , ſita paſſus mille ferme à mari . oriundi à Zacyntho in ſula dicitur : miſſiq; etiam ab Ardea Ruualorum quidam generis . cæterũ in tantas breui creuerant opes , ſeu maritimis , ſeu terreſtribus fructibus . ſeu multitudinis incremento , ſeu ſanctitate diſciplinæ : qua fidem ſocialem uſq; ad perniciẽſeam coluerunt . Annibal in iſto exercitu ingreſſus fines , peruaſtatis paſſim agris , urbem tripartito aggredimur . An gulus muri erat , in plamorem patentioremq; , quàm cætera , circa uallẽ uirgens . aduerſus eum uineæ a gere inſinuat : per quas aries mœnibus admoueri poſſet . Sed ut locus procul muro ſatis æquus agendis uineis fuit : ita haudquaquam proſpere . poſtquam ad effectum operis uentum eſt : coeptis ſuccedebat . & turris in gens imminēbat : & murus , ut in ſuſpecto loco , ſupra cætera modum altitudinis emunitus erat . & iuuentus delecta , ubi plurimũ periculi ac laboris oſtendebatur : ibi uim maiore obſiſtebant . ac primo miſſilibus ſummonere hoſtem : nec quicquam ſatis tutum munientibus pati . deinde iam non pro mœnibus modo , atq; turri telamicare : ſed ad erumpendum etiã in ſtationes , operaq; hoſtium animus erat . quibus tanuluaris certaminibus haud ferme plures Saguntini cadebant , quàm Pœni . Ut uero Annibal ipſe , dum murum incautus ſubit : aduerſum ſemur tragula grauiter ictus cecidit : tanta circa fuga , atq; trepidatio fuit : ut non multum abeſſet , quin opera ea uineæ deſererentur . obſidio deinde per paucos dies magis , quàm oppugnatio fuit : dum uulnus ducis curaretur . per quod tempus ut quies

certaminum erat: ita ab apparatu operum, ac munitionum nihil cessatum. Itaq; acrius deinceps pro horum est bellum: pluribusq; partibus, mix accipientibus quibusdam opera locis, uincæ ceptæ agi: admoventiq; aries. Abundabat multitudine hominum Pœnus. ad centum enim quinquaginta millia habuisse in armis creditur. Oppidani ad omnia munda, atq; obuia multumoda arte distineri cepti sunt: & non sufficiebant. iam enim feriebantur arietibus muri. quassatæq; multæ partes erant. una continentibus ruinis nudauerat urbem. tres deinceps turres, quantumq; inter eas muri erat: cum fragore ingenti prociderant. captumq; oppidum e a ruina crediderant Pœni. qua, uelut si pariter utrosq; murus texisset: ita utrinq; in pugnam procursum est. Nihil unmuluarie pugna simile erat: quales in oppugnationibus urbium occasione partis alterius conscri solent: sed iustæ acies, uelut patenti campo, inter ruinas muri, testaq; urbis modo distantia interuallo considerant. Hinc spes, hinc desperatio animos irritat. Pœno cepisse iam se urbem, si paululum, admittatur, credente: Saguntinis pro nudata moribus patria corpora opponentibus: nec ullo pedem referente: ne relicto à se loco hostem immitteret. Itaq; quo acrius, & confertim magis utrinq; pugnabatur: eo plures uulnerabantur: nullo inter arma corporaq; uano intercidente telo. Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili oblongo. & cetero tereñi, præterq; ad extremum, unde ferrum extabat. id sicut in pilo quadratum stappa circuli quibant: linebantq; pice. ferrum autem tres longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. sed id maxime, etiam si hæssset in scuto: nec penetrasset in corpus: pauorem faciebat: quod cum medium accensum

sum mitteretur: concupimq; ipso motu multo maiorem ignem ferret: arma omitti cogebat: nudumq; militem ad insequentes ictus præbebat. Cum ergo diu anceps fuisset certamen: & Saguntinis, quia præter spem resisteret: creuissent animi: Pœnus, quia non uicisset: pro uicto esset: clamorem repete oppidani tollunt: hostemq; in ruinas muri expellunt: inde impediunt, trepidatæq; exurbant: postremo fasum, fugamq; in castra redigunt. Interim ab Roma legatos uenisse nuntiatum est. quibus obuiam ad mare missi ab Annibale qui dicerent: nec tuto eos adiuros inter tot tam effrenatarum gentium arma: nec Annibali in tanto discrimine rerum opera esse legationes audire. Apparebat non admissos profinus Carthaginæ iuros. Litteras igitur, nuntiosq; ad principes factionis Barchinæ præmittit: ut præpararent suorum animos: ne quid pars altera gratificari pro Romanis posset. Itaq; præterquam quod admissi, auditq; non sunt: ea quoq; uana atq; irrita legatio fuit. Hanno unus aduerso senatu causam fœderis rupti magno silentio propter auctoritatem suam cum assensu audiētium egit. Per deos fœderum arbitros ac testes monuisse, prædixisse se: ne Amilcaris progeniem ad exercitum mitterent: non manes, non stirpem eius comque scire iuri: nec unquam, donec sanguinis nominisq; Barchini quisquam super sit: quietura Romana fœdera. Iuuenem flagrantem cupidine regni, uiamq; unam ad id cernentem, si ex bellis bella serendo succinctus armis, legionibusq; uiuat: uelut materiam igni præbentes, ad exercitus misistis. aluistis ergo hoc incendium: quo nunc ardetis. Saguntum uestri circumsedent: exercitus: Vnde at ceterum fœdere: mox Carthaginæ circumsedebunt Romana legiones duabus iisdem dijs: per quos priore bello rupta

*fœdera sunt ulti. Vtrum hostem, an uos, an fortunã utriusq; populi ignoratis? Legatos ab socijs, & pro socijs uenientes bonus imperator uester in castra non admisit: ius gentium sustulit. hi tamen, unde ne hostium quidem legati arcentur: pulsati ad uos ueniunt: res ex fœdere repetuntur: publica fraus absit: authorem culpæ, & reum criminis deposcunt. quo lenius agunt: segenius incipiunt: eo cum cœperint: uereor ne persœuerantius seuiant. Aegates insulas, Erycemq; ante oculos proponite: quæ terra mariq; per quatuor & uiginti annos passis sitis. Nec puer hic dux erat: sed pater ipse Amilcar, Mars alter: ut isti uolunt, sed Taræto tum in Italia nō abstinuerimus ex fœdere: sicut nunc Sagunto non abstinemus. uicerunt ergo dii, hominesq;, & id de quo uerbis ambigebatur: uter populus fœdus rupisset: euentus belli, uelut æquus iudex unde ius stabat: ei uictoriam dedit. Carthaginî nunc Annibal uineas, turresq; admoet: Carthaginis mœnia quatit ariete. Saguntâ ruinæ (falsus utinam uates sim) nostris capitibus incident: susceptumq; cum Saguntinis bellum, habendum cum Romanis est. Dedimus ergo Annibalem? dicit aliquis. Scio meam leuem esse in eo auctoritatem, propter paternas inimicitias, sed & Amilcarem eo periisse latatus sum: quod si ille uiueret: bellum iam cum Romanis haberemus: & hunc inuenem tanquam furiam, facemq; huius belli odi, ac detestor. nec dedendum solum ad piaculum ruptis fœderis: sed si nemo deposcat: deuehendum in ultimas maris terrarumq; oras: ablegandumq; eò, unde nec ad nos nomen fama; eius accedat, nec ille sollicitare quietum ciuitatis statum possit. Ego censeo: legatos extemplo Romanis mittendos: qui senatus sciant: alios, qui Annibali nunciarent: ut exercitum ab*

Sagunto abducatur: ipsamq; Annibalem ex fœdere Romanis dedant. tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decerno. Cum Hanno perorasset: nemini omnium certare oratione cum eo necesse fuit. adeo propè ois senatus Annibalis erat. infestiusq; locutum atqueabant Hannonem, quam Flaccum Valerium legatum Romanum. Responsum inde legatis Romanis est: bellum ortum ab Saguntinis, non ab Annibale esse. populum Romanum iniuste facere: si Saguntinos uenustissimæ Carthaginiesum societati præponat. Dum Romani tempus terunt legationibus mittendis: Annibal, quia frustum militum prælijs, operibusq; habebat: paucosq; dies quietem dedit, stationibus ad custodiam uinearum, aliorumq; operum dispositis: interim animos eorum nunc ira in hostes stimulando, nunc spe premiorum accendit, ut uero pro cõdione prædam captæ urbis edixit militum fore: Adeo accensos omnes sunt: ut, si extemplo signum datum esset: nulla uiresisti uideretur posse. Saguntini ut à prælijs quietem haberant, nec lacescentes, nec lacesciti per aliquot dies: ita non nocte, non die unquam cessauerat ab opere: ut nouum murum ab ea parte, qua patefactum oppidum ruinis erat: reficerent. Inde oppugnatio eos aliquanto atrocior, quàm ante adorta est: nec qua primum, aut potissimum parte ferrent operem: cum oia uarijs clamoribus streperent: satis scire poterant. Ipse Annibal, qua turris mobilis oia munimenta urbis superans aliam diuine agebatur: hortator aderat. quæ cum admota catapultis, balistisq; per omnia tabulata dispositis, muros defensoribus nudasset: tum Annibal occasionem rarus, quingentos ferme Afros cum dolabrīs ad subruendum ab imo murum mittit. Nec erat difficile opus: quod cementa non calce durata erant: sed in

ter lita luto, structuræ antiquæ genere. itaq; latius quã quæ  
 cæderentur, iuebat: perq; patentia ruinis agmina armato-  
 rum in urbem uadebant. locum quoq; editum capiunt:  
 collatisq; eò catapultis, balistisq;, ut castellum in ipsa ur-  
 be uelut arcem imminetent haberent: muro circumdat.  
 Et Saguntini murum interiorem ab nondum capta ur-  
 bis parte ducunt. Vtrinq; summa ui & muniant, et pu-  
 gnant. Sed interiora tuendo, minorem in dies urbem Sa-  
 guntini faciunt. simul crescit inopia omnium longa ob-  
 sidione: & minuitur expectatio externæ opis: cum tã pro-  
 cul Romani unica spes, circa omnia hostium essent. pau-  
 lisper tamen affectos animos recreauit repentina profe-  
 ctio Annibalis in Oretanos, Carpentanosq;. qui duo po-  
 puli delectus acerbitate confrenati, retentis conquistori-  
 bus metum defectionis cum præbuisissent: oppressi celerita-  
 te Annibalis omiserunt mota arma. Nec Sagunti oppu-  
 gnatio segmior erat: Maharbale Himilconis filio, quæ præ-  
 fecerat Annibal: ita impigre rem agente: ut ducem ab-  
 esse, nec ciues, nec hostes sentirent. Is & prælia aliquot se-  
 cunda fecit: & tribus arietibus aliquantulum muri di-  
 scussit: strataq; omnia recentibus ruinis aduenient An-  
 nibali ostendit. itaq; ad ipsam arcem extemplo ductus ex-  
 ercitus: atroxq; plium cum multorum utrinq; cæde ini-  
 tum: & pars arcis capta est. Tentata deinde per duos est  
 exigua pacis spes, Alconem saguntinum, & Alorcum  
 hispanum. Alcon inconscijs Saguntinis, precibus ali-  
 quid moturum ratus, cum ad Annibalem noctu transis-  
 set: postquam nihil lachrymæ mouebant: conditionesq;  
 tristes, ut ab irato uictore ferebantur: transfuga ex oratore  
 factus, apud hostem mansit: moriturum affirmans, q; sub  
 conditionibus his de pace ageret. Postulabatur autē: red-

derent res Turdetanis: traditoq; omni auro atq; argento,  
 egressi urbe cum singulis uestimentis, ibi habitarent, ubi  
 Pœnus iussisset. Has pacis leges abnente Alcone acce-  
 puros Saguntinos, Alorcus uincā animos ubi alia uincā-  
 tur affirmans, se pacis eius interpretem fore pollicetur.  
 Erat autem tum miles Annibalis: ceterum publice Sa-  
 guntinis amicus, atq; hospes. Tradito palam telo custo-  
 dius hostium, transgressus munimenta, ad prætorē sa-  
 guntinum (& ipse ita iubebat) est deductus. Quo cum  
 extemplo concursus omnis generis hominum eēt factus:  
 summota cetera multitudine, senatus Alorco datus est. cui  
 ius talis oratio fuit. Si ciuis uester Alcon, sicuti ad pacem  
 petendam ad Annibalem uenit: ita pacis conditiones ab  
 Annibale ad uos retulisset: superuacaneum hoc mihi fuis-  
 set iter: quo nec orator Annibalis, nec transfuga ad  
 uos uenissent: cum uero ille aut uestra, aut sua culpa  
 manserit apud hostem: si memum simulauit: sua: uestra: si  
 periculum est apud uos uera referentibus: ego, ne igno-  
 raretis esse aliquas & salutis, & pacis uobis condi-  
 tiones: prouentus hospitio, quod mihi uobiscum est: ad  
 uos ueni. Uestra autem causa me, nec ullius alterius lo-  
 qua loquor apud uos, uel ea fides sit: quod neq; dum ue-  
 stris uiribus restitistis: neq; dum auxilia ab Romanis spe-  
 ratis: pacis unquam apud uos mentionem feci. postquã  
 nec ab Romanis uobis ulla spes est: nec uestra iam aut  
 arma uos, aut moenia satis defendunt: pacē afferro ad uos  
 magis necessariam, quam equam. cuius ita aliqua spes  
 est: si eam quemadmodum ut uictor fert Annibal: sic uos  
 ut uicti audiat. Si non id, quod amittitur: in damno, cū  
 omnia uictoris sint: sed quicquid relinquitur: pro mune-  
 re habiuri estis: urbem uobis, quam ex magna iam parte

dirutam, captam ferè totam habet: adimit: agros relinquit: locum assignaturus, in quo nouum oppidum edificatis: aurum, argentumq; omne, publicum priuatumq; ad se iubet deferri: coniugum, uestraq; corpora, ac liberorum uestrorum seruat inuiolata: si inermes cum binis uestimentis uelitis à Sagunto exire. Hac uictor hostis imperat. hac, quanq; sint grauia, atq; acerba: fortuna uestra uobis suadet. Equidem haud despero: cum omnium potestas ei à uobis facta sit: aliquid ex his rebus remissurū. Sed uel hac patienda censeo potius: quàm trucidari corpora uestra, rapi trahiq; ante ora uestra coniuges, ac liberos belli iure sinatis. Ad hac audienda cum circumfusa paulatim multitudine permistum senatus esset populi concilium: repente primores secessione facta, priusquàm responsum daretur: argentum, aurumq; omne ex publico priuatoq; in forum collatum in ignem ad id raptim factum conijcientes, eodem pleriq; semetipsos præcipitauerunt. Cum ex eo pauor, ac trepidatio totam urbem peruasisset: alius insuper tumultus ex arce auditur. Turris diu quassata prociderat: perq; ruinam eius cohors Pænorum impetu facta cum signum unperatori dedisset: nuda statim stationibus, custodijsq; scilicet hostium esse urbem: non cunctandum in tali occasione ratus Annibal, totis uiribus aggressus urbem momento cepit: signo dato, ut omnes puberes interficerentur. quod imperium crudele, ceterum propè necessarium cognitum in ipso euentu è. Cuienim parca potuit ex ijs: qui aut inclusi cum coniugibus, ac liberis domos super seipsos concremauerunt? aut armati nullū ante finem pugne quam morientes fecerūt? Captum oppidum est cum ingenti præda. quāquam ple-

raq; ab dominis de industria corrupta erant: & in cæditibus uix ullum discrimen ætatis ira fecerat: & captiui multum præda fuerant: tamen ex pretio rerum uenditarū aliquantum pecuniæ redactum esse constat: & multā ac pretiosam suppellectilem, uestemq; missam Carthaginē. Octauo mense quā cæptum oppugnari, captum Saguntum quidam scripsere: inde Carthaginem Nouam in hyberna Annibalem concessisse: quinto deinde mense quā à Carthagine profectus sit: in Italiam peruenisse. Que si ita sunt: fieri non potuit, ut P. Cornelius T. Sempronius consules fuerint: ad quos & principio oppugnationis legati Saguntini missi sunt: & qui in suo magistratu cum Annibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquāto post ad Trebiam pugnauerint. aut omnia breuiora aliquāto fuere: aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius, T. Sempronius consules fuerunt: non cæptum oppugnari est: sed captum. nam excessisse pugna ad Trebiā in annum Cn. Seruiliij, & C. Flaminiij non potest. quia Flaminius Arimini consulatum inijt, creatus ab T. Sempronio consule. qui post pugnam ad Trebiam ad creandos consules Romam cum uenisset: comitijs perfectis, ad exercitum in hyberna redijt. Sub idem ferè tempus & legati, qui redierant à Carthagine: Romam reuulerunt: omnia hostilia esse: & Saguntū ex cadium nuntiatum est: tantisq; simul mærorum patres, misericordiāq; sciorum peremptorum indigne, & pudor non latū auxiliij, & ira in Carthaginenses, metusq; de summa rerum caput: uelut si iam ad portas hostis esset: ut tot nro tempore motibus animi turbati trepidarent magis, quàm consulerent. Nam neq; hostem acriorem, bellicosiorēq;

secum congressum: nec rem Romanam tam desideram unquam fuisse, atq; imbellem. Sardos, Corsicosq; et Histros, atq; Illyricos lacesisse magis, quam exercuisse Romana arma: & cum Gallis tumultuatum magis, q̄ belligeratum. Poenum hostem ueteranū trium & uiginti annorū militia durissima inter hispanas gentes semp uictorē, primū Amilcare, deinde Asdrubale, nūc Annibale duce acerrimo assuetum, recentem ab excidio opulentissimæ urbis Iberum transire: trahere secum tot ex cætos Hispanorum populos: concitatum audias semper armorum Gallicas gentes: cum orbe terrarum bellum gerendum in Italia, ac pro mœnibus Romanis esse. Nominatæ iam antea cōsulibus provinciæ erant. num fortiri iussi. Cornelio Hispania, Sempromio Africa cum Sicilia euenit. Sex in eū annum decreta legiones: & sociorum, quantum ipsis uideretur: & classis, quanta parari posset. quatuor & uiginti pedum romanorum millia sunt scripta mille, & octingenti equites: sociorum XLIII pedum, & III equitum millia & quadringenti, naues CCXX: quinque remes celoces uiginti deductæ. Latum inde ad populum uellent: iuberent ne, populo Carthaginiensi bellum indicerent. eiusq; belli causa supplicatio p urbem habitata: atq; adorati dī: ut bene, ac feliciter eueniret: quod bellum populus Romanus inuississet. Inter consules ita copiæ diuisæ. Sempromio data legiōes duæ: ea quaterna millia erant pedum, & trecenti equites: sociorum sexdecim millia pedum, equites mille octingenti: naues longæ CLX, celoces duodecim. Cum his terrestribus, maritimisq; copijs T. Sempromius missus in Siciliam: ita in Africam transmissurus: si ad arcendum Italia Poenum consul alter factus esset. Cornelio minus copiæ datum: quia L. Manlius

prætor

prætor & ipse cum haud inualido præsidio in Galliam mittebatur. nauium maxime Cornelio numerus diminutus. LX. quinqueremes data: (neq; enim mariuenturum, aut ea parte belli dimicaturum hostem credebant) et duæ Romanæ legiones cum suo iusto equitatu, & quatuordecim millibus sociorum pedum, equitibus mille ducentis. Duas legiones Romanas, & quatuordecim millia sociorum pedum, mille equites socios, DC Romanos, Gallia provincia eodem anno uersa in Punicum bellum habuit. His ita comparatis ut omnia iusta ante bellum fierent: legatos maiores natu, Q. Fabium, M. Lium, L. Emilium, C. Licinium, Q. Bebium in Africam mittunt ad percunctandos Carthaginienses: publico ne consilio Annibal Saguntum oppugnasset? & si, id quod facturi uidebantur: faterentur: ac defenderent publico consilio factum: ut indicerent populo Carthaginiensi bellum. Romani postquam Carthaginem uenerunt: cum senatus datus esset: & Q. Fabius nihil ultra q̄ unum, quod mandatum erat: percunctatus esset: tum ex Carthaginiensibus unus princeps, uana Romani, inquit, & prior legatio fuit: cum Annibalem tanquam suo consilio Saguntum oppugnantem deposcebatis. Ceterum hæc legatio uerbis adhuc lenior est, re asperior. tunc enim Annibal & insinulabatur. & deposcebatur. nunc a nobis & cōfessio culpæ exprimitur: & ut à confessis, res extemplo petuntur. Ego autem non publico priuato ue consilio Saguntum oppugnatum sit, querendum censeam, sed utrius iure, an iniuria. nostra enim hæc questio, atq; animaduersio in ciuem nostrum est: nostro, an suo fecerit arbitrio. uobiscum una discæptatio est: licuerit ne per fœdus fieri. Itaq; quoniam discerni placet: quid publico consilio

Tit. L.

bb

quid sua sponte imperatores faciant: nobis uobiscum  
 fœdus est à Luctatio consule iſtum: in quo cauetur utro-  
 rumq; socijs. nihil de Saguntinis (nec dum enim erant  
 socij uestri) cautum est. at enim eo fœdere, quod cum  
 Asdrubale iſtum est: Saguntini excipiuntur. aduersus  
 quod nihil ego dicturus sum: nisi quod à uobis didici.  
 uos enim quod C. Luctatius Consul primo nobiscum  
 fœdus icit: quia neq; auctoritate patrum, nec populi  
 iussu iſtum erat: neq; uos eo teneri. itaq; aliud de in-  
 tegro fœdus publico consilio iſtum est. si uos non tenent ue-  
 stra fœdera, nisi ex auctoritate aut iussu uestro iſta: nec  
 nos quidem Asdrubalis fœdus, quod nobis inscijs icit:  
 obligare pomit. Proinde omittite Sagunti, atq; Iberi men-  
 tionem facere: & quod diu parauit animus uester: alii  
 quando pariat. Tum Romanus sinu ex toga facto, hic,  
 inquit: uobis bellum, & pacem portamus: utrum pla-  
 cet, sumite. Sub hanc uocem haud minus ferociter, daret  
 utrum uellet: succlamatum est. & cum is iterum sinu  
 effuso bellum dare dixisset: accipere se omnes responde-  
 runt: & quibus acciperent animis: isdem se gesturos.  
 hæc directa percunctatio, ac denunciao belli magis ex  
 dignitate populi Romani uisa est: quam de fœderum  
 iure uerbis discaptare, cum ante, tum maxime Sagun-  
 to excisa. nam si uerborum discaptationis res esset:  
 quod fœdus Asdrubalis cum Luctatij priore fœdere  
 commutatum est: comparandum non erat: cum in Lu-  
 ctatij fœdere disserte additum esset: ita id ratum fore: si  
 populus censuisset: in Asdrubalis fœdere: nec exceptum  
 tale quicquam fuerit: & tot annorum silentio ita uiuo  
 eo comprobatum sit fœdus: ut ne mortuo quidem autho-  
 re quicquam mutare eur. quanquam & si priore fœde

re staretur: satis cautum erat Saguntinis, socijs utroruq;  
 exceptis. nam neq; additum erat: his, qui tunc essent:  
 nec nequi postea assumerentur. & cum assumere nouos  
 liceret socios: quis æquum censeret: aut ob nulla quenq;  
 merita in amicitiam recipi: aut recaptos in fidem non  
 defendi? tantum: ne Carthaginensium socij, aut solliciti  
 tarentur ad defectionem: aut sua sponte defiscentes re-  
 ciperentur. Legati Romani ab Carthagine, sicut his Ro-  
 mæ imperatum erat: in Hispaniam, ut adirent ciuitates:  
 ut in societatem pellicerent: aut auerterent à Pœnis: tra-  
 iecerunt. Ad Bargusios primum uenerunt. à quibus be-  
 nigne excepti, quia tædebat imperij Punicum: multos trās  
 Iberum populos ad cupidinem nouæ fortunæ exererunt.  
 Ad Volcianos inde est uentum. quorum celebre per Hi-  
 spaniam responsum cæteros populos à societate Roma-  
 na auerit. ita enim maximus nau exijs in concilio re-  
 spondit. Quæ uerecundia est uos Romani postulare uel  
 uestram Carthaginensium amicitia præponamus? cū  
 quid fecerunt Saguntinis crudelius, q̄ Pœnis hostis præ-  
 didit: uos socij prodideritis. ibi queratis socios censeo: ubi  
 Saguntina clades ignota est. Hispanis populis sicut Lu-  
 gubre, ita insigne documentum Saguntini ruina erunt: ne  
 quis fidei Romanæ, aut societati confidat. inde extemplo  
 abire sinibus Volcianoru iussi, ab nullo deinde concilio  
 Hispaniæ benigniora uerba tulere. itaq; nequicq; pera-  
 grata Hispania, in Gallia transeunt. In his noua, terribi-  
 lisq; species uisa est: quod arma (ita mos gentis erat) in  
 concilium uenerunt. Cū uerbis extollentes gloriæ uirum-  
 tenq; populi Romani, ac magnitudinē imperij, petissent:  
 ne Pœno bellū Italiae iferenti per agros, urbesq; suas tra-  
 situm darent: tantus cum frenius risus dicatur ortus: ut

iuxta magistratibus, maioribusque natu iuuentus sedere  
 ur. adeo solida, impudensque postulatō uisa est: cense-  
 re in Italiam transmittant Gallibellum: ipsos id auerte-  
 re in se: agrosque suos pro alienis populandos obijcere.  
 Sedato tandem frenatu, responsum legatis est: neque Ro-  
 manorum in se meritu esse: neque Carthaginensium in-  
 iuriam: ob qua aut pro Romanis, aut aduersus Pœ-  
 nos sumant arma. Contra ea audire sese: gentis sua  
 homines agris, finibusque Italiae pelli a populo Roma-  
 no: stipendiumque pendere: et cetera indigna pati. Eadē  
 ferme in ceteris Gallia concilijs dicta, auditaque, nec hor-  
 spitale quicquam, pacatum ue satis prius auditum: quā  
 Massiliam uenerunt. ibi omnia ab socijs inquisita cum  
 cura ac fide cognita: praecipue iam antea ab Annibale  
 Gallorum animos esse. sed ne illi quidem ipsi satis  
 mitem gentem fore: (adeo ferocia, atque indomita inge-  
 mia esse) nisi subinde auro, cuius auarissima gens est: prin-  
 cipum animi conciliantur. Ita per agratis Hispaniae et  
 Galliae populis, Legati Romam redeunt: haud ita mul-  
 to post, quam consules in prouincias profecti erant. ciui-  
 tatem omnem in expectationem belli erectam inuenie-  
 runt: satis constante fama iam Iberum Pœnos transisse.  
 Annibal Sagunto capto Carthaginem Nouā in hyber-  
 na concesserat. ibique auditis, qua Roma, quaque Cartha-  
 gine acta, decretaque forent: seque non ducem solum, sed  
 etiam causam esse belli: partitis, diueditisque reliquijs praedae,  
 nihil ultra a differendum ratus, Hispani generis milites  
 conuocat. Credo ego uos, inquit, socij et ipsos cer-  
 nere: pacatis omnibus Hispaniae populis, aut finien-  
 dam uobis militiam, exercitusque dimittendos esse, aut in  
 alias terras transferendum bellum, ita enim haec gentes

non pacis solum, sed etiam uictoriae bonis florebut:  
 si ex alijs gentibus praedam, et gloriam quaeremus.  
 itaque cum longinqua ab domo infert militia: incertum  
 que sit quando domos uestras, et qua cuique ibi chara sint,  
 uisuri sitis: si quis uestrum suos inuifere uult: conue-  
 tum do. primo uere edico ad sitis: ut dijs bene iuuanti-  
 bus bellum in gentis gloriae praedaeque futurum incipia-  
 mus. Omnibus ferē uifendi domos oblata ultro potestas  
 grata erat: et iam desiderantibus suos: et longius in  
 futurum prouidentibus desiderium. Per totum tempus  
 hyemis quies inter labores aut siam exhaustos, aut mox  
 exhauriendos, renouauit corpora animosque ad omnia  
 de integro patiēda. uere primo ad edictum conuenere.  
 Annibal cum recensisset omnium auxilia gentium:  
 Gades profectus, Herculi uota exoluit: nouisque se obli-  
 gat uotis: si cetera prospera euenissent. Inde partiens cur-  
 ras simul ad inferendum, atque ad arandum bellum, ne-  
 dum ipse terrestri per Hispaniam, Galliasque itenere Ita-  
 liam peteret: nuda, apertaque Romanis Africa ab Sicilia  
 esset: ualido praesidio eam firmare stant. pro eo sup-  
 plementum ipse ex Africa, maxime iaculatorum leuium,  
 armis petijt: ut Afri in Hispania, Hispani in Africa,  
 melior procul ab domo futurus uterque miles, uelut nui-  
 mis pignoribus obligati stipendia facerent. Tredecim  
 millia octingentos quinquaginta pedites cetratos misit  
 in Africam, et funditores baleares octingentos septuas-  
 ginta, equites mistos ex multis gentibus mille centos.  
 has copias partim Carthagini praesidio esse, partim dis-  
 tribui per Africam iubet. simul conquistoribus in ciui-  
 tates missis, quatuor millia conscripta delecta iuuentatis,  
 praesidium eisdem, et obsides duca Carthaginem iubet.



neq; Hispaniam negligendam ratus, atq; ideo haud minus, quod haud ignarus erat: circuitam ab Romanis eā legatis ad sollicitandos principum animos: Asdrubali fratris viro impigro eam provinciam destinat: firmatq; eū Africis maxime praesidijs, peditum Afrorum XI milibus, octingentis quinquaginta Liguribus, trecentis Balearibus. ad haec peditum auxilia addit equites Libyphoenices, mistum punicum Afris genus, trecenti, & Numidae, Mauriq; accola Oceani ad mille octingenti, & parua Ilergenum manus ex Hispania ducenti equites: & ne quod terrestris deesset auxilij genus: elephantum XIII. classis praeterea data ad tuendam maritimam orā: quia qua parte belluicerant: ea tamen quoq; rem gesturos Romanos manus credi poterat: quinquaginta quinqueremes, quadringentes duae, triremes quinque: sed aptae, instructaeq; remigio triginta & duae quinqueremes erant, & triremes quinque. Ab Gadibus Carthaginem ad hyberna exercitus redijt: atq; inde profectus praeter ommissam urbem ad Iberum maritimam oram ducit. Ibi fama est in quiete uisum ab eo iuuenem diuina specie: qui se ab Ioue diceret ducem in Italiam Annibali missum. proinde sequeretur neq; usquam a se desisteret oculos. pauidum primo nusquam circumspicientem, aut respicientem secutum: deinde cura humani ingenij cum quidnam id esset, quod respicere uentus esset: agitaret animo: temperare oculis nequiuisset. num uidisse post se serpentem mira magnitudine cum ingenti arborum, ac uirgultorum strage ferri: ac post insequi cum fragore caeli nimbū. tū quae moles ea, quid ne prodigij esset, quaerentem audisse: uastitatem Italiae esse. pergeret porro ire: nec ultra inquireret: sineretq; facta in occulto esse. Hoc uisus laetus tripartito Iberum cor

pis traiecit: praemissis, qui Gallorum animos quā traducendus exercitus erat: donis conciliarent: alpinumq; transitus specularentur. nonaginta millia peditum, duodecim milia equinum Iberum traduxit. Ilergetes inde, Bargusiosq; & Ausitanos, & Aquitaniam, quae subiecta Pyrenaeis montibus est: subegit: oraq; huic omni praefecit Hannonem: ut fauces, quae Hispanias Gallijs ingunt: in potestate essent. X millia peditum Hannoni ad praesidium obtinendae regionis data: & mille equites. Postquam per Pyreneum saluum traduci exercitus coepit: rumorq; per barbaros manauit certior de bello Romano: tria millia inde Carpetanorum peditum iterauerunt. ~~constabat non tam bello motus: quam longinquitate uiae, insuperabiliq; Alpium transitu.~~ Annibal quia reuocare, aut uī retinere eos anceps erat: nec ceterorum etiam feroces animi irritarentur: supra septem millia hominum domos remisit: quos & ipse grauari militia senserat: Carpetanos quoq; ab se dimissos simulans. inde ne mora, atque otium animos sollicitarent: cum reliquis copijs Pyreneum transgreditur: & ad oppidum Illiberum castra locat. Galli quancquam Italiae bellum inferri audiebant: tamen quia uī subactos trans Pyreneum Hispanos, fama erat: praesidiaq; ualida imposita: metu seruitutis ad arma consternati, Ruscimonem aliquot populi conueniunt. quod ubi Annibali nuntiatum est: moram magis quam bellum metuens, oratores ad regulos eorum misit: colloqui semet ipsum uelle cum his: & uel illi propius Illiberum accederent: uel se Ruscimonem processurum: ut ex propius quo congressus facilius esset. nam & accepturum eos in castra sua se laetum: nec cunctanter se ipsum ad eos

uenturum. hospitem enim se Gallie non hostem aduenisse: nec stricturum ante gladium: si per Gallos liceat: quæ in Italiam uenisset. Et per nuntios quidem hæc. Ut uero reguli Gallorum castris ad Illiberum ex templo motis, hæc ad gramate ad Pœnum uenerunt: capti donis cum bona pace exercitum per fines suos præter Ruscinonem oppidum transierunt in Italiã. Interim nihil ultra, quam Iberum transisse Annibalem, à Massiliensium legati Romam perlatum erat: cum perinde, ac si Alpes iam transisset: Boij sollicitatis insubribus defecerunt: nec tam ob ueteres in populum Romanum iras: quam quod nup̄ circa Padum Placentiam, Cremonamq; colonias in agrum Gallicum deductas ægre patiebantur. Itaq; armis repente arreptis, in eum ipsam agrum impetu facto, tantum terroris ac tumultus fecerunt: ut non agrestis modo multitudo, sed ipsi triumuiros Romani, qui ad agrum uenerant assignandum: diffusi Placentiæ mœnibus, Mutinam confugerint: C. Lucatius, A. Seruilius, T. Annius. Lucatij nomen hæud dubium est. pro A. Seruilio, & T. Annio, Q. Acilius, & C. Herennium habent quidã antiquales: alij P. Cornelium Africam, & C. Papyrium Nasonem, Id quoq; dubium est. Legati ad Boios ad exposulandum missi, uiolati sint, incertum: an in triumuiros agrum metantes impetus sit factus. Mutinæ cum obsiderentur: & gens ad oppugnandarum urbium artes rudis, pigerrima eadem ad militaria opera, segniter intus assideret muris, simulari cœptum de pace agi. euocataq; ab Gallorum principibus legati ad colloquium, non contra ius modo gentium, sed uiolata etiam, quæ data in id tempus erat: fide, comprehenduntur: negantibus Gallis, nisi obsides sibi redderentur, eos se dimissuros. Cui

hæc de legatis nuntiata essent: & Mutinæ, præsidiumq; in periculo esset: L. Manlius prætor ira accensus effusum agmen ad Mutinam ducit. syluæ tunc circa uiam erant, plerisq; incultis. ibi inexplorato profectus, in insidias præcipitatus: multaq; cum cade suorum ægre in aptos campos emerfit. ibi castra communita: & quia Gallis ad tanta ea defuit spes: refecti sunt milium animi: quæquæ accisas res satis constabat. iter deinde de integro cœptum. necdum per patentia loca ducebatur agmen: cum apparuit hostis. ubi rursus syluæ intratæ: cum postremos adorti cum magna trepidatione ac pauore omnium, octingentos milites occiderunt: sex signa ademere. Finis & Gallis territandi, & pauendi Romanis fuit: ut ex salu inuio, atq; impedito euasere. inde aperitis locis facile mutant agmen Romani Cannetum uicium propinquum Pado contendere. ibi se munimento ad tempus, communitibusq; fluminis, & Brixianorum Gallorum auxilio, aduersus crescentem in dies multitudinem hostium tutabantur. Qui tumultus repens postquam est Romam perlatus: & Punicum insuper Gallico bello auctum patres acceperunt: C. Attilium prætorem cum una legione Romana, & quinque millibus sociorum delectu nouo à COS S. conscriptis, auxilium ferre Manlio iubent. qui sine ullo certamine (abscesserant enim ueni hostes) Cannetum peruenit. Et P. Cornelius in locum eius, quæ missa cum prætore fuerat: transcripta legione noua, profectus ab urbe LX longis nauibus prætor oram Hebruriæ, Ligurumq; & inde Saluium, mox peruenit Massiliam: & ad proximum ostium Rhodani (pluribus enim diuisus annis in mare decurrit) castra locat: uix dum satis credens Annibalem superasse Pyreneos montis. quæ ut

de Rhodani quoq; transiit agitare animaduertit: incertus quoniam ei loco occurreret, nec diu satis refectis ab iactatione maritima miliibus, trecentos interim delectos equites, duobus Massiliensibus & auxiliariis Gallis, ad exploranda omnia, uisendosq; ex tuto hostes, præmittit. Annibal cæteris metui, aut pretio facatis, iam in Volcarum peruenerat agrum, gentis ualida. colunt aut circa utraq; ripam Rhodani. & diffusi ceteriore agro arce ri Pœnum posse, ut flumē pro nummulo haberent: omnibus fermē suis trans Rhodanum traiecit, ulteriorem ripam amnis obtinebant. Cæteros accolæ fluminis Annibal, & eos ipsos, qui ipsas sedes tenuerant: simul perlicit donis ad naues undiq; contrahendas, fabricandasq;: si nui & ipsi traici exercitum, leuariq; quamprimum regionem suam tanta urgente hominum turba cupiebāt. Itaq; in gens coacta uis nauium est, linteriumq; tenere ad uicinalem usum paratarum. nouasq; alias primum Galli inchoantes cauabant ex singulis arboribus: deinde et ipsi milites, simul copia materiæ, simul facilitate opis inducti, alucos informes, nihil dummodo innare aquæ, et capere onera possent: curantes, rapam faciebant: quibus se, suaq; transueherent. Tamq; omnibus satis comparatis ad traiciendum, terebat ex aduerso hostes, omnem ripam equisq; uirisq; obtinentes. quos ut auerteret: Hannonem Bomilcaris filium uigilia prima noctis cum parte copiarum, maxime Hispanis, aduerso flumine ire iter unius diei iubet: & ubi primo possit: q̄ oculissime traiecto amni, circumducere agmen: ut cum factio opus sit: adoriatur ab tergo hostem. ad id dati duces Galli educunt inde millia quinq; & XX fermē supra parua insula circumfusum amnem, latiore ubi diuidebatur: eoq; minus alto aluco

transiit ostendēre. ibi raptim casa materia: ratesq; fabricata: in quibus equi uirisq; & alia onera traicerentur. Hispani sine ulla mole in utres uestimentis coniectis, ipsi catenis superpositis incubantes flumen tranauere. Et alius exercitus ranibus iunctis traiectus, castris propè flumen positus, nocturno itinere atque operis labore fissus quiete unius diei reficiunt: intento duce ad consilium operumque exequendum. Postero die profecti ex loco: prodi to fumo significante transisse: & haud procul abesse. q̄ ubi accepit Annibal: ne temporari deesset: dat signum ad traiciendum. Tā paratas aptatasq; habebat pedes lintres. eques ferè propter equos nantes nauium agmen ad excipiendum aduersi impetum fluminis parte superiore traemittens, tranquillitatem infra traiciētib; lintribus prebebat. equorum pars magna nantes lonis à puppibus trahebantur: præter eos: quos instructos frenatosq; ut exemplo egresso in ripam equitū usū essent: imposuerunt in naues. Galli occurrant in ripam cum uariis uulnibus, cantuq; moris sui, quatientes scuta super capita, uibrantesq; dextris tela: quanquam & ex aduerso terebat tanta uis nauium cum ingenti sono fluminis, & clamore uario nautarū & militum: & qui nitebantur perirumpere impetum fluminis: & qui ex altera ripa traiciētis suos hortabantur. Tam satis pauentes aduerso uulnibus terribior ab tergo adortus clamor, castris ab Hannone captis. mox & ipse aderat: ancepsq; terror circumstabat: & è nauibus tanta uis armatorum in terram euadens, & à tergo impropria premebat acies. Galli postquam uim facere conati sunt: ultro pellectantur. qua patere uisum maxime iter, perirumpunt: trepidiq; in uicos passim suos diffugiunt. Annibal cæteris copijs per omnem traiecit

Etis, spernens iam Gallicos tumulus castra locat. Elephātorum traiiciendorum varia consilia fuisse credo. certe uariata memoria est actæ rei. quidam congregatis ad ripam elephantis tradunt ferocissimum ex his irritatum à rectore suo, cum refugientem in aquam natantem sequeretur: traxisse gregem: ut quenq; timentem altitudinem destinerat uadum, impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente. Ceterum magis constat ratibus traiectos. id ut tutius consilium ante rem foret: ita acta re, ad fidem prouius est. Ratem unam ducentos longam pedes, quin quaginta latam, à terra in amnem porrexerunt. quam, ne secunda aqua deferretur: pluribus retinaculis ualidis parte superiore ripæ religatam pontis in modum humo uniecta constrauerant: ut belua audacter uelut per solum ingrederentur. altera ratis æque lata, longa pedes centum, ad traiiciendum flumen apta, huic copulata est. Cum elephanti per stabilem ratem, tanquam uiam, prægredientibus fœminis, acti in minorem applicatam transgressi sint: ea extemplo resolutis, quibus leuiter annexa erat uinculis, ab actuarijs aliquot nauibus ad alteram ripam pertrahitur. ita primis expositis, alij deinde repetiti, ac traiecti sunt. nihil sanè trepidabant: donec contenti uelut ponte agerentur. primis erat pauor: cum soluta ab ceteris rate in altum raperentur. ibi urgentes inter se, cedentibus extremis ab aqua, trepidationis aliquantulum edebat: donec quietem ipse timor circumspectantibus aquam fecisset. excidère etiam se uientem quidam in flumen: sed pondere ipso stabiles, deiectis rectoribus, quarèdis pedetentim uadis, in terram euasere. Dum elephanti traiiciuntur: interim Annibal Numidas equites quingentos ad castra Romana miserat speculatuum: ubi, &

quantæ copiae essent: & quid pararent. huic alæ equum missi, ut ante dictum est: ab ostio Rhodani trecenti Romanorum equites occurrunt. prælium atrocius quam pro numero pugnantium editur. nam præter multa uulnera, cades etiam propè par utrinq; fuit. fugaq; & paucior Numidarum Romanis iam admodum fessis uictoriam dedit. uictores ad CLX, nec omnes Romani, sed pars Galloꝝ, uicti complures ducibus ceciderunt. Hoc principium, simulq; omne bellum summæ rerum prosperum euentum, ita haud sanè incruentam, ancipitiq; certaminis uictoriam Romanis portendit. Re ita gesta, ad utrumq; duces sui redierunt. Nec Scipionis stare sententia poterat: nisi ut ex consilijs, coeptisq; hostis & ipse conatus caperet: & Annibalem incertum, utrum coeptum in Italiam intenderet iter: an cum eo, qui primus se obtulisset Romanus exercitus: manus confereret: auertit à præsentem certamine Boiorum legatorum, reguliq; Matali aduentus: qui se duces itinerum, sociosq; periculi fore affirmantes, integro bello, nusquam ante libatis uiribus, Italiam aggrediendam censent. Multitudo timebat quidem hostes, nondum oblitterata memoria superioris belli: sed magis iter imensum, Alpesq;, rem fama uicq; inexperitis horrendam metuebat. Itaq; Annibal, postquam ipsi sententia stetit pergere ire, atque Italiam petire: aduocata concione, uarie militum uersat animos, castigando, adhortandoq;. Mirari se qui nam pectora semper inuidiosa repens terror inuaserit. per tot annos uincens eos stipèdia facere: neq; ante Hispania excessisse, quam omnes gentesq;, & terræ eæ, quas duo diuersa maria amplectantur: Carthaginensium essent. indignatos deinde, quod quicq; Saguntum obsedissent: uelut ob noxam

sibi dedi postulare populus Romanus Iberum traiecit  
 se ad delendum nomen Romanorum, liberandumq;  
 orbem terrarum. tum nemini uisum id longum: cum  
 ab occasu solis ad ortum intenderent iter. nunc, post  
 quam multo maiorem partem itineris emensam cernant  
 Pyreneum saltum inter ferocissimas gentes superatum:  
 Rhodanum tantum amnem, tot millibus Gallorum pro  
 hibentibus, domita etiam ipsius fluminis ui, traiectum  
 in conspectu Alpes habeant: quarum alterum laus Ita  
 lia sit: in ipsis portis hostium fatigatos subsistere: quid  
 aliud Alpes esse credentes, quam montium altitudines?  
 fingent aliores Pyreneis iugis: nullas profecto terras  
 celum continere: nec in exuperabiles humano generi es  
 se. Alpes quidē habitari, coli: gignere, atq; alere anima  
 res. peruias paucis esse? exercitiibus inuias? eos ipso  
 quos cernant, legatos non pennis sublimē elatos Alpes  
 transgressos. nec maiores quidem eorum indigenas, sed  
 aduenas Italia cultores has ipsas Alpes ingentibus sa  
 pe agminibus cum liberis, ac coniugibus migrantium  
 modo tuto transmisissē. Militi quidem armato, nihil secū  
 præter instrumenta belli portant, quid inuiā, aut in ex  
 perabile est? Saguntum ut caperent: quid per octo mē  
 ses periculi, quid laboris exhaustam est? Romam orbis  
 terrarum caput petentibus quicquā adeo asperum atq;  
 arduum uideri: quod inceptum moretur? cepisse quon  
 dam Gallos ea, quæ adiri posse Pœnus desperet? proin  
 de aut cederent animo, atq; uirtute genti per eos dies to  
 ties ab se uictæ: aut itineris finem sperent campum in  
 teriacentem Tyberi, ac mœnibus Romanis. His adhorta  
 tionibus incitatos corpora curare, atq; ad iter se parare  
 iubet. Postero die profectus aduersa ripa Rhodani, medi

terranea Calliæ petit: non quia rectior ad Alpes uia  
 esset: sed quantum à mari recessisset: minus obuiam fo  
 re Romanum credens: cum quo, prius quàm in Itali  
 uentum foret: non erat in animo manus conferere.  
 Quartis castris ad Insulam peruenit. ibi Arar, Rhoda  
 nusq; amnis diuersis ex Alpibus decurrentes, agri ali  
 quantulum amplexi conflunt in unum. medijs cam  
 pis Insulæ nomen inditum, accolunt propè Allobroges,  
 gens iam inde nulla Gallica gente opibus, aut fama in  
 ferior. tum discors erat. regni certamine ambigebant  
 fratres. maior, & qui prius imperitabat: Brancus, no  
 mine minore à fratre & cœtu iuniorum, qui iure mi  
 nus, ui plus poterat: pellebatur. Huius seditionis per  
 opportuna disceptatio cum ad Annibalem reiecta esset:  
 arbiter regni factus, quod erat senatus principumq;  
 sententia futurum imperium maiori restituit. ob id me  
 ritum commœtu, copiaq; rerum omnium maxime ue  
 stis est adiutus: quæ infans certaminibus Allobrogum, cum iā  
 Alpes peteret: non reiecta regione iter instituit: sed ad lauā  
 in Tricastinos flexit: inde per extremam oram Vocontio  
 rum agri tetendit in Trigorios: haud usquam impedita  
 uia, prius quàm ad Druentiam flumen peruenit. Is &  
 ipse alpinus amnis longe omnium Gallia fluminum  
 difficillimus transitu est: nam cum aqua uim uehat in  
 gentem: non tamen nauium patiens est quia nullis coerci  
 tus ripis pluribus simul, neq; iisdem alueis fluens, noua  
 semper uada nouosq; gurgites faciens, (& ob eadem pe  
 ditū quoq; incerta uia est) ad hæc saxa globosa uol  
 uens, nihil stabilis, nec tuti ingredienti præbet. & tum  
 forte imbribus auctus, i gente transgredientibus unum

*ium* fecit: cum super cætera trepidatione ipsi sua, atq; incertis clamoribus turbarentur. P. Cornelius consul tri duo serè postquam Annibal ab ripa Rhodani mouit: quadrato agmine ad castra hostium uenerat, nullam diuicandi moram facturus. cæterum ubi deferta munimenta, nec facile se tantum progressos assecuturum uidet: ad mare ad naues redijt: citius, faciliusq; ita descendenti ab Alpibus Annibali occursumus. ne tamen nuda auxilij Romanis Hispania esset: quam prouinciam sortitus erat: Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum aduersus Asdrubalem misit: non ad tutandos tantummodo ueteres scios, conciliandosq; nouos: sed etiam ad pellendum Hispania Asdrubalem. ipse cum admodum exiguis copijs Genuam repetit: eo, qui circa Padum erat exercitus: Italiam defensurus. Annibal ab Druentia campestri maxime itinere cum bona pace ad Alpes incolentium ea loca Gallorum peruenit. Tum, quanquam fama prius, qua quidem incerta in maius uero ferri solent: percepta res erat: tamen ex propinquo uisa montium altitudo, niuesq; cælo propè immista, testata informia impoſita rupibus, pecora iumentaq; torrida frigore, homines intonsi & inculti, animalia inanimaq; omnia rigentia gelu, cætera uisu quàm dictu fœdiora, terrorem inuouarunt. Eriгентibus in primos agmen cliuos apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani, qui si ualles occultiores insedissent: coortim pugnam, repente ingentem fugam stragemq; dedissent. Annibal consistere signa iubet: Gallisq; ad uisenda loca præmissis, postquam comperit transitum eà non esse: castra inter confragosa omnia præruptaq; quàm extentissima potest ualle locat. Tum per eosdem Gallos, haud sanè multum

lingua

lingua moribusq; abhorrentes cum se immiscuissent colloquijs montanorum: edocſus, interdum tantum obſideri saltum: nocte in sua quenq; dilabi testis: luce prima subijt tumulos: ut ex aperto, atq; interdum uiam per angustias facturis. die deinde simulando aliud quàm quod parabatur, consumpto, cum eodem, quo consisterrant loco, castra communiſſer: ubi primum digressos tumulis montanos, laxatasq; sensit custodia: pluribus ignibus quàm pro numero manentium in speciem factis, impedimentisq; cum equite relictis, & maxima parte peditum, ipse cum expeditis acerrimo quoq; uiro Raptim angustias euadit: ijsq; ipsijs tumulis, quos hostes tenuerant: confedit. Prima deinde luce castra mota: & agmen reliquum incedere cœpit. iam montani signo dato ex castellis ad stationem solitam conueniebant: cum repente conspiciunt alios arce occupata sua super caput imminenti, alios uia transire hostes. utraq; simul obiecta res, oculis animisq; immobiles parum eos defixit. deinde ut trepidationem in angustijs, suoq; ipse tumulu Annibalis misceri agmen uidere: equis maxime conſternatis: quibus quicquid adieſſent ipsi terroris, satis ad perniciem fore rati, peruersis rupibus iuxta inuia, ac deuia assueti discurrunt. Tum uero simul ab hostibus, simul ab iniquitate locorum Pœni oppugnabantur: plusq; inter ipsos, sibi cuiq; tendenti ut periculo prius euaderet: quàm cum hostibus certaminis erat. equi maxime inferſtum agmen facièbant. qui et clamoribus dissonis, quos nemora etiam repercuſſaq; ualles augebant: terribi trepidabant: & isti forte, aut uulnera adeo conferrata sunt: ut stragem ingentem simul hominum, ac facinarum omnium generis facerent. multosq; turba cum præcipites di-

Tit. L.

cc

rupta; utrinq; angustia essent: in imensum altitudinis deiecit: quosdã et armatos: ide ruina maxima modo iumenta cũ oneribus deuoluebantur. Que quanq; fœda uisu erant: stetit parũ per tñ Annibal: ac suos continuit: ne tumultũ, ac trepidationẽ augeret. deinde, postq; interrũpi agmen uidit: periculũq; esse, ne ex itinẽ impedimentis exercitũ nequicq; incolumen traduxisset: decurrit ex superiore loco & cũ impem ipso fudisset hostẽ: suis tumultũ auxit. sed his tumultus momento temporis, postquam libera itinera fuga montanorum erant: sed atur: nec per ocium modo, sed propẽ silentio max omnes traducti. castellum inde, quod caput eius regionis erat: uicosq; circumiectos capit: & captiuorum pecoribus per triduum exercitum aluit. & quia nec montanis primo percussis, nec loco magno opere impediabantur: aliquantum eo triduo uia confecit. Peruentum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populium. ibi non bello aperto, sed suis artibus, fraude, deinde insidijs est propẽ circumuentus. Magno nam principes castellorum oratores ad Pœnum ueniunt: alienis malis, utili exemplo doctos, memorantes amicitiam malle, quã uim experiri Pœnorum itaq; obediẽter imperata facturos. comœntum, itinerisq; duces. & ad fidem promissorum obsides acciperet. Annibal nec tenere credendo, nec aspernando, ne repudiati aperte hostes fierent: benigne cum respondisset: obsidibus, quos dabant, acceptis, & comœntum, quem in uia ipsi deuulerant usus, nequaquam, ut inter pacatos, in composito agmine duces eorum sequitur. Primum agmen elephanũ, & equites erant: ipse post cum robore peditũ circumspiciẽs sollicitus omnia incedebat. ubi in angustiore uiam ex parte altera subiectam iugo insuper im-

minentũ uentum est: undiq; ex insidijs barbari à fronte, & à tergo coorti, comminus eminusq; percutit: saxa ingentia in agmen deuolunt. maxima ab tergo uis hominum urgebat. in eos uersa pediam acies haud dubium fecit, quin, nisi firmatae extrema agminis fuissent: i gens in eo salu accipiẽda clades fuerat. Tunc quoq; ad extremum periculi, ac propẽ perniciem uentum est. nam dum cunctare uir Annibal dimittere in angustias agmẽ quia non ut ipse equitibus prasidio erat: ita pedibus quam ab tergo auxiliũ reliquerat: occursum per obliqua montana, erupto medio agmine uiam sedere. moxq; una Annibali sine equitibus, ac impedimentis acta est. Postero die iam segnis intercurantibus barbaris, inuicta copia: salusq; haud sine clade, maiore tamen iumentorum quam hominum pernicie superatis. inde montani pauciores iam, & latrocinij magis quã belli more concursabant modo in primum, modo in nouissimũ agmen: ut cuiq; aut locus opportunitatem daret: aut progressi, morã ue aliquam occasionem fecissent. Elephantũ sicut præcipes per arctas uias magna mora egebantur: ita tutum ab hostibus quacunq; incederent. quia insuetis adeundi propius mens erat: agmen præbebant. Nono die in iugum Alpium peruentum est per inuia pleraq; & errores: quos aut ducentium fræus, aut, ubi fides ipsi nõ esset: temere in ita ualles à coniectantibus iter, faciebant. Biduum in iugis statua habit: affissisq; labore, ac pugnando quies data militibus: iumenta q; aliquot, qua prolapsa in rupibus erant: sequendo uestigia agminis in castra peruenere. Fessis tãdio tot malorũ niuis etiã casus, occidente iam sydere Vergiliarum, ingentem terrorem adiecit. Per oia niue oppleta cũ signis prima luce

motis segniter agmen incederet: pigrināq; & desperatio in omnium uultu emineret: prægressusq; signa Annibal in promontorio quodam, unde longe ac late prospectus erat: consistere inssis militibus Italium ostentat: subiectosq; alpinis montibus circumpadanos campos: moeniāq; eos tum transcendere non Italia modo, sed etiam urbis Romæ: cætera plana, procliniāq; fore: uno, aut ad summum altero pralio arcem & caput Italia in manu ac potestate habituros. Procedere inde agmen cepit: iam nihil ne hostibus quidem præter parua furta per occasionem tentantibus. cæterum iter multo, quam in ascensu fuerat: ut pleraq; Alpiū ab Italia sicut breuio ra, ita arrectiora sunt: difficilius fuit. omnis enim fermē uia præceps, angusta, lubrica erat: ut neq; sustinere se à lapsu possent: nec, si qui paululum timbassent: hæere afflictū uestigio suo: alijq; super alios, & iumenta, & homines occiderent. Ventum inde ad multo angustiores rupem, atq; ita rectis saxis: ut ægre expeditus miles tentabundus, manibusq; retinens uirgulta, ac stirpes circa eminentes, demittere sese posset. Natura locus iā ante præceps recenti terræ lapsus: i pedū mille admodū altitudinem abruptus erat. Ibi ueluti cum ad finem uie equites constitiissent: mirantī Annibal: quæ res moraretur agmen, nuntiatur rupem inuiam esse digressus. deinde ipse ad locum uisendum. haud dubia res uisa, quin per inuia circa, nec trita antea quam uis longo ambitu circumduceret agmen. Ea uero uia in superabilis fuit. nam cum super ueterem niuem intactam noua modicæ altitudinis esset: molli, nec præaltæ niui facile pedes ingredientium inistebant. ut uero tot hominum, iumentorūq; incesu dilapsa est: per nudam infra glaciem, fluentēq;

labem liquefcentis niuis in grediebantur. tetrabi luctatio erat: ut à lubrica glacie non recipiente uestigium, & in prono citius pede se fallente: & seu manibus in assurgendo, seu genu se adiuuissent: ipsi adminiculis prolapsi iterum corruissent: nec stirpes circa, radices ue, ad quas pede, aut manu quisquam enitī posset: erant. itaq; in leui tantum glacie, tabidāq; niue uolubantur iumenta, secabantur interdum etiam tum infirmam ingredientia niuem: & prolapsa iactandis grauius in conando unguis penitus perfringebant: ut pleraq; uelut pedica capta hærent in durata & alte concreta glacie. Tandem ne quicquam iumentis atq; hominibus iatigatis, castra in iugo posita: egerime ad id ipsius loco purgato. tantum niuis fodiendum, atq; egerendum fuit. inde ad rupem minuendam, per quam uia una esse poterat: milites ducti, cum cadendum esset saxum: arboribus circa immanibus deiectis detruicatisq; struem ingentem lignorum faciunt: eamq; cum & uis uenit apta faciendi igni coorta esset: succendunt: ardentiaq; saxa in fusc aceto putrefaciunt. ita torridam incendio rupē ferro pandunt: molliuntq; anfractibus medicis cliuos: ut non iumenta solum, sed elephantū etiam deduci possint. Quattiduum circa rupem consumptum. iumenta propè fame absumentur. nuda enim ferè cacumina sunt: & siquid est pabuli: obruunt niues. inferiora uallēs apricos quosdam colles habent, riuosq; propè syluas, etiam humano cultu digniora loca. ibi iumenta in pabulum missa: & quies numiendo fessis hominibus data triduo. inde ad planum descensum est: etiam locis mollioribus, et accolarum ingenijs. Hoc maxime modo peruentum est in Italiam quinto mense à Carthagine noua, (ut qui



*dam auctores sunt* (quinto decimo die Alpibus superavit. *Quantæ copia transgresso in Italiam Annibali fuerint, ne quaquam inter auctores constat, qui plurimum: centum millia pedum, viginti equitum fuisse scribant, qui minimum: viginti millia pedum, sex equum. L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Annibale scribit: maxime auctor moueret me: nisi confunderet numerum, Gallis, Liguribusq; additis. cum his scribit. LXXX millia pedum, X equitum, adducta in Italiam: (magis affluxisse uerisimile est: & ita quidam auctores sunt) ex ipso aut audisse Annibale: postquam Rhodanum transierit: XXXVI millia hominum, in gentemq; numeru equorum, & aliorum uentorum amississe in Taurinis, quæ Gallic proxima gens erat in Italiam digressa. Id cum inter eos confset: eo magis miror ambigi: qua nam Alpes transierit: & uulgo credere Pennino (atq; inde nomen et iugum Alpium indium) transgressum. Celius per Cremonis iugum dicit transisse, qui ambo saltus eñ non in Taurinos, sed per saltus montanos ad Libuos Gallos deduxissent. Nec uerisimile est: ea tum ad Galliam peruenisse itinera: utq; cum qua ad Pœninum ferant: obseptæ gentibus semigermanis fuissent. neq; Hercule montibus his (si quæ forte id mouet) ab transitu Pœnox nullo, sed uno uel acrimicola iugi eius norunt nomen indium: sed ab eo, quem in summo sacraui uertice Pœninum montani appellat. Per opportune ad principia rerum Taurinis proxima genti aduersus Insuæres motum bellum erat: sed armare exercitum Annibal, ut parti alteri auxilio esset: in resitendo maxime sentientem contracta ante mala, non poterat. ocium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuie tabeq; squalida & prope efferrata corpora uari*

*mouebant. Ea P. Cornelio consuli causa fuit, cum Pisas nauibus uenisset: exercitum à Manlio, Attilioq; accepto tyronæ, & in nouis ignominijs trepido, ad Padum festinandi: ut cum hoste nondum reflecto manum confereret. sed cum Placentiam consul uenit: iam ex statuis mouerat Annibal: Taurinorumq; unam urbem caput genæsius, quia uolens in amicitiam non ueniebat: ut expugnarat: inuixissetq; sibi non metu solum, sed et uoluntate Gallos accolæ Padani eos circum spectantes defectionis tempus subito aduentu consul oppressisset. Et Annibal mouit ex Taurinis: incertus quæ pars sequenda esset: Gallos presentem se secuturos ratus. Iam prope in conspectu erant exercitus: conuenerantq; duces, sicut inter se nondum satis non ita iam imbutus uterq; quadam admiratione alterius. Nam Annibalis & apud Romanos iam ante Saguntæ excidium celeberrimum nomen erat: & Scipionem Annibal eo ipso, quod aduersus se dux potissimum lectus esset: præstantem uirum credebat. & auerant inter se opinionem. Scipio: quod relictus in Gallia, obuius fuerat in Italiam transgresso Annibali. & conatum tam audaciter traiciendarum Alpium, & effectu occupauit. Tamen Scipio Padum traiecit: & ad Ticinum amnem motis castris, prius quam eaduceret in aciem: adhortandorum militum causa talem orationem exorsus est. Si eum exercitum milites educerem in aciem: quem in Gallia mecum habui: super sedissem loqui apud uos. quid enim adhortari referret, aut eos equites, qui equitatum hostium ad Rhodanum flumen egregie uicissent: aut has legiones: cum quibus fugientem hunc ipsum hostem secutus, confessionem cedentis ac detrectantis certamen pro uictoria habui: nunc quia ille exercitus Hispaniæ prouinciæ*

scripsit, ibi cum fratre Cn. Scipioe meis auspicijs rem ge-  
 rit: ubi eum gerere senatus populusq; Romanus uoluit:  
 ego, ut consulem duceam aduersus Annibalem, ac Pœnos  
 habere: ipse uero huic uoluntario certamine obtuli. No-  
 uo imperatori apud novos milites pauca uerba facienda  
 sunt. Ne genus belli, ne ue hostem ignoretis: cum ijs e-  
 uo bis milites pugnandum: quos terra, mariq; priore bello  
 uicistis: à quibus stipendium per XX annos exegistis:  
 à quibus capta belli premia, Siciliam, ac Sardiniam ha-  
 beatis. Erit igitur in hoc certamine is uobis, illisq; annus  
 qui uictoribus, & uictis esse solet. Nec nunc illi, quia au-  
 denc: sed quia necesse est: pugnaturi sunt, nisi creditis: qui  
 exercitum in coluniam pugnam detractauerunt: eos duabus par-  
 tibus peditum equitumq; in transitu Alpium amissis, q-  
 plures penè perierunt, quam supersunt: plus spei nactos  
 esse. At enim pauci quidem sunt: sed uigentes animis, cor-  
 poribusq;: quorum robora, ac uires uix sustinere uis ulla  
 possit. Effugies, immo umbræ hominum, fame, frigore,  
 illuuiæ, quallore eneæ: contusi, ac debilitati inter saxa,  
 rupesq;: ad hæc, perussis armis: niue rigentes nerui: mem-  
 bra torrida gelu: quassata, fractaq; arma: claudi, ac de-  
 biles equi. cū hoc equite, cum hoc pedite pugnaturi estis:  
 reliquias extremas hostium, non hostes habebitis. Ac ni-  
 hil magis uereor: ne ante quam uos cum hoste pugnaue-  
 ritis: Alpes uicisse Annibalem uideantur. Sed ita forsitan  
 decuit: cum foederum ruptore duce, ac populo deos ipsos  
 sine ulla humana ope committere, ac profligare bellum:  
 nos autem, qui secundum deos uiolati sumus: commissum  
 ac profligatum conficere. Non uereor ne quis me hæc ue-  
 stri adhortandi causa magnifice loqui existimet: ipsum ali-  
 ter animo affectum esse. Licuit in Hispaniam provin-

am meam ire: quò iam profectus erā cum exercitu meo:  
 ubi: & fratrem consilij participem, ac periculi sociū ha-  
 berem: & Asdrubalem potius, quam Annibalem hoste:  
 & minorem haud dubie molem belli. tamen cum præter  
 ueherer nauibus Gallia oram: ad famam huius hostis in  
 terram egressus, præmissis equitatu, ad Rhodanum mo-  
 ui castra. equestri pralio, qua parte copiarum: censendi  
 manuum fortuna data est: hostem fudi. peditum agmen,  
 quod in modum fugientium rabitum agebatur: quia as-  
 sequi terra non poteram: neq; regressus ad naues erat:  
 quanta maxime celeritate ponti, tanto maris terrarūq;  
 circuitu, in radicibus propè Alpium obtutus fui. Huic ti-  
 mendo hosti utrum, cum declinare certamen: impro-  
 uisus uideor incidisse? an occurrere in uestigijs eius? lac-  
 sere? ac trahere ad decernendum? Experiri iuuat: utrum  
 alios certe repente Carthaginenses per uiginti annos ter-  
 ra ediderit: an ijdem sint: qui ad Ægates pugnaue in-  
 sulas: & quos ab Eryce duo de uicenis denarijs aestima-  
 tos enastistis: et utrum Annibal hic sit emulus itinerum  
 Herculis: ut ipse fert: an uelthalis, stipendiarusq;, et ser-  
 uus populi Romani à patre relictus. quem nisi Saguntiu-  
 num scelus aggraret: respiceret profecto, si non patriam  
 uictam, domum certe, pacemq;, & fœdera Amilcaris  
 scripta manu, qui iussus à consule nostro praesidium de-  
 duxit ab Eryce. qui graues impositas uictis Carthagini-  
 ensibus leges fremens, mœrensq; accipit. qui decedere  
 Sicilia, qui stipendium populo Romano dare pactus ē.  
 Itaq; uos ego milites, non eo solum animo, quo aduersus  
 alios hostes solens: pugnare uelum: sed cum indignatione  
 quadā, atq; ira uelut si seruos uideatis uestros arma repē-  
 te contra uos ferentes. Licuit, si uoluissent: ad Erycē clam

fbs ultimo supplicio humanorum, sane interficere. licuit  
 classẽm uictricem in Africam traicere: atq; intra pau-  
 cos dies sine ullo certamine Carthaginem delere. Veni-  
 am dedimus pecantibus: emisimus ex obsidione: pacem  
 cum uictis fecimus: tutela nostra deinde duximus: cum  
 Africo bello urgerentur. Pro his imparatis furiosum iu-  
 uenem sequentes oppugnanam patriam nostram ueniunt.  
 Atq; utinam pro decore tantum nobis hoc, & non pro  
 salute esset certamen. Non de possessione Sicilia, ac Sardi-  
 niæ, de quibus quondam agebatur: sed pro Italia nobis  
 est pugnandum. nec est alius ab tergo exercitus: qui, nisi  
 nos uincimus: hosti obsistat. nec Alpes alia sunt: quas dũ  
 superat: comparari noua possunt præsidia. Hic est obstan-  
 dum milites: uelut si ante Romana mœnia pugnemus.  
 Vnus quisq; se non corpus suum, sed coniugem, ac liberos  
 paruos armis protegere putet. nec domesticas se lum agi-  
 tet curas: sed idenidem hoc animo reputet: nostras nunc  
 inueneri manus senarum populumq; Romanum: qualis  
 nostra uis, uirtusq; fuerit: talem deinde fortunam illius  
 urbis, ac Romani imperij fore. Hæc apud Romanos  
 consul. Annibal rebus prius, quam uerbis adhortados  
 milites ratus, circumdato ad spectaculum exercitu, capti-  
 uos montanos uinctos in medio constituit: armisq; Galli-  
 cis ante pedes eorum proiectis, interrogare interpretem  
 iussit: ecqui, si uinculis leuaretur: armaq; & equum ui-  
 ctor acciperet: decertare ferro uellet? Cum ad unum oēs  
 ferrum pugnãmq; poscerent: & deiecta esset in id fors:  
 se quisq; eum optabat: quem fortuna in id certamen elige-  
 ret. Ut cuiusq; fors exciderat: alacer, inter gratulãtes gau-  
 dio exultans cum sui moris tripudijs arma rapãm capie-  
 piebat. ubi uero dimicaret: is habius animos non inter

eiusdem mō conditionis hoies erat: sed et inter spectãtes.  
 uulgo: ut nõ uincenitium magis, q̃ bene morientium for-  
 tuna laudaretur. Dum sic aliquot spectãtis paribus affe-  
 ctos dimississet: cōdione inde aduocata, ita apud eos locus  
 tus fertur. Si quem aium in aliene fortis exemplo paulos  
 ante habuistis: eundem mox in aestimanda fortuna uestra  
 habueritis: uicimus milites. neq; n. spectaculum modo il-  
 lud, sed quadã uelut imago uestra cōditionis erat. ac  
 nescio, an maiora uincula, maioresq; necessitates uobis, q̃  
 captiuis uestris fortuna circūdederit. Dextra, lauaq; duo  
 maria claudunt, nullam ne ad effugium quidem nauẽ  
 habẽtibis. circa Padus amnis, maior ac uolentior Rhoda  
 no, à tergo Alpes urgent, uix integris uobis, ac uigentis-  
 bus trãsitæ. Hic uobis uincendũ, aut moriendũ milites  
 est: ubi primũ hosti occurristis. & eadẽ fortuna, quæ ne-  
 cessitatẽ pugnandi i posuit: p̃mia uobis ea uictoribus pro-  
 ponit: quibus ampliora hoies ne à dijs qdẽ immortalibus  
 optare solent. Si Sicilia tm̃, ac Sardinia parentibus nos-  
 tris ereptas nostra uirtute recuperari eemus: satis tm̃ am-  
 pla p̃tia essent. q̃quid Romani tot triũphis paruum, con-  
 gestumq; possident: id omne uestrum cum ipsis dominis  
 suarum est. In hanc tam opimã mercedem agite cũ  
 dijs bene iuuantibus: arma capite. Satis adhuc in uastis  
 Lusitanis, Celtiberisq; monibus pecora consectando  
 nullũ emolumentũ tot laborũ, periculorũq; uestroꝝ uictis  
 stis. tempus est iam opulenta uos ac ditia stipendia face-  
 re: & magna opera pretia mereri, tm̃ inuenis per t t mon-  
 tes, fluminaq; & tot armatas gentes emensis. Hic uobis  
 terminum laborũ fortuna dedit: hic dignã mercedẽ eme-  
 ritis stipendijs dabit. Nec q̃ magni nominis bellũ est: tam  
 difficile existimaueritis uictoria fore. Sape et p̃tia p̃tia ha-

stis cruentum certamen edidit: & inclitū populi, regesq; perleui momento uicti sunt. Vnde dempto hoc uno fulgore nominis Romani, quid est, quod illi uobis comparandi sint? Ut uiginti annorum militiam uestram cum illa uirtute, cum illa fortuna taceam: ab Herculis columnis, ab Oceano, terminisq; ulimīs terrarum, per tot ferocissimos Hispania, & Galliaē populos uincentes huc peruenistis. Pugnabitis cum exercitu tyrone, hac ipsa astate caso, uicto, circumfesso à Gallis, ignoto adhuc duci suo, ignorantiq; ducem. An me in prætorio patris clarissimi imperatoris propè natum, certe educatum, domitorē Hispaniaē, Galliaēq; uictorem eundem non Alpianū modo gentium, sed ipsarum, quod multo maius est, Alpīū, cum semestri hoc conferam duce, defertore exercitus sui? cui si quis demptis signis Pœnos, Romanosq; hodie ostendat: ignoraturum certum habeo, utrius exercitus sit consul. Non ego illud parui aestimo milites: quod nemo uestri est: cuius non ante oculos ipse sepe militare aliquid ediderim facinus: cui non idem ego uirtutis spectator, ac testis notata temporibus locisq; referre sua possim decora. Tū laudastis me milites: dono stisq;. Alumnus prius omnium uestrum, q̄ imperator procedā acie aduersus ignotos inter se, ignorantesq;. Quocunq; circumtuli oculos: plena omnia uideo animosq;, ac roboris: ueteranum peditem: generosissimarum gentium equites frenatos, & infrenatos: uos se cios si delissimos, fortissimosq;: uos Carthaginenses tum ob patriā, tum ob iram iustissimam pugnuros. Inferimus bellum: infestisq; signis descendimus in Italiam: tanto audacius, fortiusq; pugnaturi: quanto maior spes, maiorq; animus inferentis est uim, quàm arcens. Accendit præterea animos, & stimulat dolor, iniu-

ria, indignitas. Ad supplicium depoposcere me ducem primum: dein de uos omnes, qui Saguntum oppugnastis: deditos ultimis cruciatibus affecturi fuere. Crudelissima, ac superbissima gens sua omnia, suiq; arbitriū facit: cum quibus bellum, cū quibus pacem habeamus, se modum imponere equū censet: arcum scribit, includitq; nos terminis montium, fluminumq;: quos ne excedamus: neq; eos, quos statuit, terminos obseruat. Ne transferis Iberum, ne qd rei tibi sit, cum Saguntinis. ad Iberum est Saguntū. nusquam te uestigio moueris. Pax est quod ueterimas prouincias nostras Siciliam, ac Sardiniaē ademit: nisi adimat ēt Hispaniam. & si inde cessero: in Africa transcendet. Transcendisse autem dico. duos consules huius anni, unum in Africam, alterum in Hispaniaē miserē. nihil usquam nobis relictum est: nisi quod armis uita dicauerimus. illis timidus, & ignauis licet esse: qui re captum habent quos suus ager quos sua terra per uita ac pacata itinera fugientes accipient. uobis necesse est fortibus uiris esse: & omnibus inter uictoriam, mortemue certa desperatione abruptis, aut uincere: aut si fortuna dubitabit: in prælio potius, quàm in fuga mortem oppetere. Si hoc bene fixum omnibus, destinatumq; in animo est: iterum dicam: uicistis. nullum incitamentum ad uincendum homini à dijs immortalibus acrius datum est. His adhortationibus cum utrinq; ad certamen accensi militum animi essent: Romani p̄ c̄te Titanum iungunt: tutandiq; pontis causa castellum super imponunt. Pœnus opere occupatis hostibus, Maharbaleni cum ala Numidarum, equitibus quinquecentis ad depopulandos sociorum populi Romani agros mittit: Gallis parā quam maxime iubet: principumq; animos

solicitari ad defectionem. Ponte perfecto traductus Rōi manus exercitus in agrum Insulubrium, quinque millia passuum à uico tunulis confedit. Ibi Annibal castra habebat: reuocatoque prope Maharbare, atque equitibus, cum instare certamen cerneret: nihil unquam satis dictum, premitiumque ad cohortandos milites ratus, uocatis ad concionem certa premia pronuntiat: in quorum spem pugnant: agrum sese daturum esse in Italia, Africa, Hispania, ubi quisque uelit, immunem ipsi, qui accipisset: liberisque, qui pecuniam quam agrum maluisset: eise argento satisfacturum, qui sociorum ciues Carthaginenses fieri uellent: potestatem facturum, qui domos redire mallent: daturum se operam, ne cuius suorum popularium mutata fortunam esse uellent. seruis quoque dominos profectis libertatem proponit: bimamque pro his mancipia dominis se redditarum. Eaque ut rata scirent fore: agrum laua manu, dextra silicem retinens, si falleret: Iouem, ceterosque precans deos: ita se mactarent: quem admodum ipse agrum mactasset: et secundum precationem caput pecudis saxo elisit. Tum uero omnes uelut diis authoribus in spem suam quisque accipitis, id more, quod nondum pugnarent, ad ponenda sperata rati, praelium uno animo, et uoce una poscunt. Apud Romanos haud quaquam tanta alacritas erat, super cetera recentibus etiam terribis prodigijs, nam et lupus intrauerat castra: lamiasque obuijs, ipse intactus euaserat. ex athena apu in arbore pratorio imminente confederat. Quibus procuratis, Scipio cum equitatu, iaculatoribusque expeditis profectus ad castra hostium, ex colle propinquo ad copias, quantae, et cuius generis essent, specularandas, obuius sit Annibali, et ipsi cum equitibus ad exploranda circa lo-

ca progresso. Neutri alteros primo cernebant, densior deinde incessu tot hominum equorumque oriens puluis signum propinquantium hostium fuit. Constat utriusque agmen: et praelio sese expediebant. Scipio iaculatores, et Gallos equites in fronte locat: Romanos, sociorumque quod roboris fuit: in subsidijs. Annibal frenatos equites in medium accipit: cornua Numidis firmat. Vix dum clamore sublato, iaculatores fugere inter subsidia ad secundam aciem. inde equitum certamen erat aliquandiu anceps. deinde quia turbabant equos pedites intermisti: nullis labentibus ex equis, aut desilientibus, ubi suos premi circumuentos uidissent: iam magna ex parte anceps pugna erat donec Numida, qui in cornibus erant: circumiecti paululum ab tergo se ostendere. Is paulo perculit Romanos: auxitque pauorem consulis uulnus, periculumque intercursum primum pubescentis filij propulsatum. Hic erat iuuenis, penes quem perfecti huiusce belli laus est: Africa nus ob egregiam uictoriam de Annibale, et de Penis appellatus. Fuga tamen effusa iaculatorum maxime sensit: quos primos Numida unuaserunt. Alius consertus equitatus consulem in medium acceptum non armis modo, sed etiam corporibus suis protegens, in castra, nequam trepide neque effuse cedendo, reuexit. Seruati consulis deus, Coelius ad seruum natione Ligurem delegat. Malim equidem de filio uere esse: quod et plures tradidere aures: et fama obtinuit. Hec primum cum Annibale plium fuit, quo facile apparuit, et egrum meliorem Peni esse: et ob id capos patentes, quales sunt iter Padum, Alpesque: bello gerendo Romanis aptos non esse. Itaque proxima nocte iussis militibus uasa silentio colligere, castra ob titano mota: et finantibus ad Padum eunt: rariis, quibus iuxerat flumen: modum resolutis

*sine tumultu, atq; insectatione hostis copias traieceret. Prius Placentiam peruenere: quam satis sciret Annibal ab Ticino profectos. tamen aliquot moratorum in ceteriore ripa segniter ratem soluentes cepit. transire non potuit pontem: ut extrema resoluta erant, tota rate in secundam aquam labente. Celius author est: Magonem cum equitatu, & Hispanis pedibus flumen extemplo transnataisse: ipsum Annibalem per superiora Padis uada exercitum traduxisse: elephantis in ordinem ad sustinendum impetum fluminis oppositis. Ea peritis annis eius, uix fidem fecerint. namq; equites armis equisq; saluis tantum uim fluminis superasse, non uerisimile est: ut iam Hispanos omnis inflati transiuerint utres: sed multorum dierum circuitu Padis uada petenda fuerint: quæ ex eratis grauisi pedimentis traduci posset. Potiores apud me authores sunt: qui biduo uix locum rate iungendo flumini inuentum tradunt: eâ cum Magone equites Hispanorum expeditos præmissos. Dum Annibal citra flumen legationibus Gallorum audiendis moratus traiecit grauius peditum agmen: interim Mago, equitesq; ab transitu fluminis diei unius itinere Placentiam ad hostes contendunt. Annibal paucis post diebus sex millia à Placentia castra communiuit: & postero die in conspectu hostium acie directa, potestatem pugnae fecit. Insequenti nocte cades in castris Romanis, tumultu tamen quæ re maior, ab auxiliariis Gallis facta est. Ad duo millia peditum, & ducenti equites, uigilibus ad portas truncatis, ad Annibalem transfugiunt. quos Pœnus benigne allocutus, & spe ingenium donorum accensus, in ciuitates quenq; suas ad sollicitandos popularium animos dimisit. Scipio eadem eam signum defectionis omnium Gal-*

lorum

*lorum esse ratus, contra hostesq; eo scelere uelut iniecta ra-*

*bie ad arma tueros, quanquam grauis adhuc uulnere erat: tamen quarta uigilia noctis insequentis, tacito agmine profectus ad Trebiam fluiuum in loca altiora, collesq; impeditiores equis castra mouet. Minus quam ad Ticinum sefellit. nissisq; Annibal primum Numidis, deinde omni equitatu turbasset utiq; nouissimum agmen: ni cœditate præda in uada Romana castra Numidæ diuerterent. Ibi dum perscrutantes loca omnia castrorum nullo satis digno mora pretio tempus terunt: emissis hostis de manibus est, & cum iam transgressos Trebiam Romanos, metantesq; castra conspexissent: paucos moratorum occiderunt circa flumen interceptos. Scipio ne uexationem uulneris in uia actantis ultra patiens, & collegam (iam enim reuocatum ex Sicilia audierat) grauis expectandum, locum, qui citra flumen tutissimus stans est uisus: delectum communiuit. Nec procul inde Annibal cum consedisset: quantum uictoria equestri elatus, tantum anxius inopia, quæ per hostium agros euntem nusquam præparatis comitatibus maior in dies exasperabat: ad Clastidium uicium, quo magnum frumenti numerum congesserant Romani: mitit. ibi cum uim pararent: spes facta proditiōis: nec sanè magno pretio, nummis aureis quadringentis datis P. Brundisino præfecto præsidij corrupto, traditur Annibali Clastidium. id horreum fuit Pœnis sedentibus ad Trebiam. In capiuos ex tradito præsidio, ut fama clementia in principiorum colligeretur: nihil seuitum est. Cum ad Trebiam terrestre consisset bellum: interim circa Siciliam, insulasq; Italia imminentes, & à Sempronio consule, & ante aduentum eius terra marisq; res gestæ. Vi-*

Tit. L.

ad

ginti quinqueremes cum mille armatis ad depopulandam oram Italia à Carthaginienſibus miſſæ nouem Liaras: octo ad inſulam Vulcani tenuerunt: tres in fretum auerit æſtus. Ad eas conſpectas à Meſſana duodecim naues ab Hierone rege Syracuſanorum miſſæ, qui tum forte Meſſana erat conſulem Romanum opperiens: nullo repugnante captas, naues Meſſanam in portum deduxerunt. Cognitum ex captiuis: præter uiginti naues, cuius ipſi claſſis eſſent: in Italiam miſſas, quinque & triginta alias quinqueremes Siciliã petere ad ſollicitandos ueteres ſocios. Lilybei occupandi præcipuam curam eſſe. credere eadem tempeſtate, qua ipſi diſiecti forent: eam quoque claſſem ad Ægates inſulam deiectam. Hæc ſicut audita erant: rex Meſſana Æmilio prætori, cuius Sicilia erat prouincia: præſcribit: monetque: Lilybæum firmo teneret præſidio. Extemplo & circa prætorem ad ciuitates miſſi legati, tribuni que: qui ſuos ad curam cuſtodie intenderent: ante omnia Lilybæum teneri ad apparatus belli: edicto propoſito, ut ſocij nauales decem dierum coſta cibaria ad naues deferrent: & ubi ſignum datum eſſet: ne quid moram conſulendi faceret: perque omnem oram qui erant: ex ſpeculis conſpicerent aduentantem hoſtium claſſem. Simul itaque, quanquam de industria morati curſum nauium erant Carthaginienſes: ut ante lucem accederent Lilybæum: præſentem tamen eſt: quia et luna pernox erat: & ſublatis armamentis ueniebant: ex templo datum è ſpeculis ſignum: & in oppido ad arma conclamatum eſt: & in naues conſenſum, pars militum in muris, portarum que, ſtationibus, pars in nauibus erant. & Carthaginienſes, quia rem fore haud cum imparatis cernebant: uſque ad lucem portum ſe abſtinuerunt:

deriendis armamentis eo tempore, aptanda que; ad pugnam claſſe abſumpto. Vbi illuxit: recuperare claſſem in altum: ut ſpatium pugnae eſſet: exitum que; liberum e portu naues hoſtium haberent. Nec Romani detrectauere pugnam: & memoria à ca ea ipſa loca geſtarum rerum freti & militum multitudine, ac uirtute. Vbi in altum euecti ſunt: Romanus conſerere pugnam, & ex propinquo uires conferre uelle. contra eludere Pœnis: & arte, non ui rem gerere: nauium que; quam uirorum, aut armorum malle certamen facere. nam ut ſocij neualibus affertim inſtructam claſſem, ita inopem milite habebat: & ſicubi conſerta manus eſſet: haudquaquam par numerus armatorum ex ea pugnat. Quod ubi anima uerſum eſt: & Romanis multitudo ſua auxit animum: & paucitas illis minuit. Extemplo ſeptem naues punica circumuenta: ſigam cetera ceperunt. Mille: & DCC ſuere in nauibus capti milites: naua que; in ijs tres nobiles Carthaginienſium. claſſis Romana incolumis, una tantum perforata nauis, ſed ea quoque ipſa reduce, in portum redijt. Secundum hanc pugnam nondum gnaris eis, qui Meſſana erant. T. Sempronius conſul Meſſanam uenit: & fretum intranti rex Hiero claſſem ornatam obuiam duxit. tranſgreſſus que; ex regia in pratoriam nauem, gratulatus ſoſpitem cum exercitu & nauibus adueniſſe, precatus que; proſperum ac felicem in Siciliam tranſitum, ſtatim deinde inſula, & Carthaginienſium conata expoſuit: pollicens que; eſt quo animo priore bello populum Romanum iuuenis adiuuiſſet: eo ſenem adiuurum: frumenta, ueſtimenta que; ſe legionibus conſulis, ſocijs que; naualibus gratis præbitorum. grande periculum Lilybæorum, maritimis que; ciuitatibus eſſe.

quibusdam uolentibus nouas res fore. Ob hoc consuli mihi cunctandum uisum: quin Lilybæum classe peteret. & rex, regiaq; classis una profecti nauigantes inde, pugnatum ad Lilybæum, fusasq; et captas hostium naues accipere. Ad Lilybæo consul, Hierone cum classe regia dimisso, relictoq; pratore ad tuendam Siciliam oram, ipse in insulam Melitam, qua à Carthaginensibus tenebatur: traiecit. aduenienti Amalcar Gisgonis filius praefectus praesidij cum paulo minus duobus millibus milium, oppidumq; cum insula traditur. inde post paucos dies reditum Lilybæum. captiuusq; & à Consule, & à pratore, præter insignes nobilitate uiros, sub corona uenerunt. Postq; ab ea parte satis tutam Siciliam censebat consul: ad insulas Vulcani, quia fama erat stare ibi punicam classem: traiecit. nec quisquam hostium circa eas insulas inuentus. iam forte transiferant ad uastandam Italiae oram: depulatoq; Vibonensi agro urbem etiam terrebant. Repetenti Siciliam consuli ex cursio hostium in agrum Vibonensem facta nuntiat: litteraq; à Senatu de transitu in Italiam Annibalis. & ut primo quoq; tempore collegæ ferret auxilium: missæ traduntur. Multis simul anxius curis exercitum extemplo in naues impositum Ariminum supero mari misit: Sex. Pōponio legato cum uiginti quinque longis nauibus Vibonensem agrum, maritimamq; oram Italiae tuendam attribuit: M. Æmilio prætori quinquaginta nauium classem expleuit: ipse compositis Siciliae rebus, decem nauibus oram Italiae legens Ariminum peruenit: inde cum exercitu suo profectus ad Trebiam. flumen collegæ coniungitur. iam ambo consules, & quicquid Romanarum uirium erat Annibali oppositum, aut illis copiis defen-

di posse Romanum imperium, aut spem nullam aliam esse, satis declarabat. Tamen consul alter equestri prælio uno, & uulnere suo nunus trahi rem malebat. recensitis animi alter, eoq; ferocior nullam dilationem patiebatur. Quod inter Trebiam, Padumq; agri est: Gallium incolebant: in duorum præpotentium populorum certamine per ambiguum fauorem haud modò gratiam uictoris spectantes. Id Romani, nequid modo mouerent: æquo satis, Pœnus periniquo animo ferebat: à Gallis acutum se uenisse ad liberandum eos dictitans. Ob eam iram, simul ut præda militem aleret: duo millia pedum & mille equites. Numidas plerosq; mustos, quosdam & Gallos populari omnem deinceps agrum usq; ad Padi ripas iussit. Egentes ope Galli, cum ad id dubios seruassent animos: coacti ab authoribus iniuria ad iudices suos ueros declinant: legatiq; ad consulem missi, auxilium Romanorum terræ ob nimiam cultorum fidem in Romanos laboranti, orant. Cornelio nec causa, nec tempus agenda rei placebat: suspectaq; ei gens erat, tum ob infirmitate multa facinora: tum, ut alia uenustate obsoleuissent: ob recentem Boiorum perfidiam. Sempronius contra, contemendis in fide scijs maximum uinculum esse, primosq; qui coisissent, ope defensos, censebat. tum collegæ cunctante, equitatum suum mille pedum iaculatoribus ferme admissis, ad defendendum Gallicum agrum trans Trebiam mittit. ii sparsos, & in compositos, oneratosq; præda plerosq; cum inopinantes inuasissent: in gentem terrorem, cædemq; ac fugam usq; ad castra, stationesq; hostium fecerit: unde multitudine effusa pulsi rursus sub sidio suorum prælium restituerunt. Varia inde pugna sequentes quanquam ad extremum æquassent certamen:



maior tamen hostium Romanis fama uictoriae fuit: Caeterum nemini omnium maior, iustiorq; quam ipsi consili uideri. gaudio offerri: qua parte copiarum alter consul uictus foret: ea se uicisse. restitutos ac resectos militum animos: nec quemquam esse, præter collegam: qui dilatam dimicationem uellet. eum animo magis, quam corpore ægrum memoria uulneris aciem ac tela horrere. sed non esse cum ægro senescendum, quid enim ultra differri, ac teri tempus? quem tertium consulem, quem alium exercitum expectari? castra Carthaginensium in Italia, ac propè in conspectu urbis esse. non Siciliam, ac Sardiniam uictis ademptas: nec cis Iberum Hispaniam peti: sed solo patrio, terraq; in qua geniti forent: pelli Romanos. Quantum in gemiscant, inquit, patres nostri circa mœnia Carthaginis bellare soliti: si uideant nos progrem suam, duos consules, consularesq; exercitus in media Italia pauentes intra castra? Pœnium quod inter alpes, Apenninumq; agri sit: sua ditioris fecisse? Hæc assidens agro collega, hæc in prætorio propè condionabundus agere. stimulabat & tempus propinquum comitorum: ne in nouos consules bellum differretur: & occasio in se unum uertenda gloria: dum æger collega erat. Ita; ne quicquam dissentiente Cornelio, parari ad propinquum certamen milites iubet. Annibal cum quid optimum foret hosti, cerneret: uix ullam spem habebat temere, atque improuide quicquam consules acturos. sed cum alterius ingenium fama prius, deinde re cognitum periculum ac ferox sciret esse: ferociusq; factum ex prospero cum prædatoribus suis certamine crederet: adesse gerenda rei fortunam haud diffidebat. cuius ne quod prætermitteret tempus: sollicitusq; & intentus

erat: dum tyro hostium esset miles: dum meliorem ex ducibus inuilem uulnus faceret: dum Gallorum animi uigrent: quorum in gentem multitudinem sciebat ferocius securam, quanto longius ab domo traherentur. Cum ob hæc, taliaq; speraret propinquum certamen: & facere, si cessarent, cuperet: speculatoresq; Galli ad ea exploranda, quæ uellet, uisores, quia in utrisq; castris miliabant: paratos pugna esse Romanos renuissent: locum insidijs circumspicere Pœnus cœpit. Erat in medio riuus præaltis utrinque clauis ripis, & circa obsitis palustribus herbis, & quibus inculca fermè uestiua: uirgulis, uepribusq; quem ubi ad equites quoque tegendos satis latebrosam locum circumuectus ipse oculis perlustrauit: hic erit locus, Magoni fratri ait, quem teneas. delige centenos uiros ex omni pedite, atque equite: cum quibus ad me uigilia prima uenias. nunc corpora curare tempus est. Ita præconium missum. mox cum delectis Mago aderat. Robora uirorum cerno, inquit Annibal. sed ut & numero etiam, non animis modo ualeatis: singulis uobis nouenos ex turmis, manipulisq; uestris singulos miles eligit. Mago locum monstrabit: quem insideatis. hostem cæcum ad has belli artes habebitis. Ita mille equitibus Magoni, mille pedibus dimissis, Annibal prima luce Numidas equites transgressos Trebiam flumen obequitare iubet hostium portis: iaculandoq; in stationes elicere ad pugnam hostem: iniecto deinde certamine, cedendo sensim citra flumen pertrahere. Hæc mandata Numidis. ceteris ducibus, pedium equitumque præceptum: ut prandere omnes inberent: armatos deinde, instratisq; equis signum expectare. Sempronius ad uulnam Numidarum primum omnem equitatum, se

rox ea parte uirium, deinde sex millia peditum, postremo omnes copias ad destinatum locum iam ante consilio audius certaminis eduxit: Erat forte bruma tempus, & uivalis dies in locis Alpibus Apenninoq; interiectis, propinquitate etiam fluminum ac paludum prægelidis. ad hæc raptim eductis hominibus atq; equis, non capto ante cibo, non ope ulla ad arcendum frigus adhibita, nihil caloris inerat: & quicquid auræ fluminis appropinquaret: afflabat acrior frigoris uis. ut uero refugientes Numidas insequentes aquam ingressi sunt: (& erat peltoribus tenuis aucta nocturno imbri) nam utiq; egressis rigere omnibus corpora: ut uix armorum tenendorum potentia essent: & simul procedente iam die fame etiam deficere. Annibalis interim miles ignibus ante tentoria factis oleoq; per manipulos, ut molliret aruis, misso, & cibo per otium capto, ubi transgressos flumen nunciatum est hostes: alacer animis corporibusq; arma capit: atque in aciem procedit. Baleares locat ante signa, leuem armaturam, octo ferme millia hominum: deinde grauiorem armis peditem, quod uirium, quod roboris erat: in cornibus circumfacit: decem millia equitum: & ab cornibus in utraq; partem diuisos elephantos statuit. Consul effusos sequentes equites, cum ab resistentibus subito Numidis incauti exciperentur: signo receptui dato reuocatos circum dedit peditibus. Duo de uiginti millia Romanorum erant: socium nominis latini XX. auxilia præterea Cæomanorum, ea sola in fide manserat Gallica gens. his copijs concursus est. Prælium à Balearibus ortum est. quibus cum maiore robore legiones obfisterent: deductæ prope in cornua leuis armaturæ sunt. quæ res effecit ut equitatus Romanus exemplo urgeretur, nam cum uix

iam per se resisterent decem millibus equitum quattuor millia: & fessi Romani plerisq; integris Pænis: obruti sunt insuper uelut nube iaculorum à Balearibus coniecta: ad hoc elephanti eminentes ab extremis cornibus, equis maxime non uisu modo, sed odore insolito teritis, fugam late faciebant. Pedestris pugna par animis magis, quam uiribus erat: quas recentes Pænis pauloante curatis corporibus in prælium attulerat: contra, ieiuna fessaq; corpora Romanis, & rigentia gelu torpebant. resistissent tamen animis: si cum peditum solum foret pugnam, sed & Baleares pulso equite iaculabantur in latera: & elephanti iam in mediam peditum aciem sese uilerant: & Mago, Numidaeq; simul lateras eorum improuida, præterlata acies est: exorti à tergo ingentem tumultum, ac terrorem fecere. Tamen in tot circumstantibus malis mansit aliquandiu immota acies: maxime præter spem omnium aduersus elephantos. eos pedites ad id ipsum locum ueritus coniectis, & auertere: & insecuti auersos sub caudis, qua maxime molli cute uulnera accipiunt: fodiebant. Trepidantis propeq; iam in suos confertatos media acie in extremam ad sinistrum cornu aduersus Gallos auxiliares agi iussit Annibal. exemplo haud dubiam fecere fugam. additus quoq; nouus terror Romanis: ut fusa auxilia sua uiderunt. itaq; cum iam in orbem utrinq; pugnant: decem millia ferme hominum, cum alia euadere nequiuissent: media Afrorum acie, quæ Gallicis auxilijs firmata erat: cum ingenti cæde hostium perripere. Et cum neque in castra reditus esset: flumine interclusis: neq; præ imbris satis discernere possent: qua suis opem ferrent: placentiam: recto itinere perrexere. Plures deinde in omnes partis eruptiones factæ. & qui

flumen petere: aut gurgitibus absumpti sunt: aut inter cunctationem ingrediendi ab hostibus oppressi. qui passim per agros si qua sparsi erant: vestigia cedentis sequentes agminis Placentiam contendere. alijs timor hostium audaciam ingrediendi flumen fecit: transgressiq; in castra peruenere. Imber niue mistus, & intoleranda uis frigoris, & homines multos, & iumenta, & elephantos propè omnis consumpsit. Finis insequendi hostis Pœnis flumen Trebia fuit. Et ita torpentes gelu in castra rediere: ut uix læticiam uictoriae sentirent. Itaque nocte insequenti, cum præsidium Romanorum castrorum, & quod reliquum ex magna parte milium erat: rariibus Trebiam traicerent: aut nihil sentire Pœni obstrepente pluuia: aut, quia iam moueri præ lassitudine nequebant, ac uulneribus: sentire sese dissimularunt. quietisq; Pœnis tacito agmine ab Scipione consule exercitus Placentiam est perductus: inde Pado traiectus Cremonam: ne duorum exercituum hybernis una colonia premeretur. Romam tantus terror ex hac clade perlatus est: ut iam ad urbem Romani crederent in festis signis hostem uenturum: nec quicquam spei, aut auxilij esse: quo portis, mœnibusq; uim arcerent. Vno consule ad Ticinum uicto, altero ex Sicilia reuocato, duobus consularibus, duobus consularibus exercitibus uictis, quos alios duces, quas alias legiones esse, quæ accerserentur? Ita territis Sempronius consul aduenit: ingenitico per effusus passim ad præadandum hostium equites, audacia magis, quam consilio aut spe fallendi, resistendi ue, si non falleret: transgressus. Id quod unum maxime in præsentia desiderabatur: comitijs consularibus habitis, in hyberna redijt. Creati consules,

Cn. Seruilius, & C. Flaminius. Caterum ne hyberna quidem Romanis quieti erant: uagantibus passim Numidis equitibus, &, quæ his impeditiora erant: Celiberris, Lusitanisq;. Omnes igitur clausi undiq; conueatus erant: nisi quos Pado naues subueberent. Emporium propè Placentiam fuit, & opere ualido, & magno munitionum præsidio. Eius castelli oppugnandi spe cum equitibus, ac leui armatura profectus Annibal, cum plurimum in celando incepto ad effectum spei habuisset: nocte adortus non fessellit uigiles. tantus repente clamor est subleuus: ut Placentiæ quoque audiretur. Itaque sub lucem cum equitatu consul aderat: iussis quadrato agmine legionibus sequi. Equestre prælium interim commissum: in quo, quia Annibal saucius pugna excessit: pavor hostibus iniecto, defensum egregie præsidium est. Paucorum inde dierum quiete sumpta, & uix dum satis percurato uulnere, ad Vicunnias ire pergit oppugnandas. Id emporium à Romanis Gallico bello fuerat munitionum. inde locum frequentauerant accolæ misti undiq; ex finitimis populis: & tunc terror populationum eò plerosq; ex agris compulerat. Huius generis multitudo fama impigre defensi ad Placentiam præsidij accensa, armis arreptis obuiam Annibali procedit. Magis agmine, quam acie in uia concurrerunt. & cum ex altera parte nihil, præter inconditam urbem esset: in altera & dux militi, & duci fidens miles: ad triginta quinq; millia hominum à paucis fasa. Postero die deditioe facta præsidium intra mœnia accipere: iussiq; arma tradere. Cum dicto paruisent: signum repente uictoribus datur: ut tanquam uicaptam urbem diriperent. neq; ulla, quæ in tali re memo-

rabilis scribentibus uideri solet: prætermiſſa clades eſt. adeo omnis libidinis, crudelitaſq; & inhumana ſuperbia editam in mſcros eſt exemplum. Hæ ſuere hybernae expeditiones Annibalis. Haud longis inde temporibus, dum intolerabilia frigora erant: quies militū data ē: Et ad prima, ac dubia ſigna ueris proſpectus ex hybernis in Hetruriam ducit: eam quoq; gentem, ſicut Gallos, Liguresq; aut ui, aut uoluntate adiunſurus. Tranſeuntem Apenninum adeo atrox tempeſtas adorta eſt: ut Alpiū fœditatem propè ſuperauerit. Vento miſtus imber cum ferretur in ipſa ora primā, q̄a aut arma omnittenda erāt: aut contra enitentes uortice intortū affligebantur: conſiſtere. deinde cum iam ſpirinum intercluderet: nec reciprocare animam ſineret: auerſi a uento parumper conſedere. Tum uero in genti ſono cœlum ſtreperet: Et inter horrendos fragores micare ignes. capiti auribus, & oculis metu omnes torpere. Tandem effuſo imbre, cum eo magis accenſa uis uenti eſſet: ipſo illo, quo deprehenſi erāt loco, caſtra ponere neceſſarium uisum eſt. Id uero laboris uelut de uento initium fuit. nam nec explicare quicquam, nec ſtatueri poterant: nec quod ſtatuum eſſet: manebat: omnia perſcendente uento, & rapiente. Et mox aqua leuato uento cum ſuper gelida montium cacumina concreta eſſet: tantum nuuſa grandinis deiecit: ut omnibus omiſſis procumberent homines, te gruinibus ſuis magis obruti, quān teſt. tantūq; uis frigoris inſecuta eſt: ut ex illa miſerabili hominum, iumentorumq; ſtrage cum ſe quiſq; attollere, ac leuare uellet: diu nequiret: quia torpentibus rigore neruis uix ſteclere aruus poterant. deinde ut tandem agitando ſeſe mouere: ac recipere animos: Et raris locis ignis fieri eſt cœptus: ad alienam opē q̄ſq;

inops tendere. Biduum eo loco uelut obſeſſi manſere. multi homines, multa iumenta, elephanti quoq; ex his, qui prælio ad Trebiam factō ſuperfuerant: ſeptem abſumpti. Digreſſus Apennino retro ad Placentiam caſtra mouit: Et ad decem millia progreſſus conſedit. poſtero die XII millia pedium, quinque equitum aduerſus hoſtem ducit. Nec Sempronius conſul (iam enim redierat ab Roma) detreſtauit certamen. atq; eo die tria millia paſſuum inter bina caſtra ſuere. Poſtero die in gentibus animis, uario euentu pugnam eſt. primo concurſu adeores Romana ſuperior fuit: ut non acie uincerent ſclum: ſed percuſos hoſtes in caſtra perſequerentur: mox caſtra quoq; oppugnarent. Annibal paucis propugnatoribus in uallo portisq; poſitis, cæteros conſertos in media caſtra recipit: intentosq; ſignum ad erumpendum ſpectare iubet. Iam uera ferme diei hora erat: cum Romanus ne quicquam fatigato milite, poſtquam nulla ſpes erat potiūdi caſtris: ſignum recepui dedit. quod ubi Annibal accipit: laxat amq; pugnam, & reſeſſum a caſtris uidit: ex templo equitibus dextra lauaq; emiſſis in hoſtem, ipſe cum pedium robore de his caſtris erupit. Pugna raro ulla magis ſæua, & cum utriuſque partis pernicie clarior fuiſſet: ſi extendi a die in longum ſpaciūm quuiſſet. nox accenſum in gentibus animis prælium diremit. itaq; actior concurſus fuit, quān cades. Et ſicut aquata ferme pugna erat: ita clade pari diſceſſum eſt. à neutra parte ſexcentis plus pediūbus, & dimidium eius equitum cecidit. ſed maior Romanis, quān pro numero iactura fuit: quia equeſtris ordinis aliquot, & tribuni militū quinque, & præſecti ſociorum tres ſunt interſecti. Secundum eam pugnam Annibal in Ligures, Sempronius Lucam

concessit. Venienti in Ligures Annibali per insidias intercepti duo quæstores Romani, C. Fulvius, & L. Lucretius cum duobus tribunis militum, & quinque equestris ordinis senatorum ferme liberis, quo magis ratam fore cum his pacem societatemque crederet: traduntur. Dum hac in Italia geruntur: Cn. Scipio in Hispaniam cum classe & exercitu missus, cum ab hostio Rhodani profectus, Pyreneosque montes circumnectus emporijs appulisset classem exposito ibi exercitu, orsus à Lacetanis usque ad Iberum flumen partim renovandis societatibus, partim novis instituendis, Romanæ dittonis fecit. inde conciliata clementiæ fama non ad maritimos modo populos, sed in mediterraneis quoque ac montanis ad ferociore iam gentes valuit. nec pax modo apud eos, sed societas etiam armorum parata est: validaque aliquot auxiliorum cohortes ex his conscriptæ sunt. Hannonis cis Iberum provincia erat. eum reliquerat Annibal ad regionis eius præsidium. Itaque prius quam alienarentur omnia obviam eundem rarus, castris in conspectu hostium positis, in aciem eduxit. Nec Romano differendum certamen visum: quippe qui sciret cum Hannone & Asdrubale sibi dimicandum esse: malletque adversus singulos separatim, quam adversus duos simul rem gerere. Nec magni certaminis ea dimicatio fuit. Sex millia hostium caesa: duo capta cum præsidio castrorum. nam & castra expugnata sunt: atque ipse dux militum cum aliquot principibus captus: & scissum propinquum castris oppidum expugnatur. Caterum præda oppidi parvi pretij rerum fuit: suppellex barbarica, ac vilium mancipiorum. castra militè ditauere, non eius modo exercitus, qui victus erat: sed &

eius, qui cum Annibale in Italia militabat: omnibus ferè caris rebus, ne gravia impedimenta ferentibus essent: circa pyreneum relictis. Prius, quàm certa huius cladis fama accederet: transgressus Iberum Asdrubal cum octo milibus peditum, mille equitibus, tanquam ad primum adventum Romanorum occisurus, postquam perditas res amissaque castra accepit: iter ad mare conuertit. Haud procul Tarracone classicos milites navalesque socios uagos palantesque per agros (quod ferme fit: ut secunda res neglientiam creent) equite passim dimisso cum magna cæde, maiore fugæ ad naues compellit. nec diutius circa ea loca morari ausus, ne à Scipione opprimeretur: trans Iberum sese recepit. Et Scipio raptim ad famam novorum hostium agmine actus, cum in paucos profectos paululum animaduertisset: præsidio Tarracone modico relicto, emporia cum classe rediit. Vix dum digressus eo Asdrubal aderat: & Ilergetum populo, qui obsides Scipioni dederat: ad defectionem impulsus, cum eorum ipsorum iuvenute agros fidelium Romanis sociosque uastat. Exiit deinde Scipione hybernis hostis cis Iberum Tarraconem uersus cedit. Agros Scipio relictos ab authore defectionis & Ilergetum gentem cum infesto exercitu inuasisset: compulsis omnibus Athanagiam urbem, quæ caput eius populi erat: circumfedit: intraque dies paucos pluribus quam ante obsidibus imperatis, Ilergetes pecunia etiam multatatos in ius dittonemque recepit. inde in austretanos propè Iberum socios & ipsos Peronorum procedit: atque urbe eorum obfessa, Lacetanos auxiliium finitimis ferentes nocte haud procul iam urbe cum intrare uellent: excipit insidijs. Caesi ad XII millia: exunt penè omnes armis domos passim palantes per agros diffringere. nec obfessos alia ulla res, quam iniqua oppu-

gnantibus hyems iutabatur. XXX dies obfidio fuit: per quos raro unquam nix minus quatuor pedes alta iacuit: adeoq; pluteos, ac nives Romanorum operuerat: ut ea sola ignibus aliquones coniectis ab hoste etiam ut tamentum fuerit, postremo cum Anusius princeps eorum ad Asdrubalem profugisset: XX argenti talentis pacis deduntur. Tarraconem in hyberna reditum est. Romæ aut, et circa urbem multa ea hyeme prodigia facta: aut, quod euenire solet motis semel in religionem animis: multa nuntiata, & temere credita sunt. In quis ingenuum infantem senestrem in foro Olitorio triumphum clamasse: & foro Boario bouem in tertiam contiguationem sua sponte scandisse: atq; inde unum habitatorum terriam sese deieçisse: & nauium speciem de cælo affulsisse: & ædem Spei, quæ est in foro Olitorio: fulmine istam. Et Lanuij hastam se commouisse: & eorum in ædem Iunonis deuolasse: atq; in ipso puluinarario confedisse. Et in agro Amiternino multis locis hominum specie procul candida ueste uisos: nec cum ullis congressos. Et in Piceno lapidibus pluuisse. Et Cære sortes extenuatas. Et in Gallia lupum uigili gladium è uagina rapum abstulisse. Ob cætera prodigia libros adire decem uiri iussi. quod autem lapidibus pluisset in Piceno: nouendiale sacrum edictum: & subinde alijs procurandis propè tota ciuitas operata fuit. iam primum omnium urbs lustrata est: hostiæq; maiores, quibus edictum est: dijs casæ: & donum ex auri pondò XL Lanuium Iunoni portatum est: & signum æneum matronæ Iunoni in Auentino adificauerunt: & lectisternium Cære, ubi sortes extenuata erant: imperatum: & supplicatio Fortunæ in Algido: Romæ quoq; & lectisternium: Iuuentati:

& supplicatio

& supplicatio ad ædem Herculis nominatim: deinde uniuerso populo circa omnia puluaria indicta: & Geruius maiores hostiæ casæ quinque. & C. Atilius Seranus prætor uota suscipere iussus: si in X annos Respub. eodem stasset statu. Hæc procurata uota: quæ ex libris sibyllinis magna ex parte leuauerant animos religione. Consulum designatorum alter Flaminius, cui eæ legiones, quæ Placentiæ hybernabant: sorte eueniant: editum, & litteras ad consulem misit: ut is exercitus idibus martij Arimini esset in castris. Huic in prouincia consulum inire consilium erat, memori ueterum certaminum cum patribus: quæ tribunus plebis, & quæ postea consul, prius de consulatu, qui abrogabatur: deinde triumpho habuerat: inuisus etiam senatui ob nouam legem: quam inique Q. Claudius tribunus plebis, aduersus senatum uno patrum adiuuante C. Flaminiu tulerat: ne quis senator, qui uel senatoris pater fuisset: mariam nauem, quæ plusq; trecentarum amphorarum esset: haberet. id satis habitum ad fructus ex agris uestandos. Quæstus omnis patribus indecorus uisus. Res per summam contentionem acta inuidiam apud nobilitatem suscelegis Flaminiu fauorem apud plebem, alterumq; inde consulum peperit. Ob hoc ratus auspicijs ementiendis, Latinarumq; feriarum mora, et consularibus alijs impedimentis retenturos se in urbe, simulato itinere priuatus clam in prouinciã abiit. Ea res ubi palam facta est: nouam insuper iram infestissimam ante patribus mouit. Non cum senatu modo, sed cum dijs immortalibus C. Flaminiu bellum gerere. Consul lè ante iaspicato factum reuocantibus ex ipsa acie dijs, atq; hominibus non paruissè. & nunc comitia prætorum & Capitolium, & solènem uotorum nuncupationem fu

Tit. L.

cc

esse: ne die inīti magistratus Iouis omne templum adiret: ne senatam inuisus ipse & sibi, unī, inuisum uideret, consuleretq;: ne Latinas indiceret: Iouiq; Latiali solenne sacrum in monte faceret: ne auspiciato profectus in Capitolium ad uota nuncupanda, paludatus inde cum lictoribus ad prouinciā iret, lixa modo, sine insignibus, sine lictoribus profectum clam, furtim, haud aliter, q̄ si exiliū causa solum uertisset. magis pro maiestate uidelicet imperij Arimini, q̄ Romæ magistratum iniurum, & in diuersorio hospitali, q̄ apud penates suos prætexitam sumpurum, reuocandum uniuersi, retrahendūq; censuerunt: & cogendum omnibus prius presentem in deos hominesq; fungi officijs: q̄ ad exercitum, et in prouinciā iret. In eam legatione (legatos enim nūti placuit) Q. Terentius, & M. Antistius profecti nihilo magis eum mouere: q̄ priori consulatu litteræ mouerant à lenatu misse. Paucos post dies magistratum inijt: inmolatūq; ei uiulus iam ictus ē manibus sacrificantium sese cū proripisset: multos circumstantes cruore respersit. Fuga procul etiam maior apud ignaros quid trepidarent, & concursatio fuit. ad à plerisq; in omen magni terroris acceptum. Legionibus inde duabus à Sempronio prioris anni consule, duabus à G. Atilio prætorē accepit in Hetruriam iam per Apennini tranutes exercitū ductū est captus.

DECADIS TEREIÆ LIBER  
SECUNDVS.

AM VER APPETEBAT:  
cum Annibal ex hybernīs monit, & ne  
quicquam ante coratū transcendere  
Apenninum intolerandis frigoribus:  
& cum ingenti periculo morans, ac

metu. Galli, quos præda populationūq; concuerat spes: postquam pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent, agerentq;: suas terras sedem belli esse, præmāq; utriusq; partis exercituum uiderunt hybernīs: uertunt retro ad Annibalem ab Romanis odia: petūsq; est saepe principū insidijs: ipsorumq; inter se fraude eadem leuitate, qua consenserant: consensu indicantium seruatis erat: & mutando nunc uestem, nunc tegumenta capitis, errore etiā sese ab insidijs munitat. ceterum hic quoq; ei timor causa fuit manuius mouendi ex hybernīs. Per idem tempus Cn. Seruilius Romæ idibus Martijs magistratum inijt. Ibi cū de Rep. reuulisset: redintegrata in C. Flaminiū inuidia est. Duos se consules creasse: unum habere, quod. n. illi iustum imperiū, quod auspiciū esset magistratus: id à domo, publicis priuatisq; penatibus, Latinis ferijs atq; etis, sacrificio in monte profecto, uotis rite in Capitolio nuncupatis, secum ferre: nec priuam auspiciā sequi: nec sine auspicijs profectū in externo ea solo noua, atq; itegra p̄cipere posse. Augebāt metū prodigia ex pluribus simul locis nūtiata. In Sicilia miliābus aliquot spicula, in Sardinia at in muro circueuntū uigilijs equitū scapionē, quē manu tenuerat: atfisse: et littora crebris ignibus fulsi

ſcuta duo ſanguinem ſudaffe: & milites quosdam  
ictos fulminibus: & ſolis orbem minui uifum. Et præneſte  
ardentes lapides cælo cecidiſſe. Et Arpis palmas in  
cælo uiſas: pugnantemq; cum luna ſeleni. Et Capenæ  
duas inter diu lunas ortas. Et aquas Cærete ſanguine  
miſtas fluxiſſe: fontemq; ipſum Herculis cruentis manas  
ſe ſparſum maculis. Et Antij metentibus cruentas in cor  
bem ſpicas cecidiſſe. Et Falerijs cælum ſindi uiſum uer  
lut magno hian: quaq; pauerit: in gens lunien effuſiſſe:  
fortes ſua ſponte attenuatas: unamq; ex cidiſſe ita cri  
ptam. Mauors ſuum telum concant. Et per idem tem  
pus Romæ ſignum Martis Appia uia ad ſimulacra lu  
porum ſudaffe. Et Capuæ ſpeciem cæli ardentis fuiſſe,  
lunæq; inter imbrem cadentis. Inde minoribus etiam di  
ctu prodigijs fides habita. Capras lanatas quibusdā ſur  
ſtas. Et gallinam in marem, gallum in ſcæminâ ſeſe uer  
ſiſſe. His ſicut erant nuntiata expoſitis, authoribusq; in  
curiam introductis, conſul de religione patres conſuluit.  
Decretum: ut ea prodigia partim maioribus hoſtijs, parti  
tim lætentibus procurarentur: & uñ ſupplicatio per tri  
duum ad omnia puluinaria haberetur. Cætera cum de  
tenuiri libros inſpexiſſent ut ita fierent: quemadmodum  
cordi eſſe diui carminibus præſarentur: id decemuirorum  
monitu decretum eſt: Ioui primum donum fulmen au  
reum pondo quinquaginta fieret: Iunoni, Mineruæq; ex  
ar gento dona darentur: & Iunoni reginæ in Auentino,  
Iunoniq; Soſpitæ Lanuij maioribus hoſtijs ſacrificare  
tur: Matrônæq; pecunia collata, quantum conferre cuiq;  
commodum eſſet: donum Iunoni reginæ in Auentinum  
ferrent: lectiſterniumq; fieret: quin ut libertinæ & ipſæ,  
unde Feroniæ donum daretur: pecuniam pro facultati,

bus ſuis conferrent. Hæc ubi facta: decemuiri Ardeæ in  
foro maioribus hoſtijs ſacrificarunt. poſtremo ex libris  
Decembriam menſe ad ædem Saturni Romæ immolatū  
eſt: lectiſterniumq; imperatum: & eum lectum ſenato  
res ſtrauerunt: & conuiuium publicum, ac per urbem ſa  
turnalia die ac nocte clamatum: populusq; eum diem fe  
ſtum habere, ac ſeruare in perpetuum iuſſus. Dum con  
ſul placandis Romæ dijs habēdoq; delectu dat operam:  
Annibal profectus ex hybernis, quia iam Flaminiū cō  
ſulem Arretium perueniſſe fama erat: cū aliud longius,  
ceterum commodius oſtenderetur iter: propiorē uiam  
per paludem petit: qua fluminis Arnus per eos dies ſcilito  
magis inundauerat. Hiſpanos, & Afros, & omne qd  
ueterani erat robur exercitus: admiſtiſtis ipſorum impedi  
mentis, nec ubi conſiſtere coactis neceſſaria ad uſus deef  
ſent: primos ire iuſſit: ſequi Gallos: ut id agminis medium  
eſſet: nouiſſimos ire equites: Magonem inde cum expedi  
tis Numidis cogere agmen: maxime Gallos, ſi tædio labo  
ris longæq; uia (ut eſt mollis ad talia gens) dilaberentur,  
aut ſubiſſerent cobibentem. Primi, quā modo præirent  
duces: per præaltas fluij, ac profundas uoragines hau  
ſti penē lino immergentesq; ſe, tamen ſigna ſequebantur.  
Galli neq; ſuſtinere prolapsi, neq; aſſurgere ex uoragini  
bus poterant: aut corpora animis, aut animos ſpe ſuſti  
nebant: alij feſſa ægre trabentes membra: alij, ubi ſemel  
uictis tædio animis procubuiſſent: inter iumenta & ipſa  
iactentia paſſim morientes. maximeq; omnium uigilia cō  
ſciebant, per quatriduum iam, & tres noctes tolerata.  
Cum omnia obtinentibus aquis, nihil, ubi in ſiccō feſſa  
ſternerent corpora: inueniri poſſet: cumulatis in aquis  
ſarcinis, in ſuper incumbant. iumentorum itinere toto



prostratorum passim acerui tātum quod extaret aqua, grētibz ad quietem parui temporis necessarium cubile dabant. Ipse Annibal aeger oculis ex uerna primum in temperie uariante calores frigoraq; elephanto, quous superfuera: quod alius ab aqua extaret, uelut, uigilijs tamen, & nocturno humore, palustriq; cælo gramante caput, & quia medendi nec locus, nec tempus erat: altero oculo capitur. Multis hominibus iumentisq; fœde amissis, cum tandem de paludibus emerisset: ubi primum in sicco ponit, castra locat: certumq; per præmissos exploratores habuit: exercitum Romanum circa Arretij mœnia esse. consulis deinde consilia atq; animum, & suum regionum, itineraq; & copias, ad comœneus expediendos, & cætera, quæ cognosse in rem erat: summa omnia cum cura inquirendo exequēbatur. Regio erat in primis Italia fertilis, hethrusci campi, qui Fesulas inter, Arretiumq; iacent: frumenti, ac pecoris, & omni copia rerum opulenti. Consul ferox ab consulatu priore, & non modo legum aut patrum maiestatis, sed ne deorum quidem satis metuens erat. hanc insitam ingenio eius temeritatem fortuna prospero ciuilibz, bellicisq; rebz successu aluerat. itaq; satis apparebat, nec deos, nec homines consulentem, ferociter omnia, ac præpropere acturum. quoq; prior esset in uita sua: agitare eum, atq; irritare Pœnus parat, & laua relicto hoste, Fesulas petens, Hetrurie agros prædatum profectus, quantam maximam uastitatem potest, cædibus, incendijsq; consuli procul ostendit. Flaminius, qui ne quieto qdem hoste ipse quietus erat: cum uero, posteaquam res sociorum ante oculos propè suos ferri, agiq; uidit: suum id dedecus ratus, per mediam iam Italiam uagari Pœnum: atq; obistente nullo, ad ip

sa Romana mœnia ire oppugnanda: cæteris omnibus in concilio salutaria magis, quam speciosa suadentibus: col legam expectandum: ut coniuñctis exercitibus communi animo, consilioq; rem gererent: interim equitatu, auxilijsq; leuium armorum ab effusa prædandi licentia hostem cohibendum: iratus se ex concilio proripuit: signumq; simul itineris, pugnaq; proposuit. Quinimmo Arretij ante mœnia sede amicus: inquit, hic enim patria, & penates sunt. Annibal emissus è manibus perpopulenta Italia: uastandoq; & urendo omnia, ad Romana mœnia perueniat: nec ante nos hinc mouerimus: quæ, sicut olim Camillum ab Veijs: C. Flaminiū ab Arreio patres acieuerint. Hæc simul increpans cum ocyus signa conuelli iuberet: & ipse in equum insilisset: equus repente corruit: consulēq; lapsam super caput effudit. Territis omnibus, qui circa erant: uelut fœdo omine incipiendæ rei, insuper nuntiat: signum omni ui moliente signifero conuelli nequire. Conuersus ad nuntium, num litteras quoq; inquit, ab senatu affers: quæ me rem gerere uerent? ab: nuntia, signum effodiant: si ad conuellendum manus præmeu obtorpuerint. Incedere inde agmen cœpit: primoribus super quàm quod dissenferant à consilio, territis etiam duplici prodigio: milite in uulgus lato ferocia ducis: cum sp̄e magis ipsam, quàm causam spei inueteret. Annibal quod agri est inter Cortonam urbem, Trasimenniq; lacum: omni clade belli peruasat: quo magis iram hosti ad uindictandæ sociorum iniurias acuat. Et iam perueniant ad loca insidijs nata: ubi maxime montes Cortonenses Trasimenes subit. Via tantum interest per angustia, uel ad ipsam de industria relicto spatio: deinde paulo latior patescit campus: inde colles assurgunt. Ibi castra

In aperto locat: ubi ipse cum Afris modo, Hispanisq; cōsideret. Baleares, cæteramq; leuem armaturam post mōtis circumducit: equites ad ipsas fauces salus tumultis apte gentibus locat: ut ubi intrassent Romani: obiecto equitatu, clausa omnia lacu ac montibus essent. Flaminius cum pridie solis occasu ad lacum peruenisset: inexplorato postero die uix dum satis certa luce angustijs superans, postquam in patentiorem campum pandi agmen cepit: id tantum hostium, quod ex aduerso erat: aspexit: à tergo, ac super caput detecta insidia. Pœnus ubi id quod pœnerat: clausum lacu montibusq; , & circumfusum suis corpibus habuit hostem: signum omnibus dat simul inuadendi. Qui ubi quâ cuiq; proximum fuit, decurrere: eo magis Romanis subita, atq; inpronsa res fuit: quod orta ex lacu nebula campo, quàm montibus dēsior federat: agminaq; hostium ex pluribus uallibus ipsa inter se satis conspecta: eoq; magis pariter decurrerunt. Romanus clamore prius undiq; orto, quàm satis cerneret: se circumueium esse sensit: & ante circa frontem, lateraq; pugnari cepit: quàm satis instrueretur acies: aut expediri arma stringiq; gladij possent. Consul per cælis omnibus ipse satis in trepida re impanidus, turbatos ordines, uertentesq; se quoq; ad dissonos clamores, instruit: ut tempus locusq; patitur: & quacunq; adiri audiriq; potest, adhortatur: ac stare, & pugnare iubet. Nec enim inde uotis, aut imploratione deum, sed ui ac uirtute euadendū esse. per medias acies ferro uiam fieri. & quo timoris minus sit: eo minus ferme periculi esse. Cæterum præ strepitum ac uultum, nec consilium, nec imperium accipi poterat. tãtumq; aberat ut sua signa, atque ordinem, & locum nosceret miles: ut uix ad arma capienda, aptandaq; pugna

competeret animus: opprimerenturq; quidā onerati magis his, quàm tecti. & erat in tanta caligine maior usus aurium, quàm oculorū: ad genus uulnerum, ictusq; corporum, aut armorum. & misto strepentiū pauentiumq; clamore, circūferebant ora, oculosq;. Alij fugientes pugnantium globo illati hærebant. alios redentes in pugnam auertebat fugientium agmen. Deinde ubi in omnis partes nequicquam impetus factus: & ab lateribus montes ac lacus, à fronte & à tergo hostium acies clauderat: apparuitq; nullam nisi in dextera, ferroq; saluatis spē esse: tum sibi quisq; dux, adhortatorq; factus ad rem gerendam: & noua deintegro pugna exorta est: nō illa ordinata per principes, hastatosq; ac triarios: nec ut pro signis antesignanus, post signa alia pugnaret acies: nec ut in sua legione miles, aut cohorte, aut manipulo esset. fors conglobabat: & animus suus cuiq; ante, aut post pugnandi ordinem dabat. tantusq; fuit ardor animorum: adeo intentus pugne animus: ut eum motum terræ, qui nullætarum urbium Italia magnas partes prostravit: aueritq; cursu rapido amnis: mare fluminibus inuexit: montes lapsu ingenti proruit: nemo pugnantium senserit. Tres ferme horas pugnatum est: & ubiq; atrociter. circa consulem tamen acrior, infestiorq; pugna est. eū & robora uirorum sequebantur: & ipse quacunq; in parte premi ac laborare senserat suos: impigre ferebat opem: insignisq; armis, & hostem summam ui petebat: & uebatur suos cūes. donec insuber equum ( Ducario nomen erat) faciēmq; noscitant, Consul, inquit, hic est, popularibus suis: qui legiones nostras cecidit: agrosq;, & urbem est depopulatus. iam ego hanc uictimam manibus peremptor: sæde cūm dabo. subdinsq; calcaribus equo,

per confertissimam hostium turbam impetum facit. obruncatoq; prius armigero, qui se infesto uenienti obuia obicerat: consulem lancea transfixit. spoliare cupientem triarij obiecit clypeis arcuere. Magnæ partis fuga inde primum cœpit: & iam nec lacus, nec montes obstabant. **p**amori. per omnia arcta, præruptaq; uelut cæci euadit: armaq; & uiri super alium alij præcipitantur. pars magna, ubi locus fugæ deest: per prima uada paludis in aquam progressi, quod capitibus, humerisq; extare possunt: sese immergunt. suere, quos inconsultus pavor nauado etiam capessere fugam impulserit. quæ ubi immensa, ac sine spe erat: aut deficientibus ais hauriebatur gurgitibus: aut ubi nequicquam festinauerant: retro ægerrime terram repetebant: atq; ibi ab ingressis aquam hostium equitibus passim trucidabantur. Sex millia fermè primi agminis per aduersos hostis eruptione impigre facta, ignari omnium, quæ post se agerentur: ex salu euasere. & cum in tumultu quodam constitissent: clamorem modo, ac sonum armorum audientes, quæ fortuna pugnae esset, neq; scire, nec perspicere præ caligine poterant. Inclinata ad iniqua re, cum calescente sole dispulsa nebula aperuisset diem: tum liquida iam luce montes, campiq; perditas res, stratamq; ostendere fœde Romanam acie. itaq; ne in conspectos procul immitteretur eques: sublati raptim signis, quam citatissimo poterant agmine sese abripuerunt. postero die cum super cætera extrema fames etiam instaret: fidem dâte Maharbale, qui cum omnibus equestribus copijs nocte consecutus erat: si arma tradidissent: abire cum singulis uestimentis passurum: sese dediderunt. quæ punica religione seruata fides ab Annibale est: atq; in uincula omnes coniecti. Hæc est nobilis ad Trafa-

menum pugna, atque inter paucas memorata populis Romani clades. Quindecim millia Romanorum in acie caesa sunt: decem millia sparsa fuga per omnem Hetruriam diuersis itineribus Romam petere. Mille & quingenti hostium in acie, nulli postea utrinque ex uulneribus periere. Multiplex cades utrinque facta traditur ab alijs. Ego præterquam quod nihil haustum ex uano uelim: quo nimis inclinant fermè scribentium animi: Fabium æqualem temporibus huiuscæ belli potissimum auctorem habui. Annibal captiuorum qui Latini nominis essent, sine pretio dimissis, Romanis in uincula datis, segregata ex hostium coæternatorum cumulis corpora suorum cum sepeliri iussisset: Flamini quoq; corpus funeris causa magna cum cura inquisitum non inuenit. Romæ ad primum nuntius cladis eius cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi est factus. Matrone uaga per uias, quæ repens clades allata, quæ ue fortuna exercitus esset, obuios percunctantur. & cum frequenti concionis modo turba in comitium & curiam uersa magistratus uocaret: tandem haud multo ante solis occasum M. Pomponius prætor, pugna, inquit, magna uicti sumus. & quanquam nihil certius ex eo auditum est: tamen alius ab alio impleri rumoribus domos referunt: consulem cum magna parte copiarum casum: superesse paucos, aut fuga passim per Hetruriam sparsos, aut captos ab hoste. Quot casus exercitus uicti fuerant: tot incuras disparant eorum animi erant: quorum propinqui sub C. Flamio consule meruerant: ignorantium quæ cuiusq; suorum fortuna esset. nec quisquam satis certum habet quid aut speret, aut timeat. Postero, ac deinceps aliquot diebus ad portam maior propè mulierum, quam

uirorum multitudo stetit, aut suorum aliquem, aut nuntios de his opperients. circumfundebanturq; obuijs sciscitantes: neq; auelli utiq; a notis, prius quam ordine omnia inquisissent: poterant, inde uarios uultus digredientium ab nuntijs cerneret: ut cuiq; aut læta, aut tristitia nuntiabantur: gramlantisq; aut consolantis redeuntibus dominos circumfusus. Fœminarum præcipue, & gaudia insignia erant, & luctus. Vnam in ipsa porta, sospite filio repente oblato, in conspectu eius expirasse ferunt. Alte autem, cui mors filij falso nuntiata erat: mœstam sedentem dormi, ad primum conspectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam. Senatum prætores per dies aliquot ab orto usq; ad occidentem solem in curia retinent: consultantes quonam duce, aut quibus copijs resisti uictoribus Pœnis posset. Prius, quam satis certa consilia essent: repens alia nuntiatur clades: quatuor millia equitum cum C. Centonio propratore missa ad collegam à Seruilio cosule, in Umbria, quò post pugnam ad Trasimenum audita auerterant iter: ab Annibale circumuenta. Eius rei fama uarie homines affectat. pars occupatis maiore ægritudine animis, leuem ex comparatione priorum ducere recentem equitum iacturam. pars non id, quod acciderat: p se aestimare: sed ut in affecto corpore quamuis leuis causa magis, quam ualido grauior sentiretur: ita tum ægræ & affectæ ciuitati quocunq; aduersi incidit: non rerum magnitudie, sed uiribus extenuatis, quæ nihil, quod agra uaret, pati possent: aestimandum esse. Itaq; ad remedium iam diu desideratum, nec adhibitum, dictatorem dicendum ciuitas fugit: & quia & consul aberat: à quo uno dici posse uidebatur: nec per occupatam armis puniatis Italiã, facile erat aut nuntium, aut litteras miti: nec

dictatorem populus creare poterat: quod nunquam antea eam diem factum erat: dictatorem populus creauit Q. Fabium Maximum, & magistrum equitum M. Rufum Minutum. hisq; negotium ab senatu datum: ut muros, urresq; urbis firmarent. & præsidia disponderent quibus locis uiderentur: pontesq; rescinderent fluminum, ac tum pro penatibus, pro urbe dimicandum eẽ: quando Italiam ueri nequissent. Annibal interim recto itinere per Umbriam usq; ad Spoletum, uenit. inde cum ppopulato agro urbem oppugnare adortus esset: cum magna cæde suorum repulsus, comiectans ex unius colonie haud nimis prospere tentatæ uiribus, quantæ amoles Romanae urbis esset: in agrum Picenum auerit iter, non copia solum omnis generis frugum abundantem, sed refertum præda: quam effuse auidi atq; egentes rapiebant. ibi p dies aliquot statua habita: refectusq; miles, hybernis itineribus, ac palustris uia, prælioq; magis ad euentum secundo, quam leui aut facili affectus. Vbi satis quieti datum: præda ac populationibus magis, quam ocio aut requie gaudentibus profectus, Prætutianum, Adrianumq; agrum, Marsos inde, Marrucinosq; & Pelignos deuastat: circaq; Arpos, & Lueriam proximam Apuliae regionem. Cn. Seruilii consul leuibus prælijs cum Gallis actis, & uno oppido ignobili expugnato, postquam de collega, exercitusq; cæde audiuit: iam mœnibus patriæ metuens, ne abesset in discrimine extremo: ad urbem iter intendit. Q. Fabius Maximus dictator iterum quo die magistratum inijt, uocato senatu, ab dijs orsus cum edocuisset patres: plus negligentia cerimoniarum, auspicioq; temeritate atq; inscitia peccatum à C. Flaminiò consule esse: quæq; picula iræ deum essent, ipsos deos consulendos esse: pu

ait: ut, quod non fermè decernatur, nisi cum tetra prodigiã nuntiata sunt decenuiri libros sibyllinos adire iubeantur. qui inspectis fatalibus libris reuulerunt patribus: quod eius belli causa uonum Marti foret: id non rite factum, deintegro, atq; amplius faciendũ esse: et Ioui ludos magnos, & ædes Veneri Erycinæ, ac Deæ Mentì uouendas esse: & supplicationem, lectiſterniumq; habendum, & Ver sacrum uouendũ: si bellatum prospere esset: Resq; pub. in eodem, quo ante bellum fuisset statu permanſisset. Senatus quoniam Fabium belli cura occupatura esset: M. Æmilium prætorẽ ex collegij pontificum sententiã, omnia ea ut mature fiant, curare iubet. His senatus consultis perfectis L. Cornelius Lentulus Pontifex maximus consulente collegio pontificum, omnium priuum populum consulendum de Vere sacro censet: iniussu populi uoueri non posse. Rogatus in hæc uerba populus. Velitis iubeatis' ne hoc sic fieri? si res populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, sicut uelim eam, salua seruata erit: hisce duellis, datum donduiuit populus Romanus Quiritium, quod duellum populo Ramano cum Carthaginiensibus est: quæq; duella cū Gallis sunt, qui cū Alpibus sunt: quod Ver attulerit: ex sullo, ouillo, caprino grege, quæq; prophana erunt: Ioui fieri. Ex qua die senatus, populusq; iusserit: qui faciet: quãdo uolet: quæq; lege uolet: facito. quo modo faxit: probe factum esto. si id moritur, quod fieri oportebit: prophana esto: neq; scelus esto. si quis rumpet, occidet' ne insciens: ne fraus esto. si quis clepsit: ne populo scelus esto: ne ueni clepsum erit. si atro die faxit insciens: probe factum esto. si nocte, siue luce, si seruus, siue liber faxit: probe factum esto. si ante id ea senatus populusq; iusserit fieri:

ac faxit eo populus solutus, liber esto. Eiusdem rei causa Iudi magni uoti æris CCXXXIII millibus triente: præterea bubus Ioui CC C: multis alijs diuis bubus albis, atq; cæteris hostijs. Votis rite nuncupatis, supplicatio edita supplicantiq; ut cum coniugibus, ac liberis non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiã: quos in aliqua sua fortuna publica quoq; contingebat. Curatum lectiſternium per triduum habitum, decenuiris sacrorum curantibus. & puluinaria in conspectu sue re. Ioui, & Iunoni unum altarum Nepuno, & Mineruæ: tertium Marti, ac Veneri: quarum Appollini, ac Dianæ: quintum Vulcano, ac uestiæ: sextum Mercurio, & Cereri. Tum ædes uotæ Veneri Erycinæ. ædem Q. Fabius Maxi. dictator uouit: quia ita ex fatalibus libris editum erat: ut is uoueret: cuius maximum imperium in ciuitate esset. Mentì ædem Atilius prætor uouit. Ita rebus diuinis peractis, tum de bello, Req; pub. dictator reuulit: quibus, quot' ne legionibus uictori hosti obuiam eundem esset, patres censerent. Decernunt: ut ab Cn. Seruilio consule exercitum acciperet: scriberet præterea ex ciuibus, socijsq; quantum equitum, ac peditum uideretur: cætera omnia ageret, faceretq; ut è Republica duceret. Fabius duas legiones se adiecturum ad Seruilianum exercitum dixit. his per magistrum equitum scriptis, Tybur diem ad conueniendum edixit. editoq; proposito, ut quibus oppida, castellaq; immunita essent: in loca tuto comigrarent: ex agris quoq; uti demigrarent: omnes regiones eius, quaiurus Annibal esset: testis prius incensis, ac frugibus corruptis: ne cuius reicopia esset: ipse uia Flaminia profectus obuiã consuli exercitumq; cū ad Tyberim circa Ocriculum profexisset agmẽ, consulẽq; cū equibus ad se progres-

dientem: uiatorem misit: qui consuli nuntiaret: ut sine li-  
 floribus ad dictatorem ueniret. qui cum dicto paruisset:  
 congressusq; eorum ingentem speciem dictaturæ apud  
 cænes, sociosq; uenistate iam prope oblitos eius imperij, se-  
 cisset literæ ab urbe allatæ sunt: naues onerarias conu-  
 meatum ab Hostia in Hispaniam ad exercitum: portan-  
 tes à classe Punica circa portum Consanuum captas esse.  
 Itaq; extemplo consul Hostium proficisci iussus: nauibus,  
 quæ ad urbem Romam, aut Hostiæ essent completis mi-  
 lite ac naualibus socijs persequi Hostium classem, ac lito-  
 ra Italia utari. Magna uis hominum conscripta Roma  
 erat. Libertini etiam, quibus liberi essent: et ætas milita-  
 ris in uerba iurauerant. Ex hoc urbano exercitu qui mi-  
 nores quinque et triginta annis erant in naueis impositi:  
 alij, ut urbi præsiderent, relicti. Dictator exercitum consuli  
 accepto à Fuluio legato, per agrum Sabinum Tybur  
 quo die ad conueniendum edixerat nouis militibus: uen-  
 nit: inde prænestæ trasuersis tramitibus in uiam Latinam  
 est regressus: unde itinerebus summa cum cura exploratis  
 ad hostem ducit: nullo loco, nisi quantum necessitas  
 coheret: fortunæ se commissurus. Quo primum die haud  
 præcaul Arpis in conspectu hostium posuit castra: nulla  
 mora facta, quin Pœnus educeret in aciem: copiamq; pu-  
 gnandi faceret. Sed ubi quieta omnia apud hostes, nec ca-  
 stra ullo tumultu mota uidet: increpans quidē uictor: et  
 dem Marios animos Romanorum, debellatumq; et cō-  
 cessum eis propalam de uirgine ac gloria esse: in castra re-  
 dit. Cæterum tacita cura animum incensus, quod cum  
 duce haudquaquam Flaminiō, Sempronioq; simili sum-  
 ra sibi res esset: ac tum demum edocti malis Romani pa-  
 rem Annibali ducem quæsisent: et prudentiam quidem,

non uim

non uim dictatoris extemplo sinuit: constantiamq; eius  
 haud dum expertus agitare ac tentare animum mouen-  
 do crebro castra, populandoq; in oculis eius agros socio-  
 rum, capit: et modo citato agmine è conspectu abibat,  
 modo repente in aliquo flexu uia, si excipere digressum  
 in æquum possit: occultus obfistebat. Fabius per loca al-  
 ta agmen ducebat, modico ab hoste interuallo: ut neq; o-  
 mitteret eum: neq; congregedetur. castris, nisi quantum  
 usus necessario coheret: tenebatur miles. pabulum, et li-  
 gna nec paucū petebant, nec passim equitum, leuisq; ar-  
 maturæ statio composita, instructaq; in subitos tumultus,  
 et suo militi iuta omnia, et infesta effusis hostium popu-  
 latoribus præbebat: neq; uniuerso periculo summa re: cō-  
 mittebatur: et parua momenta leuium certaminum ex-  
 tuto ceptorum, finitimorum receptu, assuefaciebant ter-  
 ritum pristinis cladibus militem minus iam tandē aut  
 uirtutis, aut fortunæ pœnitere sua. Sed non Annibalem  
 magis infestum tam sanis consilijs habebat, quàm magi-  
 strum equitum: qui nihil aliud, quàm quod non impe-  
 rabat: moræ ad rem publicam præcipitandam habebat.  
 ferox, rapidusq; in consilijs, ac lingua inmodicus pri-  
 mo inter paucos, dein propalam in uulgus pro cuncta-  
 tore segnem pro' cauto timidum, affingens uicina uirtuti-  
 bus uita, compellabat: premendorumq; superiorum ar-  
 te: quæ pessima ars nimis prosperis nultorum successi-  
 bus creuit: se: extollebat. Annibal ex Arpis in Samnium  
 transit: Beneuentanum depopulatur agrum: Telesiam  
 urbem capit: irritat etiam de industria ducem: si forte ac-  
 census tot indignitatibus, cladibusq; sociorum trahere  
 ad æquum certamen possit. Inter multitudine sociorū  
 Italici generis, qui ad Trasimenum capti ab Annibale,

Tit. L.

ff

dimissiq; fuerant: tres Campani equites erant, multis iā tum millecti donis, promissiq; Annibalis ad conciliandos populariū animos. Hi nuntiantes si in Campaniam exercitum adnouisset: Capuæ potiendæ copiam fore: cum res maior q̄ authores esset: dubium Annibalē, alternisq; fidentem ac diffidentem, tñ ut Campanos ex Samnio peteret, mouerunt. Monitos, ut etiam atq; etiam promissa rebus confirmarent: iussosq; cum popularibus, & aliqbus principū redire ad se: dimisit. ipse imperat duci: ut se in agrum Casinatem ducat: edoctus à peritis regionum, si eum saluum occupasset: exitum Romano ad opem ferendam socijs interclusuræ. Sed Punicum abhorrens ab Latino nomen, Casilinum pro Casino ducem accipere fecit: auersusq; ab itinere, per Alifanum, Calatinumq;, & Calenum agrum in Campum Stellatam descendit. ubi cum montibus, fluminibusq; clausam regionem circumspexisset: uocatum ducem percunctatur: ubi terræ esset? cum is Casilini eo die mansuræ eum dixisset: tum demū cognitus est error: et Casinum longe inde alia regione esse: uirq; cæso duce, & ad reliquos terrorem in crucem sublato, castris communis Maharbalem cum equitibus in agrū Falernum prædatum dimisit. usq; ad aquas sinuessanas populatio ea peruenit. Ingentem cladem, fugam tamen, terroremq; latius Numidæ fecerunt. nec tamen is terror, cum omnia bello flagrarent: fide socios dimouit: uis delictæ q̄a iusto & moderato regebantur i perio: nec abuebant, quod unum uinculum fidei est: melioribus parere. Ut uero quæ ad Vulturnum flumen castra sunt posita: exurebatur amoenissimus Italiæ ager: uillæq; passim incendijs fumabant: per iuga massicæ montis Fabio ducē & propè deinte gro est orta seditio: ac duces seditionis ac

centi quidam. Fuerat enim silentium per paucos dies: quæ cum celerius solito ductum agmen fuisset: festinari ad prohibendâ populationibus Campaniâ crediderant. ut uero in extrema iuga Massicæ montis uentum est: hostesq; sub oculis erant, Falerni agri, colonorumq; Sinuessæ terra urentes: nec ulla erat mentio pugne: spectantem ne hic, inquit Minutius, ad rem fruendam oculis, sciorū cades, & incendia uenimus? nec si nullius alterius nos; ne ciuium quidem horum pudet? quos in Sinuessam colonos patres nostri miserunt: ut ab Samnite hoste tuta hac ora esset: q̄ nunc nō uicinus Samnis urit: sed Pœnus ad uena ab extremis orbis terrarum terminis nostra cunctatione, & scordia iam huc progressus. Tantum (pro dolor) de generamus à patribus nostris: ut, præterquam quod per oram illi suam Punicas uagari classes dedecus esse imperij sui duxerint: eam nos nunc plenam hostium Numidarum, ac Maurorum iam factam uideamus. Qui modo Saguntum oppugnari indignando nō homines tantum, sed fœdera, & deos ciebamus: tendentem ad mœnia Romanæ coloniæ Annibalem lenti spectamus. Fumus ex incendijs uillarum, agrorumq; in oculos atq; ora uenit. strepunt aures clamoribus plorantium sciorum, sæpius nos, quàm deorum inuocantium opem. Nos hic pecorum more per æstiuos saltus, de uiosq; colles exercitum ducimus, conditi nubibus, syluisq;. Si hoc modo per agrando cacumina saltusq; Furius recipere à Gallis urbem uoluisset: quo hic nouus Camillus nobis diffator unicus in rebus affectis quæsum Italiam ab Annibale recuperare parat: Gallorum Roma esset: quam uereor ne sic cunctantibus nobis Annibali, ac Pœnis tonis serauerint maiores nostri. Sed uir, ac uere Ro-

manus quo die dictatorem eum ex auctoritate patrum  
iussuq; populi dictum, v. eius allatus est nuntius cum es-  
set satis altum Ianiculum, ubi sedens prospectaret hos-  
stem: descendit in æquum: atq; illo ipso die media in ur-  
be, qua nunc busta gallica sunt: & postero die citra Ca-  
bios cecidit Gallorum legiones. Quid post multos ani-  
nos, cum ad farcas Caudinas ab Samniti hoste subiu-  
gum missi sumus? utrum tandem L. Papyrius Cursor iu-  
ga Samnii perlustrando, an Luceriam premendo, obse-  
dendoq; & lassendo victorẽ hostem depulsum ab Ro-  
manis cervicibus iugum superbo Samniti imposuit? Mo-  
do consuli Luctatio quæ alia res, q̄ celeritas victoriam de-  
dit? quod postero die q̄ hostem uidit: classem grauem cõ-  
meatibus, impeditã suo & ipsam instrumento atq; appa-  
ratu, oppressit. Stultitiã est sedendo, aut notis debellari  
credere posse. armari copias oportet: & deducendas in æ-  
quum: ut uir cum uiro congregariis, audendo, atq; agẽ-  
do res Romana creuit: non his sensibus, consilijs ue: quæ  
timidi cauta uocant. Hæc uelut concionanti Minutio cir-  
cumsundebatur tribunorum: equitumq; Romanorũ mul-  
tudo: & ad aures quoq; militum dicta ferocia uolue-  
bantur. ac si militaris suffragij res esset: haud dubie fere-  
bant: Minutium Fabio duci prelaturos. Fabius pariter in  
suos haud minus q̄ in hostis intentus, prius ab alijs inui-  
ctum animum præstans, quanq̄ probe scit non in castris  
modo suis, sed iam etiam Romæ suam cunctationem in  
famem esse: obstinatus tamen eodem consiliorum tenore  
æstatis reliquum extraxit: ut Annibal destitutus ab spe  
summa appetitũ certaminis, iam hybernis locum circun-  
spectaret: quia ea regio præsentis erat copiae, non perpet-  
uae: arbuta, uineaq; & consita omnia magis amantis,

q̄ necessarijs fructibus. Hæc per exploratores relata fa-  
ma Fabio, cum satis sciret per easdem angustias, quibus  
intrauerat Falernum agrum: rediturum: Gallicanum  
montem, & Casilinum occupat modicis præsidijs, quæ  
urbs Vulturno flumine dirempta, Falernum à Campa-  
no agro diuidit. ipse iugis isdem exercitũ reducat: misso,  
exploratum cum CCC equitibus sociorũ L. Hostilio  
Mancino, qui ex turba iuuenum audientium saepe fero-  
citer concionantem magistrum equitum, progressus pri-  
mo exploratoris modo, ut ex uito specularetur hostem:  
ubi uagos passim per uicos Numidas uidit per occasioneẽ  
etiam paucos occidit: exemplo occupatus certamine est  
animus: ex caderuntq; præcepta dictatoris: qui q̄ uito pos-  
set progressum prius recipere sese iusserat, q̄ in conspectũ  
hostium ueniret. Numidæ alij atq; alij occurrentes, refu-  
giẽ es: ad castra propẽ ipsum cũ fatigatione equorũ, atq;  
hominum pertraxere. inde Cartalo, penes quem summa  
equestris imperij erat: concitatis equis inuectus, cũ prius  
q̄ ad coniectum teli ueniret: auertisset hostem: quinq; mil-  
lia fermẽ continentĩ cursu secutus est fugientes. Mancinus  
postq̄ nec hostem desistere sequi, nec spem uidit effugien-  
di esse: cohortatus suos in prælium redijt, omni parte ui-  
rium impar. itaq; ipse, & delecti equitum circumuenti  
occiduntur. ceteri effuso rursus cursu cales primum, ide  
propẽ inuijs callibus ad dictatorem per fugerunt. Eo for-  
te die Minutius se conuinxer at Fabio: missus ad firmam  
dum præsidio saltum, qui sup Tarracinam in artas co-  
actus fauces imminet mari: ne immunito Appiæ limite  
Pœnus peruenire in agrum Romanum possit. Coniun-  
ctis exercitibus dictator, ac magister equitum castra in-  
uiam deferunt: qua Annibal ducturus erat. duo ide mil-



lia hostes aberant. Postero die Pœni quod uia inter bina castra erat: agmine compleuere. Cum Romani sub ipso constitissent uallo, haud dubie æquiore loco: successit tamen Pœnus cum expeditis equitibus: atq; ad latefendum hostem Carpitim & procurfando, recipiendq; sese, pugnauere. Restiit suo loco Romana acies. lenta pugna, & ex dictatoris magis, q̄ Annibalis fuit uoluntate. CC ab Romanis, DCCC hostium cecidere. Inclusus inde uideri Annibal, & ad Casilinum obsessus: cum Capua, & Samnium, & tantum à tergo diuitum sociorū Romanis committens subueheret: Pœnus contra intra Formiana saxa, ac Linterni harenas, stagnaq; perhorrida situ hibernaturus esset. Nec Annibalem fefellit suis se artibus pen. itaq; cum per Casilinum euadere non posset: petendiq; montes, & iugum Calliculæ superandum esset: necubi Romanus inclusum uallibus agmē aggredereur: ludibrium oculorum specie terribile ad frustrandum hostem commētus, principio noctis furtim succedere ad montes statuit. Fallacis consilij talis apparuit fuit. Faces undiq; ex agris collectæ, fascēs q; uirgarum, atq; arida sarmenta præligantur cornibus boum: quos domitos, indomitos q; multos inter ceteram agrestem prædam agebat. ad duo millia ferme boum effecta: Asdrubaliq; negotium dauum: ut primis tenebris noctis id armentum accensis cornibus ad montes ageret, maxime, si posset, sup saluum ab hoste in seffos. Primis tenebris silentio mota castra: boues aliquanto ante signa acti. ubi ad radices montium, uias q; angustas uentum est: signum ex templo datur: ut accensis cornibus armenta in aduersos concitentur montes. & metus ipse relucens flammæ ex capite, calorq; iam ad niuum, ad ima q; cornuum adueniens uelut funula

tos furore agebat boues. quo repente discursu haud secus quam syluis, montibus q; accensis, omnia circum uirgulta ardere: capium q; inquietatio excitans flammam, hominum passim discurrentium speciem præbebat. Qui ad transitus saltus infidendos locati erant: ubi in summis montibus, ac super se quosdam ignes conspexerunt: circūuentos se esse rati, præsidio excessere: qua ingens emicabat flamma, uelut utissim. miter petentes summa montium iugatum in quosdam boues palatos à suis gregebis inciderunt. Et primo cum procal cererent uelut flammæ spirantium: miraculo attoniti constiterunt. deinde ubi humana apparuit fraus: tum uero insidias rati esse, cū multo maximo q; strepitum concitant se in fugam: leuiq; armaturæ hostium incurrere. ceterum nox æquato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit. Interea toto agmine Annibal traducto per saltum, & quibusdam in ipso saltu hostium oppressis, in agro Alifano posuit castra. Hunc tumultum sensit Fabius: ceterum & insidias esse ratus, & ab nocturno utiq; abhorrens certamine, suos intra munimenta tenuit. Luce prima sub iugo montis prælium fuit: quo interclusam ab suis leuem armaturam facile (etenim numero aliquantum præstabant) Romani superassent: nisi Hispanorum cohors ad id ipsum remissa ab Annibale, peruenisset. Ea assueior montibus, & ad concursandum inter saxa rupes q; aptior ac leuior, cum uelocitate corporum, tum armorum habitu campestris hostem grauem armis, statarium q; pugne genere facile elusit. Ita haud quaq; pari certamine digressi, Hispani ferè oēs incolumes, Romani aliquot suis amissis, in castra contenderunt. Fabius quoq; mouit castra: transgressus q; saltum super Alifas loco alto ac munito confedit. Tum

per Samnium Romam se petere simulans Annibal, usq; in Pelignos populabundus redijt. Fabius medijs inter hostium agnien, urbemq; Romam iugis ducebat, nec ab sistens, nec congregiens. Ex Pelignis Pœnus flexit iter: retroq; Apuliam repetens, Clerenum peruenit, urbem metu, quia collapsa ruinis pars mœnium erat: ab suis desertam. Dictator in Latrati agro castra communiit. inde sacrorum causa Romam reuocatus: non imperio modo, sed consilio etiam, ac propè precibus agens cū magistro equitum, ut plus consilio quàm fortuna confidat: se se potius ducem, quàm Semproniumq; Flaminiūq; imitetur ne nihil actum censeret extracta propè aestate per ludificationem hostis, medicos quosq; plus interdum quiete, q̄ mouendo atque agendo proficere, haud paruam rē esse: ab tonēs uifore hoste uincā desisse: & ab continuis cladi bus respirasse. Hæc nequicquam pramonito magistro equitum, Romam est profectus. Principio æstatis, quo hæc gerebatur: in Hispania quoq; terra mariq; cœptum bellum est. Asdrubal ad eum nauium numerum, quem à fratre instructum, parauimq; accaperat: decem adiecit. quadraginta nauium classẽ Himilconi tradidit: atq; ita Carthaginẽ profectus nauibus propè terram exercitum in litore ducebat: paratus conflagere quacunq; parte copiarum hostis occurrisset. Cn. Scipioni, postquã mouisse ex hybernis hostem audiuit: primo idem consilij fuit: deinde minus terra propter ingentem famam nouorum auxiliorum concurrere ausus, delecto milite in naues imposito, quinque & triginta nauium classe ire obuiam hosti pergit. Altero ab Tarracone die ad stationem XX millia passuum distantem ab ostio Iberi annis peruenit: inde duæ Massiliensium speculatiuæ præmissæ

reuelare: classẽ Punicam stare in ostio fluminis: castraq; in ripa posita. Itaq; ut improvidos incautosq; uniuerses simul effuso terrore opprimeret: sublatis ancoris ad hostẽ uadit. Multas, & locis altis positas turres Hispania habet: quibus & speculis, & propugnaculis aduersus latrones uentur. Inde primo conspectis hostium nauibus, datum signum Adrubali est: tumultusq; prius in terra cœ castris, quàm ad mare & ad naues est ortus: nondū aut pulsus remorum, strepitusq; alio nautico exaudito: aut asperientibus classẽ promontorijs: cum repente eques alius super alium ab Asdrubale missus, uagos in litore, quosq; in tentorijs suis, nihil minus, quàm hostem aut prælium eo die expectantes conscendere naues prope, atq; arma capere iubet. classẽ Romanam iam haud procul à portu eẽ. Hæc equites dimissi passim imperabant. mox Asdrubal ipse cum omni exercitu aderat: uarioq; omnia tumultu strepunt: ruentibus in naues simul remigibus militibusq; fugientium magis è terra, quàm in pugnam tutum modo. Vix diu omnes conscenderant: cum alij resolutis loris, ut anchoram euellerent: alij, nequid teneat anchora: lora incidunt: raptimq; omnia præpropere agẽdo, milium apparatu nautica munifera impediuntur: trepidatione nauarũ capere, & aptare arma miles prohibebatur. Et iam Romanus non appropinquabat: mox sed direxerit etiam in pugnam naues. itaq; non ab hoste cœ prælio magis Pœni, quàm suo metipso tumultu turbabantur: & tentata uerius pugna, quàm imita, in fugã auerterunt classẽ. & cum aduersi annis os lato agminis & tam multis simul uenientibus haud sanè intrabile esset: in litus passim naues egerunt: atq; alij uadis, alij sicco litore excepti, partim armati, partim inermes ad instru-

flam per litus ac in suorum perfugere. Duæ tamen primo concursu captæ erant Punica naues: quatuor suppressæ. Romani, quâquam terra hostium erat: armatâq; ac em toto prætentam in litore cernebant: haud cunctatè tamen infecti trepidam hostium classem, naues omnes, quæ non aut perfrerant proras litore illis: aut carinas fixerât uadis: religatas puppibus in altè extraxere ad V & XX naues ex XXX capere. Neq; id pulcherrimum eius uictoria fuit: sed quod una leuipugna toto eius ora mari potitè erant. Itaq; ad Honoſtam classè proiecit, ascensu à nauibus in terram facto, cum urbem uic cepissent: captamq; diripissent: Carthaginem idè perant: atq; omnem agrum circa depopulat, postremo trita quoq; coniuncta muro, portisq; incenderunt. Inde iâ præda grauis ad Longunicam peruenit classis: ubi uis magna ppartè fuit ad rem nauticam collecta ab Asdrubale. quod satis in usum fuit, sublato, cæterum omne incensum est. Nec continenti modo proiectas oras præteruicta: sed in Ebusum insulam transmissum. ubi urbe, quæ caput insulæ est: biduum nequiquam summo labore oppugnata, ubi in spem irrita fâ frustra teri tempus animaduersum est: ad populationem agri uersi, direptis aliquot incensiq; uicis, maiore quàm ex cõnenti præda parta, cū in naues sese recepissent: ex Balearibus insulis legati pacè petentes ad Scipionem uenerunt. Inde flexa retro classis: rediitq; in ceteriora Prouinciæ. quò omnium populorum, qui Iberum incolunt: multosq; & ultimæ Hispaniæ legati concurrerunt. Sed qui uere dicionis imperijq; Romani facti sunt: obsidibus datis, populi amplius fuerunt centum uiginti. Igitur terrestribus quoq; copijs satis fidens Romanus, usq; ad saluum Castulonensem est progres-

sus. Asdrubal in Lusitaniam, ac propius Oceanum concessit. Quicquid inde fore uidebatur reliquum æstatis tempus: fuisseq; per Penum hostem: sed, præterquam quod ipsorum Hispanorum inquieti, auidâq; in nouas res sunt ingenia: Mandonius uir nobilis, qui antea Ilergetum regulus fuerat: postquam Romani ab salu recessere ad maritimam oram: concitis popularibus in agrum pacatum Romanorum sociorum ad populandum uenere. Aduersus eos tribus millibus cum expeditis auxilijs à Scipione missis, leui certamine ut tumultuariam manum fudere: nullis occisis: quibusdam captis: magnaq; parte armis exuta. Hic tamen tumultus cedentem ad Oceanum Asdrubalem cis Iberum ad socios tutandos retraxit. Castra Punica in agro Ilercaonenſium, castra Romana ad nouam classem erant: cum fama repens aliò auertit bellum. Celtiberi principes, qui regionis suæ legatos, obsidesq; dederant Romanis: nuntio missò à Scipione excitè arma capiunt: prouinciâq; Carthaginensium ualido exercitu inuadunt: tria oppida uic expugnant: inde cum ipso Asdrubale duobus prælijs egregie pugnantes, XV millia hostium occiderunt: quatuor millia cum nullis militaribus signis capiunt. Hoc statu rerum in Hispania, P. Scipio in prouinciâ uenit: prorogato post consulatū imperio ab senatu missus cū XXX legijs nauibus, & octo millibus milium, magnosq; comæam adiecit. Ea classis in gens agmine onerariarū procul uisa cū magna læticia ciuū, sociorūq; portum Tarraconis ex alto tenuit. ibi milite exposito, profectus Scipio fratri coniungitur: ac deinde cõmuni animo, consilioq; gerebant bellū. Occupatis igitur Carthaginensibus Celtiberico bello, haud cūctanter Iberum transgredimur: nec ullo uiso hoste Saguntum

pergunt ire: quod ibi obsides totius Hispaniæ custodia traditos ab Annibale, fama erat modico in arce custodiri præsidio. Id unum pignus inclinatos ad Romanam societatem omnium Hispaniæ populorum animos morabatur: ne sanguine liberorum suorum culpa defectionis lueretur. Eo vinculo Hispaniam uir unus solertia magis, quam fideli consilio exoluit. Acedux erat Saguntinobilis Hispanus, fidus ante Pœnis: nam (qualia pleraque sunt barbarorum ingenta) cum fortuna mutauerat fidem, ceterum transfugam sine magna rei proditione uenientem ad hostes nihil aliud, quam unum uile atque infame corpus esse ratus, id agebat: ut quam maximè emolumentum nouis socijs esset, circūspectis igitur omnibus quæ fortuna potestatis eius poterat facere: obsidibus possumum tradendis animam adiecit: eam unam rem maxime ratus conciliaturam Romanis principium Hispaniæ amicitiam. Sed cum iniussu Bostaris præfecti sciret nihil obsidum custodes facturos eē: Bostarem ipsum arte aggredditur. Castra extra urbē in ipso litore habebat Bostar: ut aditum ex portu intercluderet Romanis. ibi eum in secretum abductum uelut ignerantem monet in quo statum sit res. Metum continuisse ad eam diem Hispanorum animos: quia procul Romani abessent: nunc cis Iberū castra Romana esse, arcem uitam, perfugiumque: nouas uolētibus res: itaque quos metus non teneat: beneficio et gratiā deuinciendos esse. Miranti Bostari, percontantiq; quodnam id subitum tantæ rei donum posset esse? obsides, inquit, in ciuitates remitte. id priuam parentibus, quorū maximum nomen in ciuitatibus est: suis, & publice populis gratiam erit. Vult sibi quisq; credi. & habita fides ipsam plerūq; obligat fidem. Ministerium restituendosq;

domos obsidum mihimet deposco. ipse, ut opera quoque impensa p̄siliū adiuueni meū: et rei suapte natura gratæ quantam insup gratiā possim, adiiciam. Homini nō ad cætera Punica in geniā callido ut persuasit: nocte clā progressus ad hostium stationes conueniēti quibusdā auxiliariibus Hispanis, & ab ijs ad Scipionem perductus, quod afferret, exprimit. Fide accepta dataq; ac loco et tpe constituto ad obsides tradendos, Saguntum redit. die insequentem absumpsit cum Bostare mandatis ad rem agendam accipiendīs. dimissus cum se nocte inurum, ut custodias hostium falleret: constitinisset: ad compositam cū ijs horam ex citatis custodibus puerorū profectus, ueluti ignarus in pparatas sua fraude insidias ducit. In castra Romana perducti. cætera omnia de reddendis obsidibus, sicut cum Bostare constitutum erat: acta per eundem ordinem: quasi Carthaginensium nomine sic agerentur. Maior aliq̄to Romanorum gratiā fuit in re pari: quā quantafutura Carthaginensium fuerat. Illos enim graues, si perbosq; in rebus secundis expertos fortuna & timor mitigasse uideri poterat. Romanus primo aduentu incognitus ante ab re clementi, liberaliq; initium fecerat. & Acedux uir prudens haud sinistra uidebatur socios mutasse. Itaque in genti consensu ad defectionem omnes spectare. armaq; extēplo mota forent: ni hiems, quæ Romanos quosque, & Carthaginenses concedere in tecta coegit: interuenisset. Hæc in Hispania quoque secunda æstate Punica belli gesta: cum in Italia paululum interualli cladibus Romanis solers cunctatio Fabij fecisset. quæ ut Annibalem non mediocri sollicitum cura habebat, tandem eum militiæ magistrum delegisse Romanos cernentem: qui bellum ratione, non fortuna gereret: ita contempta erat

inter cives armatos pariter , to gatorq; : uñq; postquam  
 absente eo , temeritate magistri equitum lato , ut ueris  
 us dixerim , quam prospero euentu pugnatum fuerat ,  
 Accesserant dua res ad augendam inuidiam dictator  
 ris . una fraude , ac dolo Annibalis : quod cum à per  
 fugis ei monstratus ager dictatoris esset omnibus circa  
 solo aquatis , ab eo uno ferrum , ignemq; , & uim omni  
 nem hostium abstineri iussit : ut occultis alicuius pacti  
 ea merces uideri possët . altera ipsius factò , primo for  
 sitan dubio , quia non expectata in eo serenus authori  
 tas est : ad extremum haud ambigue in maximam lau  
 dem uerso , in permutandis captiuis : quod , sicut pri  
 mo Punico bello factum erat : conuenerat inter duces  
 Romanos , Pœnumq; : ut quæ pars plus reciperet quam  
 daret : argenti pondo bina , & selibras in mililitem præ  
 staret . CCXLVII . cum plures Romanus , quam  
 Pœnus recapisset : argentumq; pro eis debium sæpe iur  
 stata in Senatu re , quoniam non consulisset patres :  
 tardius rogareur inuolatum ab hoste agrum missò  
 Romam filio uendidit : si demq; publicam impendio  
 priuato excoluit , Annibal pro Geryonis mœnibus ,  
 cuius urbis capta , atq; incensæ ab se in usum hor  
 reorum pauca reliquerat tecta : statua habebat . inde  
 frumentatum duas exercitus partes mittebat : cum ter  
 tia ipse expedita in statione erat , simul castris præsi  
 dio , et circumspectans necunde impetus in frumentatores  
 fieret . Romanus tunc exercitus in agro Larinati erat :  
 præerat Minutius magister equitum , profecto ( sicut an  
 te dictum est ) ad urbem dictatore . Cæterum castra ,  
 quæ in monte alto , ac tuto loco posita fuerant : iam  
 in planum deferuntur : agitabanturq; pro ingenio du

cis consilia calidiora : ut impetus aut in frumentatores  
 palatos , aut in castra relicta cum leui manu præsidioq;  
 fieret . Nec Annibalem fefellit : cum duce mutata  
 esse belli rationem : & frocius , quam consultus rem  
 hostes gesturos . Ipse autem ( quod minime quis crede  
 ret ) cum hostis propius esset : tertiam partem militum  
 frumentatum , duabus in castris retentis , dimisit : dein  
 de castra ipsa propius hostem mouit duo fermè à Ge  
 ryone millia in tumultum , hostium in conspectu  
 ut intentum sciret esse ad frumentatores , si qua uis fie  
 ret : tutandos . Propior inde ei , atq; ipsis imminens  
 Romanorum castris tumultus apparuit : ad quem capien  
 dum , si luce palam iretur , quia haud dubie hostibus bre  
 uiore uia præuentus esset : nocte clam missi Numidæ cæ  
 perunt . quos tenentis locum contempta paucitate Roma  
 ni postero die cum eiecissent : ipsi eò transferunt castra .  
 Tum itaq; ut exiguum spatij uallum à uallo aberat : et  
 id ipsum tota propè compleuerat Romana acies : simul  
 & per auersa castra à castris Annibalis equitatus cum  
 leui armatura emissus in frumentatores late cædem , su  
 gamq; hostium palantium fecit . Nec acie certare An  
 nibal ausus : quia tanta paucitate uix castra , si oppugna  
 rentur , tutari poterat . iamq; artibus Fabij pars exerci  
 tus aberat : iam fermè sedendo , & cunctando bellum  
 gerebat : recaperatq; suos in priora castra : quæ pro Ge  
 ryonis mœnibus erant . Iusta quoq; acie , et collatis signis  
 dimicatum , quidam authores sunt . Primo concursu Pœ  
 num usq; ad castra fusum : inde eruptione facta , repente  
 uersum terrorem in Romanos : Numerij Decimi Samni  
 tis deinde interuentu prælium restitutum . Hunc principè  
 genere ac diuitijs non Boniani modo , nñ erat : sed toto Sa

mmo, iussu dictatoris octo millia peditum, & equites du-  
 centos adducentem in castra, ab tergo cum apparuisset  
 Annibali: spem parti utriq; praebuisse noui subfidij: namq;  
 Fabio ab Roma uemente, Annibalem insidiarum quoq;  
 aliquid timentem recapisse suos Romanum inscutum  
 adiuuante Samnite duo castella eo die expugnasse. sex  
 millia hostium caesa: quinq; admodum Romanorum. ta-  
 men in tam pari propè clade famam egregiae uictoriae cū  
 uanioribus literis magistri equitum Romam perlatae.  
 De his rebus persape & in senatu, & in concione a-  
 ctum est. Cum laeta ciuilitate dictator unus nihil nec fa-  
 ma, nec litteris crederet: ut si uera omnia essent: secunda  
 se magis, quàm aduersa timere diceret: tum M. Metellus  
 tribunus plebis id unum enim uero ferendum esse ne-  
 gat: non praesentem solum dictatorem obstitisse rei bene-  
 gerendae: sed absentem etiam gesta obstare: & indu-  
 cendo bello sedulo tempus terere: quo diutius in ma-  
 gistratu sit: solusq; & Romae, & in exercitu imperium  
 habeat. quippe consulum alterum in acie cecidisse: alter  
 specie classis Punicae persequendae procul ab Italia ableg-  
 gatum. duos praetores Sicilia, atq; Sardinia occupatos:  
 quarum neutra hoc tempore prouincia praetore egeat.  
 M. Minutium magistrum equitum, ne hostem uideret:  
 nequid rei bellicae gereret propè in custodia habitum. Itaq;  
 Hercule non Samnium modo, quo iam tanquam trans-  
 Iberum agro Pœnis concessum sit: sed Campanum, Ca-  
 Ienumq; & Falernum agrum peruastatos esse: sedente  
 Casilini dictatore: & legionibus populi Romani agrum  
 suum tutante. exercitum cupientem pugnare, et magistrum  
 equitum, clausos propè intra uallum retentos: tanq; ho-  
 stibus captiuis arma adempta, tandem ut abscesserit in-  
 de dictator

de dictator: ut obsidione liberatos extra uallum egressos  
 fuisse, ac fugasse hostes. Quas res, si antiquus animus  
 plebi Romanae esset: audacter se laurum fuisse de abro-  
 gando Q. Fabij imperio. Nunc modicam rogationem  
 promulgaturum de equando magistri equitum & di-  
 ctatoris iure. nec tamen ne ita quidem prius dimittendū  
 ad exercitum Q. Fabium, quàm consulem in locum C.  
 Flamini suffecisset. Dictator concionibus se abstulit, in  
 actione minime popularis, nec in senatu quidem satis  
 æquis auribus audiebatur: tunc cum hostem uerbis ex-  
 tolleret: biennijq; clades per temeritatem atq; inscitiam  
 ducum acceptas referret: magistrisq; equitum, quod con-  
 tra dictum suum pugnasset: rationem diceret reddendā  
 esse. si penes se summa imperij, consilijq; sit: propediē  
 effecturum, ut sciant homines bono imperatori hand  
 magni fortunam momenti esse: mentem, rationemq; do-  
 minari. se se uo tempore, & sine ignominia seruasse exer-  
 citum, quàm multa millia hostium occidisse, ducere ma-  
 iorem gloriam esse. Huius generis orationibus frustra  
 habitis, & consule creato M. Atilio Regulo, ne praesens  
 de iure imperij dimicaret: pridie, quàm rogationis feren-  
 dae dies adesset: nocte ad exercitum abiit. Luce orta cum  
 plebis concilium esset: magis tacita inuidia dictatoris, fa-  
 uorq; magistri equitum animos uersabat: quàm satis au-  
 debant homines ad suadendum quod uulgo placebat  
 prodire: & fauore superante, auctoritas tamen rogatio-  
 ni deerat. Vnus inuentus est suator legis C. Terentius  
 Varro: qui priore anno praetor fuerat: loco non humili  
 solum, sed etiam sordido ortus. patrem Lanium fuisse se-  
 runt: ipsum in stitorem mercis, filioq; hoc ipso in seruili  
 eius artis ministerio usum. Is inuenis ubi ex eo genere

quæstus pecunia à patre relicta animum ad spem libera-  
 lioris fortuna adiecit: togâq; & foris placere: proclamâ-  
 do pro sordidis hominibus, causisq; aduersus rem & fa-  
 mam bonorum, primum in noticiam populi, deinde ad  
 honorem peruenit. quæstura quoq; & duabus ædilitati-  
 bus, plebeia. & curuli, postremo & prætura perfunctus,  
 iam ad consulatus spem cum attolleret animos: haud pa-  
 rum callide curam fauoris popularis ex dictatoria inui-  
 dia petiit: scitiq; plebis unius gratiam tulit. Omnes eam  
 rogationem, quiq; Romæ, quiq; in exercitum erant, æqui-  
 atq; iniqui, præter ipsum dictatorem, in contumeliâ eius  
 latam accæperunt. ipse qua grauitate animi criminantes  
 se ad multitudinem inimicos tulerat: eadem & populi in  
 se sciuientis iniuriam tulit, accæptisq; in ipso itinere litte-  
 ris senatusconsulti de æquato imperio, satis fidens haud  
 quaquam cum imperij iure artem imperandi æquatam,  
 cumq; inuisito à ciuibus, hostibusq; animo ad exercitum  
 rediit. Minutius uero cum iam ante uix tolerabilis fuisset:  
 secundis rebus, ac fauore uulgi tum uicq; immodice,  
 immodesteq; non Annibale magis uicito ab se, quam Fabio  
 gloriari: illum in rebus asperis unicum ac parem du-  
 cem quæstam Annibali maiorem minori dictatorem ma-  
 gistro equitum (quod nulla memoria habeat annalium)  
 iussu populi æquatam in eadem ciuitate: in qua magistri  
 equitum uirgas, ac securas dictatoris tremere, atq; horre-  
 re soliti sunt. in tantum suam felicitatem, uirtutemq; eni-  
 uisse. Ergo secururum se fortunam suam: si dictatoris  
 cunctatio in segnitie deorum hominumq; iudicio dam-  
 nata perstaret. Itaq; quo die primum congressus est cum  
 Fabio: statuendum omnium primum ait esse: quemad-  
 modum imperio æquato utantur. se optimum ducere: aut

diebus alternis, aut, si maiora interualla placerent: parti-  
 tis temporibus alterius summum ius imperiumq; esse: ut  
 par hosti non solum consilio, sed uiribus etiam esset: si quæ  
 occasionem rei gerenda habuisset. Fabio haudquaquam  
 id placere. omnia enim fortunam habituram: quæcumq;  
 temeritas collegæ habuisset. sibi communicatum cum illo  
 sed non ademptum imperium esse. Itaq; se nunquam uo-  
 lentem parte qua posset, rerum consilio gerendarum ces-  
 surum: nec se tempora, aut dies imperij cum eo sed ex-  
 ercium diuisurum: suisq; consilijs, quoniã omnia non li-  
 ceret: quæ posset, seruaturum. Ita obtinuit ut legiones, si-  
 cut consilijs mos esset: iter se diuiderent. prima et quar-  
 ta Minutio, secunda & tertia Fabio euenerunt. item equi-  
 tes pari numero, sociumq; & Latini nominis auxilia di-  
 uiserunt. castris se quoq; se parari magister equitum uoluit.  
 Duplex inde Annibali gaudium fuit. Cuiq; enim quic-  
 quam eorum, quæ apud hostes agerentur: eum fallebat,  
 & perfugis multa indicantibus, & per suos exploran-  
 temynam & liberam Minutij temeritatem se suo modo  
 captaturum: & solertia Fabij dimidium uirium deceps-  
 sisse. Tumulus erat iter castra Minutij Pœnorumq;: eum  
 qui occupasset: haud dubie iniquiorem erat hosti locum  
 facturum. eum non tam capere sine certamine uolebat  
 Annibal: quæquam id operæpretium erat: quàm causam  
 certaminis cum Minutio, quem semper occursum ad  
 obfistendum satis sciebat: & contrahere. Ager omnis ne-  
 dius erat prima specie inutilis insidiatori: quia non mo-  
 do syluestre quicquam, sed ne uepribus quidem uestim  
 habebat: re ipsa natus detegendis insidijs: eo magis: quod  
 in nuda ualle nulla talis fraus timeri poterat. & erant  
 in anfractibus caue rupes: ut quædam earum duces

nos armatos possent capere. In has latebras, quot quæq;  
locum apte insidere poterant: quinque millia conduntur  
pedum, equitumq;. necubi tamen aut motus alicuius te-  
mere egressi, aut fulgor armorum fraudem in ualle tā  
aperta detegeret: missis paucis prima luce ad capiendum  
quem ante diximus tumultum, auertit oculos hostium.  
Primo statim conspectu contempta paucitas: ac sibi quæ-  
deposcere pellendos inde hostis. ad locum capiendum  
dux ipse inter stolidissimos, ferocissimosq; ad arma uocat  
& uanis animis, & nimis increpat hostem. Principio  
leuem armaturam dimittit: deinde conferto agmine mit-  
tit equites: postremo, cum hostibus quoq; subsidia mitti ui-  
deret: instructis legionibus procedit. Et Annibal labora-  
tibus suis alia atq; alia, crescente certamine mittens au-  
xilia pedum equitumq; suam iustam expleuerat aciem:  
ac tonis utrinq; uiribus certabatur. Prima leuis armatura  
Romanorum præoccupatum inferiore loco succedens  
tumulum, pulsi, detrusaq; terrorem in succedentem in-  
tulit equitem: & ad signa legionum refrægit. pedum  
acies inter percussos impauida scila erat: uidebaturq;, si  
iusta, aut si recta pugna esset: haudquaquam impar fu-  
tura. tantum animorum fecerat prospere ante paucos  
dies res gesta. sed exorti repente insidiatore eum tumultum  
terroremq; in latera utrinq;, ab tergoq; incurstantes  
fecerunt: ut neq; animus ad pugnam, neq; ad fugam  
spes cuiquam superesset. Tunc Fabius primo clamore pa-  
uentium audito, deum conspecta procul turbata acie, ita  
est, inquit, non celerius quàm timui, deprehendit fortuna teme-  
ritatem? Fabio æquatus imperio Annibalem & uiruit,  
& fortuna superiorem uidet. sed aliud iur gaudi, succen-  
sendiq; tempus erit: nunc signa extra uallum profert: ui-

etoriam hosti extorqueamus: confessione erroris cuius  
Iam magna ex parte cæsis alijs, alijs circumspectantibus  
fugam, Fabiana se acies repente uelut cælo demissa ad  
auxilium ostendit. Itaq; prius, quàm ad coniectum teli ueni-  
ret: aut manum confret: & suos à fuga effusa, & à fe-  
roci pugna hostis continuit. Qui solutis ordinibus uage  
dissipati erant: undiq; confugerunt ad integram aciem.  
qui plures simul terga dederant: conuersi in hostem, uolue-  
tesq; orbem, nunc sensim referre pedem: nunc congloba-  
ti restare. ac iam prope una acies facta erat uicti, atq; in-  
tegre exercitus: inferebantq; signa in hostem cum Pœnus  
receptui cecinit: palam ferente Annibale: ab se Minutium,  
se à Fabio uictum. Itaq; per uariam fortunam diei maiore  
parte ex acta, cum in castra reditum esset: Minutius con-  
uocatis militibus, sæpe ego inquit, audiui milites eum  
primum esse uirum: qui ipse consulat quid in re sit: secun-  
dum eum: qui bene monenti obediat: qui nec ipse consule-  
re, nec alteri parere scit: eum extremi in genij esse. Nos  
bis quoniam prima animi in genij, ne gata fors est: secun-  
dam, ac mediam teneamus: et dum imperare discimus:  
parere prudenti in animum inducimus. castra cum Fab-  
bio iungamus. ad prætorium eius signa cum ualerimus:  
ubi ego eum parentem appellauero: quod beneficio eius  
erga nos, ac maiestate eius dignum est: nos milites eos,  
quorum uos modo arma dexteraq; texerunt: patronos sa-  
lutabitis. & si nihil aliud, gratiorum certe nobis animo-  
rum gloriam dies hæc dederit. Signo dato conclamatur.  
Inde ut colligantur uasa. profecti agmine incedentes ad  
dictatoris castra, in admirationem & ipsium, & omnes,  
qui circa erant: conuerterunt. Ut constituta sunt ante tri-  
bural signa: progressus ante alios magister equitum cum



signa: progressus ante alios magister equitum cum patre Fabium appellasset: circumsusq; milium eius totum agmen patronos consalutasset: parentibus, inquit, meis dictator, quibus te modo nomine, quo fando possum, equam vitam tantum debeo: tibi cum meam salutem, tum omnium horum. Ita que plebiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus sum: primus antiquo, abrogat; & quod tibi, mihi que, quod exercitum; tuo, conseruato, ac conseruatori sit felix: sub imperium, auspiciumq; tuum redeo: & signa hæc, legionesq; restitui. quo quæso placatus me magisterio equitum, hos ordinibus suis quemque teneri iubeas. Tum dextræ inter se iunctæ: militesq; præcæne dimissa à notis, ignotisq; benigne atque hospitaliter inuitati: latensq; dies ex admodum tristis paulo atq; ac propè execrabilis factus. Roma, ut est perlata fama rei gesta: dein literis non magis ipsorum imperatorum, quam uulgo milium ex utroque exercitu affirmata: pro se quisque Maximum laudibus in cælum ferre. Par gloria apud Annibalem, hostesq; Pænos erat: ac tum demum sentire cum Romanis, atque in Italia bellum esse. nam biennio ante adeo & duces Romanos, & milites spreuerant: ut uix cum eadem gente bellum esse crederent: cuius terribilem eam famam à patribus accepissent. Annibalem quoque ex acie redeuntem dixisse ferunt: tandem eam nubem, que sedere in iugis montium solita sit, cum procella umbrem dedisse. Dum hæc geruntur in Italia: Cn. Seruilius Geminus consul cum classe nauium circumuectus Sardinia & Corsica oram, & obsidibus utring; acceptis, in Africam transmisit: & prius quam in continentem descensionem faceret: Mœninge insula uastata, et ab incolentibus circa eam, ne et ipsorum ureretur diripet

returq; ager: X talentis argenti acceptis, ad litora Africa accessit: copiasq; exposuit. Inde ad populandum agrum ducti milites: naualesq; socij iuxta effusi: ac si insulas cultorum e gentes prædarentur. itaq; in insidias temere illam cum a frequentibus palantes, & locorum ignari circūuenirentur: cum multa cæde, ac fœda fuga retro ad naues compulsi sunt. ad mille hominum, cum his Sempronio Bleso quæstore amisso, classis à litoribus hostium plenis, trepide soluta in Siciliam cursum tenuit: traditaq; Lilybei. T. Attilio prætori: ut à legato eius P. Sura Romanam reduceretur. ipse per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam traiecit: litterisq; Fabij accinus & ipse, & collega eius M. Attilius: ut exercitum ab se exacto iam propè semestri imperio acciperent. Omnium propè annales Fabium dictatorem aduersus Annibalem rem gestasse tradunt. Celius etiam eum primum à populo creatum dictatorem scribit. Sed & Celiuum, et cæteros fugit: uni consuli Cn. Seruilio, qui tunc procul in Gallia prouincia aberat: ius fuisse dicendi dictatoris. Quam moram quia expectare territa iam clade ciuitas non poterat: eò decursum est: ut à populo crearentur qui pro dictatore esset. res inde gestas, gloriamq; insignem ducis, & augenda titulum imaginis posteris, ut dictator pro predictatore diceretur, facile obtinuisse. A deoq; inopia est coactus Annibal: ut nisi tum fugæ speciẽ abeundo timuisset: Galliam repetiturus fuerit: nulla relicta spe alendi exercitus in eis locis: si insequentibus consulibus eisdem artibus bellum gererent. Consules, M. Attilius Fabianus, Cn. Seruilius Mustianus exercitum accepto, hybernaculis mature communitis (tum enim autumnus erat tempus) Fabij artibus cum summa inter se concordia bellum gesserunt. Firmæ

taurum exeuuū Annibali diuersis locis opportune aderant, carpētes agmē, palatosq; excipientes. in casum uersæ dimicationis, quam omnibus artibus petebat hostis: non ueniebant. Cum ad Geryonem iam hyeme impendente confidisset bellum: Neapolitani legati Romam uenere. ab ijs quadraginta patera aurea magni ponderis in curiam illata: atq; ita uerba facta: ut dicerent: scire se Romani populi ætariū bello exhaustū: & cum iuxta pro urbis populis agrisq; sociorū, ac pro capite atque arte Italiae urbe Romana, atq; imperio geratur: æquum cē fuisse Neapolitanos: quod auri sibi cum ad ornatum, tum ad subsidium fortunæ à maioribus relictum foret: eo iuuare populum Romanum, siquam opem in sese crederēt: eodem studio fuisse oblaturōs. gratum sibi patres Romanos, populūmq; facturū: si omnes res Neapolitanorum suas duxissent: dignosq; indicauerint, à quibus donum animo ac uoluntate eorum, qui libentes darent: quam remaius ampliusq; acciperent. Legatis gratiæ actæ pro munificentia, curaq; patera, quæ ponderis minimi fuit: accepta. Per eosdē dies speculator Carthaginienſis, qui per biennium se fellerat: Romæ depræhensus: præcisissq; manibus dimissus: & serui quinque & uiginti in crucem acti: quod in campo Martio coniuassent. indicata libertas: & æris grauis XX millia. Legati & ad Philippum Macedonum regem missi ad deposcendum Demetrium Phalerium: qui bello uictus ad eum fugisset: & alij in Ligures, ad exposulandum: quod pœnū opibus auxilijsq; suis iuuissent: simul ad uisendū ex pro-pinquo, quæ in Bois, atque insubribus gererentur. ad Pinnum quoq; regem in Illyricos legati missi ad stipendium, cuius dies exierat: poscendum: aut, si diem proferre

uellet: obſides accipiendos. adeo, & si bellum ingens inceruiçibus erat: nullius usquam terrarum rei cura Romanos ne longinqua quidem effugiebat. In religionem etiam uenit, eadem Concordiæ, quam per seditionem militarem biennio ante L. Manlius prætor in Gallia uouisset: locatam ad id tempus non esse. itaq; dum uiri ad eam rem creati ab Æmilio prætore urbis, Cn. Papius, & Ceso Quintius Flaminius, eadem in arce faciendam locauerunt. Ab eodem prætore ex senatus consulto litteræ ad consules missæ: ut si ijs uideretur: alter eorum ad consules creandos Romam ueniret: se in eam diem, quam iussissent: comitia edicturum. Ad hæc à consulibus rescriptum: sine detrimento reipub. abscedi non posse ab hoste. itaq; per interregem comitia habenda esse potius: quam consulum alter à bello auocaretur. Patribus rectius uisum est: dictatorem à consule dici comitiarum habendorum causa. dictus L. Veturius Philo. M. Pomponium Mathonē magistrum equitum dixit. His uitio creatis, iussisq; die quartodecimo se magistratu abdicare, ad interregnum redijt. consulibus prorogatum in annum imperium. interreges proditi à patribus, Cn. Claudius Appij Filius. M. Cento, inde P. Cornelius Asina. in eius interregno comitia habita magno certamine patrum ac plebis: C. Terentium Varronem quem sui generis hominem plebi in festatione principum, popularibusq; artibus conciliatum, ab Q. Fabij opibus è dictatorio imperio cōcussum, aliena inuidia splendentē, uulgus èt extrahere ad consulum nitebatur. patres summa ope obstabant: ne se inſectando, sibi æuari assuescerent homines. Bebicus Herennius tribunus plebis, cognatus C. Terentij, criminando non senatum modo, sed etiam augures, quod dictatorem

prohibuissent comitia perficere: per inuidiam eorum fauorem candidato suo conciliabat. Ab hominibus nobilibus per multos annos bellum querentibus Annibalē in Italiam adductum: ab iisdem, cum debellari posset: fraudē bellum trahi, cum quatuor militum legionibus uniuersis pugnari posse: apparuisset, eo quod M. Minutius absente Fabio prospere pugnasset: duas legiones hosti ad caedē obiectas: deinde ex ipsa caede ereptas: ut pater, patronusque; appellarentur, qui prius uincere prohibuisset Romanos quod uincā. Cōsules deinde Fabianis artibus, cū debellari posset: bellum traxisse, id factus inter omnes nobiles actum: nec finem ante belli habituros: quod consulem uere plebeium, id est hominem nouum fecissent. Nam plebeios nobiles iam eisdem initiatos esse sacris: et contemnere plebem, ex quo contemni deserint a patribus: cepisse, cui non id apparere: id actum, et quasiuum esse: ut interregnum inirentur: ut in patrum potestate comitia essent. id consules ambo ad exercitum morado quassisse, id postea, quia inuitis ijs dictator esset dictus comitorum causa: exitu pugnatum esse: ut uictos dictator per augures feret. Abhorre iugur interregnum eos: consulatum unum certe plebis Romanae esse populum liberius habiturum: ac daturum ei, qui magis uincere, quam diu impare malit. Cum his orationibus accensa plebs esset: tribus patricijs petentibus, P. Cornelio Merenda, L. Manlio Volsone, M. Emilio Lepido: duobus nobilibus iam familiaribus plebi, C. Atilio Serrano, Q. Aelio Peto: quorum alter pontifex, alter augur erat. C. Terentius consul unus creatur: ut in manu eius essent comitia rogando collega. Tum experta nobilitas parum fuisse uirium in competitoribus eius, L. Emiliū Paulum, qui cum M. Lelio

consul fuerat: et damnatione collega, et sua propē ambusius euaserat: infestum plebi, diu ac multum recusantem ad petitiōem compellit: ijs ius proximo comitali die concedentibus omnibus: qui cum Varrone certauerant: parque magis in aduersando, quam collega datur consuli. Inde prætorum comitia habita. creati M. Pōponius Maitho, et P. Furius Philo. Romae iuri dicundo urbana scrs Pomponio inter ciues Romanos, et iter peregrinos P. Furio Philoni euenit. Additi duo prætore, M. Claudius Marcellus in Sicilia, L. Posthumus Albinus in Gallia. omnes absentes creati sunt. nec quiscquam eorum, præter Terentium consulem, erat cui iam antea mādatus honos non fuisset: præteritis aliquot fortibus ac strenuis uiris: quia in tali tpe nullis nouus magistratus uidebatur mādandus. Exercitus quoque multiplicati sunt. Quanta autē peditum equitumque addita sint copia, adeo et numero, et genere copiarū uariant auctores: ut nix quicquā satis certum affirmare ausim. Decem millia nouorum militū alij scripta in supplementum. alij nouas quatuor legiones quinq; legionibus additas: ut nouem legionibus regerent. numero quoque peditum, equitumque; legiones actas, millibus peditum, et centenis equitibus in singulas adiectis: ut quina millia peditum, trecenti equites essent: socij duplicem numerum equitū darent: pedites aquarent. Septem et octoginta millia armatorum, et CC in castris Romanis, cū pugnatum ad Cannas est: quidam auctores sunt. Illud haudquaquam discrepat: maiore conatu atque impetu rem actam: quam prioribus annis: quia spem posse uincā hostem dictator præbuerat. Ceterū prius, quam signa ab urbe noua legiones mouerēt: decem uiri libros adire, atque inspicere iussi propter terros

*mulgo homines nouis prodigijs. Nam & Roma in A-*  
*uentino, & Arica nuntiatur erat subidem tempus la-*  
*pidibus pluiffe: & multo cruore: Signa i Sabinis iudas,*  
*se, aquas è fonte calidas manasse. Id quidem & quod se*  
*pius acciderat: magis terrebat & in uia Fornicaria. qua*  
*ad campum erat: aliquot homines de caelo tacti, ex ani-*  
*mati: fuerant. Ea prodigia ex libris procurata. Legati*  
*à Pesto pateras aureas Romam attulerunt. ijs, sicut Nea-*  
*politanijs, gratiæ actæ: aurum non acceptum. Per eos-*  
*dem dies ab Hierone classis Hostiam cum magno comu-*  
*neatu accessit. legati in senatum introducti nuntiarunt:*  
*cædè C. Flaminiij consulis, exercitusq; allatam, adeo egre-*  
*uulsiere gem Hieronem: ut nulla sua propria, regniq; sui*  
*clade moueri magis potuerit. itaq; quanquã probè sciat*  
*magnitudinem populi Romani admirabiliorem propè*  
*aduersis rebus, q̃ secundis esse: missa tamen à se omnia: qui-*  
*bus à bonis fidelibusq; socijs bella iuuari soleant. qua ne*  
*accipere abnuant, magnopere se P. C. orare. Tam omni-*  
*um primum omninis causa Victoriam auream pondo.*  
*CCCXX afferre sese. acciperent eam: tenerentq; & ha-*  
*berent propriam, & perpetuam. aduexisse etiam trecèta*  
*millia modium tritici, ducenta hordei: nec commeatus dei-*  
*essent. & quantum p̃tere a opus esset: quò iussissent, sub-*  
*uecturos. Milite, atq; equite scire nisi Romano, Latiniq;*  
*nominis non uti populum Romanum: leuium armatorum*  
*auxilia etiam externa uidisse in castris Romanis: itaque*  
*mississe mille sagittariorum ac funditorum, aptam manum ad-*  
*uersus Baleares, ac Mauros, pugnacesq; alias missili telo-*  
*gentes. Ad ea dona consilium quoq; addebant: ut prator*  
*cui prouincia Sicilia euenisset: classem in Africam trajire*  
*ret: ut & hostes in terra sua bellum haberent: minusq;*

*laxamenti daretur ijs ad auxilia Annibali summittèda.*  
*Ab senatu ita responsum regi est. Virum bonum, e gregi-*  
*umq; socium Hieronem esse: atq; uno tenore, ex quo in*  
*amicitiam populi Romani uenerit: fidem coluisse: ac rem*  
*Romanam omni tempore, ac loco munifice adiuuuisse. Id*  
*perinde ac deberet, gratum populo Romano esse. Aurum*  
*& à ciuitanibus quibusdam allatum gratia rei accepta,*  
*non accepisse Populum Romanum: Victoriam, omensq;*  
*accipere: sedemq; ei se diuè dare: dicare Capitolium, tem-*  
*plum Iouis Opimi Maximi. in ea arce urbis Romæ sa-*  
*cratam, uolentem, propitiãq; firmam ac stabilem fore*  
*populo Romano. Funditores, sagittarij, & frumentum*  
*traditum consulibus. Quinqueremes ad nauium classem*  
*que cum M. Octailio propratore in Sicilia erant: quq;*  
*esse: in Africam trajiceret. Delectu perfecto, consules pau-*  
*cos morati dies: dum scij ab nomine Latino uenirèt mis-*  
*lites. Tum, quod nunquam ante factum erat: iureiuran-*  
*do à tribunis militum adacti milites, iussu consulum cõ-*  
*uenturos: neq; iniussu abituros. Nam ad eam diem nihil*  
*præter sacramentum fuerat: & ubi ad decuriam, aut*  
*centuriam conuenissent: sua uoluntate ipsi inter sese de-*  
*curiam equites, centuriati pedites cõiurabant: sese fugæ atq;*  
*formidinis ergo non abituros: neq; ex ordine recessuros:*  
*nisi teli sumendi, aut petendi, aut hostis ferendi, aut ci-*  
*uis seruandi causa. Id ex uoluntario inter ipsos scedere à*  
*tribunis ad legitimam iurisdictionem adactiõem transla-*  
*tum. Conciones, prius quàm ab urbe signa mouerentur:*  
*consulis Varronis multæ ac feroces fuere: denunciãtes,*  
*bellum accersitum in Italiam ab nobilibus, mansurumq;*  
*in uisceribus rei publicæ, si plures Fabios impatores ha-*

beret: se quo die hostem uidisset, perfecturum. Collegæ eius Pauli una pridie quàm ex urbe proficiscerentur: concio fuit, uerior, quàm gratior populo: qua nihil inclenienter in Varronem dictum: nisi id modo. Mirari se, quo modo quis dux prius quàm aut suum, aut hostium exercitum, locorum suum, naturam regionis nosset: iam nunc locus in urbe, sciret quæ sibi agenda armato forent: & diè quoq; prædicere posset: qua cum hoste signis collatis esset dimicaturus. Se, quæ consilia magis res dent hominibus, quàm homines rebus: ea ante tempus immatura non præcipiturum. optare: ut quæ caute, atq; consulte gesta essent: satis prospere euenirent. temeritatem, præter quam quod stulta sit: infelicem etiam ad id locorum fuisse. Eum sua sponte apparebat iuta celeribus consilijs præpositurum: & quo id constantius persueraret. Q. Fabius Maximus sic eum proficiscentem allocutus fertur. Si aut collegam Cid quod mallem) mi similem L. Emili haberes: aut tu collegæ mi similis esses: superuacua esset oratio mea. nã & duo boni consules, etiam me tacente, omnia è Republica uestra facerentis: & mali nec mea uerba auribus uestris, nec consilia animis reciperentis. nunc & collegam tuum, & te talem uirum intuenti mihi te cum omnis oratio est: quem uideo nequicquam & uirum bonum, & ueni fore. Si altera parte claudicet Respublica: malis consilijs idem ac bonis iuris & potestatis erit. Erras enim L. Paule: si tibi minus certaminis cū C. Terentio, q̄ cum Annibale futurum censes. nescio an infestior hic aduersarius, quàm ille hostis maneat: & cum illo in acie tantum, cum hoc omnibus locis ac temporibus certaturus es: & aduersus Annibalem, legionesq; eius tuis equibus ac pedibus pugnandum tibi est: Varro dux tuis militi

bus te est oppugnaturus. Omnis etiam tibi causa absit. C. Flamini memoria. tamen ille consul demum, & in prouincia, & ad exercitum cepit ferere. hic prius quam peteret consulatum: deinde in petendo consulatu, nec quoq; consul prius quàm castra uideat, aut hostem: insanit. & qui tantas iam nunc procellas, prælia, atq; acies iactando inter togatos ciet: quid inter armatam iuuentutem censes facturum? & ubi ex templo uerba res sequitur? At qui si hic, quod facturum se denuntiat: ex templo pugnauerit: aut ego rem militarem, belli hoc genus, hostem hunc ignoro: aut nobilior alius Trasimeno locus nostris cladi bus erit. Nec gloriandi tempus aduersus unum est: ut ego contenimendo potius, quàm appetendo gloriam, modum excesserim. sed ita res habet. una ratio belli gerendi aduersus Annibalem est: qua ego gessi. nec euentus modo hoc docet: stultorum iste magister est: sed eadem ratio, quæ fuit: futuraq; donce res eadem manebunt: immutabilis est. In Italia bellum gerimus, in sede ac solo nostro. omnia circa plena ciuium, ac sociorum sunt. armis, uiris, equis, comitatibus iuuant, iuuabuntq; id iam fidei documentum in aduersis rebus nostris dederunt. meliores, prudentiores, constantiores nos tempus diesq; facit. Annibal contra, in aliena in hostili est terra: inter omnia inimica infestaq; procul à domo, procul à patria. neq; illi terra, neq; mari est pax: nullæ eum urbes accipiunt, nulla mœnia: nihil usquam sui uidet: in diem raptò uiuit. partem uix tertiam exercitus eius habet: quem Iberum amnem traiecit: plures fames, quàm ferrum absumpsit. nec his paucis iam uictum suppeditat. Dubitas ergo quin eum sedendo superaturi sinus: qui senescat in dies? non comatus, non supplementum, non pecuniam habeat &

Quam diu pro Geryonis castelli Apulie inopis, tanquam pro Carthaginis mœnibus pugnatum est? Sed ne aduersus te quod ego gloriabor. Cn. Seruilus, atque Atilius proximis consules, uide quemadmodum eum ludificati sint. Hæc una salutis est uia L. Paulæ: quam difficilem infestamque ciues sibi magis, quam hostes facient. idem enim tui, quod hostium milites, uolent: idem Varro consul Romanus, quod Annibal pœnus imperator, capiet duobus duobus unus resistat oportet. resistes autem aduersus famam, rumoresque hominum: si satis firmus steteris: si te neque collega uana gloria, neque uia falsa infamia mouerit. A ueritate laborare nimis uis sepe aiunt: extingui nunquam. Gloriam qui spreuerit: ueram habebit. Sine timidum pro cauto, tardum pro consyderato, imbellem pro perito belluocent, Malo te sapiens hostis memiat: quam stulti ciues laudent. Omnia audentem contemnet Annibal: nil temere agentem metuet. Nec ego, ut nihil agatur: sed ut agentem te ratio ducat, non fortuna. Tuae potestatis semper, tuaque omnia sunt. armatus intentusque sis: neque occasione tua desis: neque suam occasionem hosti des. omnia non properant clara, certaque erunt. festinatio improvida est, et cæca. Aduersus ea oratio consulis haud sane lata fuit, magis fatentis ea, quæ diceret, uera, quam facilia factu esse. Dictator magistrum equitum intolerabilem fuisse: quid consilij aduersus collegam seditiosum ac temerarium uirum, atque authoritatis fore? Se populare incendium priore consulatione seniussum effugisse, optare ut omnia prospere euenirent. at si quod aduersi caderet: hostium se telis potius, quam suffragijs iratorum ciuium caput obiecturum. Ab hoc sermone profectum Paulum tradunt, prosequentibus primoribus patrum, plebeium consulem

consulem sua plebs prosecuta, turba que dignitate conspectior. Ut in castra uenerunt: permisso nouo exercitu ac uetere, castris bifaria factis, ut nona minoras essent propius Annibali: in ueteribus maior pars, et omne robur uirum esset: tum anni prioris consulem M. Atilium ætatem excusantem Romam miserunt. Cn. Seruilium in minoribus castris legioni Romanae, et socium peditum equitumque duobus millibus præficiunt. Annibal quanquam parte dimidia auctas hostium copias cernebat: tamen aduentu consulum mire gaudere. non solum enim nihil ex rapis in diem commeatibus superabat: sed ne unde raperet quidem, quicquam reliquerat: omni undique frumento, posteaquam aeger paruum tutus erat in urbes munitas conuelto: ut uix decem dierum, quod compertum postea est: frumentum superesset: Hispanorumque ob inopiam transitio parata fuerit: si maturitas temporum expectata foret. Caterum temeritati consulis, ac præpropere ingenio materiam etiam fortuna dedit: quod in prohibendis prædatoribus tumultuario prælio, ac pro cursu magis militum, quam ex præparato, aut iussu imperatoris orto, haudquaquam par Pœnis dimicatio fuit. Ad Metetum et DCC casti: non plus C Romanorum, sociorumque occisis. Caterum uictoribus effuse sequentibus, metu insidiarum obstitit Paulus consul: cuius eo die (nam alternis imperitabant) imperium erat: Varrone indignante ac uociferante: emissum hostem et manibus: debellarique, ni cessatum foret, potuisse. Annibal id damnatum haud ægerime pati: quin potius credere, uelut inescatam temeritate ferocioris consulis, ac nouorum maxime militum esse, et omnia eius hostium haud secus, quam sua, nota erant: dissimiles, discordesque imperitare: duas propere partes tyronum

militum in exercitu esse. Itaq; locum & tempus insidijs apertum se haberet atq; nocte proxima nihil præter arma ferentis secum milites ducens, castra plena omnium fortium publicæ priuatæq; relinquit: transq; proximos montes læua pedites instructos condit: dextra equites impedimenta per cornua in medium agmen traducit: ut diripiendis uelut desertis fuga dominorum castris occupatum, impedimentumq; hostem opprimeret. Crebri relicti in castris ignes: ut fides fieret: dum ipse longius spatium fuga præriperet: falsâ imagine castrorum, sicut Fabium priore anno frustratus esset: tenere in locis consules uoluit. Vbi illuxit: subductâ primo stationes, deinde propius aduentibus insolitum silentium admirationem fecit. Tâ satis comperta selitudine in castris, concursus fit ad prætoriam consilium, nuntiantium fugam hostium adeo trepidam: ut tabernaculis stantibus castra reliquerint: quoq; fuga obscurior esset: crebros etiam relictos ignes, clamor inde ortus: ut signa proferrî iuberent: ducerentq; ad persequendos hostes, ac pronus castra diripienda. Et consul alter uelut unus turbæ militaris erat. Paulus etiam atq; etiam dicere: prouidendum, præcauendumq; esse. postremo cum aliter neq; seditionem, neq; ducem seditionis sustinere possent: M. Statilium præfectum cum turma Lucanorum exploratum misit. qui ubi adequitauit portis: subsistere extra munimenta cæteris iussis, ipse cum duobus equitibus uallum intrantem: speculatusq; omnia cum cura, renuntiat: insidias profecto esse: ignes in parte castrorum, quæ uergat in hostem: relictos: tabernacula aperta, & omnia cara in promptu relicta: argentum quibusdam in locis temere per uias uelut obiectum ad prædam uidisse. Quæ ad detinendos à cupiditate ani-

mos nuntiata erant: ea accenderunt & clamore sublato à militibus, nisi signum datur, sine ducibus inuros haud, quaquam dux defuit. nam ex templo Varro signum dedit proficiscendi. Paulus cum ei sua sponte cunctanti puli quoq; auspicio non addixissent: ob nuntiarium effrenam porta signa collegæ iussit. quod quanquã Varro ægre est passus: Flamini tamen recens casus, Claudijq; consulis primo Punico bello memorata naualis clades religionem animo incassit. Diu propè ipsi eo die magis distulere, quàm prohibuere tam imminentem pestem Romanis. nam forte ita euenit: ut, cum referri signa in castra iubenti consuli milites non parent: serui duo, Formiani unus, alter Sidicini equitis, qui Seruilio, atq; Attilio consilibus inter pabulatores excepti à Numidis fuerant: profugerent eo die ad dominos: qui deducti ad consules denuntiant: omnem exercitum Annibalis trans proximos montes sedere in insidijs. Horum opportunus aduentus consules imperij potentes fecit: cum ambitio alterius suam primum apud eos præua indulgentia maiestatem soluisset. Annibal posteaq; matos magis inconsulte Romanos, q; ad ultimum temere euectos uidit: nequicq; detecta fraude in castra redit. ibi plures dies propter inopiam frumentum manere nequibat: nouaq; consilia in dies non apud milites solum mistos ex colluione omnium gentium, sed etiam apud ducem ipsam oriebatur. nam cum initio fremitus, deinde aperta uociferatio fuisset exposcentium stipendium debuium, querentiumq; annonam primo, postremo famem: & mercenarios milites, maxime Hispani generis, de transitione cœpisse consilium, fama esset: ipse etiam interdum Annibal de fuga in Galliâ dicitur agitata esse: ita ut relicto peditatu omni, cum equatu se proriperet. Cui hæc consilia, atq; hic habitus ani-

morum esset in castris mouere inde statuit in calidiora,  
 atq; eo maturiora messibus Apulie loca: simul quo lon-  
 gius ab hoste recessisset: transfuga impeditiora leuibus  
 ingenijs essent. Profectus est nocte ignibus similiter factis,  
 tabernaculisq; paucis in speciem relictis ut insidiarum  
 par priori metus contineret Romanos. Sed per eundem  
 Lucanum stantium omnibus ultra castra, transq; mons  
 tes exploratis, cum relatum esset: uisum procul hostium  
 agmen: eum die sequenti eius insequendi consilia agitari  
 cepta. Cum utriusq; consulis eadem, quæ ante semper,  
 fuisset sententia: ceterum Varroni ferè omnes, Paulo ne-  
 mo, præter Seruilium prioris anni consulem, assentirent:  
 maioris partis sententia ad nobilitandas clade Romana  
 Cannas urgente fato profecti sunt. Propè eum uicium  
 Annibal castra posuerat auersa à Vulturno uento: quicâ  
 pis torridis siccitate nubes pulueris uehit. Id cum ipsis ca-  
 stris per commodum fuit: tum salutare præcipue futurum  
 erat: cum aciem dirigerent, ipsi auersi, terga tantum af-  
 fiante uento, in obscæcatum puluere effuso hostem pugna-  
 ueri. Consules satis exploratis inueneribus sequentes Pœnũ,  
 ut uentum ad Cannas est: ubi in conspectu Pœnum ha-  
 bebant: bina castra communiunt, eodem, sermè interval-  
 lo, quo ad Geryonem, sicut ante, copijs diuisis. Aufidus  
 amnis utriusq; castris affluens adiuu aquatoribus ex  
 sua cuiusq; opportunitate haud sine certamine dabat.  
 ex minoribus tamen castris, quæ posita trans Aufidum  
 erant: liberius aquabantur Romani: quia ripa ulterior  
 nullum habebat hostium præsidium. Annibal spem nat-  
 ctus loci ad equestrem pugnam, qua parte uirum inui-  
 ctus erat: facturus copiam pugnandi consilibus dirigit ac-  
 ciem: lateffitq; Numidarum procuratione hostes: Inde

rursus sollicitari seditione militari, ac discordia consulum  
 Romana castra: cum Paulus Sempronij, & Flaminijs te-  
 meritatem Varroni, Varro speciosum timidus ac segnibus  
 duabus exemplum Fabij obijceret: testareurq; deos  
 hominesq; hic: nullam penès se culpam esse: quod Annibal  
 uelut si iam cepisset Italiam se constrictum à colle gra-  
 teneri: ferrum, atq; arma iutatis, & pugnare cupientibus  
 adimi milibus: ille, siquid proiectis ac prodijs ad incõ-  
 sultam atq; improvidam pugnam le gionibus accideret:  
 se omnis culpa exortem, omnis tamen euentus participè-  
 fore diceret: uideret ut quibus lingua prompta, ac teme-  
 raria esset, æq; in pugna uigerent manus. Dum altercatio-  
 nibus magis, quam consilijs tempus teritur: Annibal ex-  
 acie, quam ad nullum diei tenuerat instructam: cum in  
 castra ceteras reciperet copias: Numidas ad inuadendos  
 ex minoribus castris Romanorum aquatores trans flu-  
 men mittit. quam inconditam urbam cum uix dum in-  
 ripam egressi clamore ac tumultu fugassent: in stationẽ  
 quoq; pro uallo locatam atq; ipsas propè portas euecti  
 sunt. Id uero indignum uisum: ab tumultuario auxilio  
 iam etiam castra Romana terri: ut ea modo una causa,  
 ne exemplo transfirent flumen dirigerentq; aciem: tene-  
 rit Romanos: quod summa imperij eo die penès Paulũ  
 fuerit. Itaq; Varro postero die, cui fors eius diei imperij  
 erat: nihil consulto collega signum proposuit: instructisq;  
 copijs flumen transiuit, sequente Paulo: quia magis non  
 probare, quam non adiuuare consilium poterat. Trans-  
 gressi flumen eas quoq; quas in castris minoribus habue-  
 rant copias: suis adiuuant: atq; ita instructa acie in dex-  
 tro cornu (id erat fluminis propius) Romanos equites lo-  
 cant, deindepedites. lauum cornu extremi equites socio



rum, intra pedites, ad medium iuncti legionibus Romanis tenuerunt iaculatores, ex cæteris leuium armorum auxilijs prima acies facta, consules cornua tenet: Terentius leuium, Æmilius dextrum. Cn. Seruilio media pugna tuenda data. Annibal luce prima Balearibus, leuiq; alia armaturæ præmissa transgressus flumen, ut quosq; traduxerat: ita in acie locabat. Gallos, hispanosq; equites propè ripam leuo in cornu aduersus Romanum equitatum dextrum cornu humidis equitibus datū, media acie pedibus firmata: ita, ut Afrorum utraq; cornua essent: interponerentur his medijs Galli, atque Hispani. Afros Romanam magna ex parte crederes aciem: ita armati erant armis & ad Trebiam, cæterum magna ex parte ad Trasimenum captis. Gallis, Hispanisq; scuta eiusdem formæ ferè erāt: disparēs ac dissimiles gladij. Gallis prælongi, ac sine nucronibus: Hispano punctum magis, q̄ casum assueto petere hostem, breuitate habiles, & cū nucronibus. Ante cæteris armatis gentium harum habitus tum magnitudine corporis, tum specie terribilis erat) Galli super umbilicum erant nudi. Hispani linteis prætextis purpura unciis candore miro fulgentibus consistebant. Numerum omnium, qui tum pediatum, equitumq; in acie steterunt: illum ferunt: uidelicet quadraginta pediatum nullia, decem equitum. Duces cornibus præerant. sinistrū Asdrubal, dextrum regebat Maharbal. mediam aciem Annibal ipse cū fratre Magone tenuit. sol seu de industria ita locati: seu quod forte ita starent peropportune utriq; partē obliquus erat. Romanis in meridie. Pœnis in septentrionem uersis: uentus, quē Vulturū incolæ regionis uocant, aduersus Romanos coortus, multo puluere in ipsa ora uolueno, prospectū ademit. Clamore sublato pro-

cursum ab auxilijs: & pugna leuibus primum armis commissa: deinde equitum Galloꝝ. Hispanorumq; leuū cornu cū dextro Romano concurrat, minime equestris more pugna. frontibus enim aduersis concurrendum erat: quia nullo circa ad euagandum relicto spatio, hinc amnis, hinc peditū acies claudabant. In directum utrinq; nitentes statibus ac confertis, postremo turbatis equis uir uirum amplexus detrahebat æquo. pedestre magna iā ex parte certamen factum erat. acrius tamen, quam diutius pugnatum. pulsifq; Romani equites terga uerrunt. Sub equestris finem certaminis coorta est pediatum pugna. Primo & uiribus & animis pares constabant ordines Gallis, Hispanisq;. tandem Romani diu ac sæpe consilio agitant: qua fronte, acieq; densa impellerent hostium cuneum nimis tenuem, eoq; parū ualidum, à cætera prominentē acie. impulsis deinde, ac trepide referentibus pedem insistere: ac tenore uno per præceps pauore fugientium agmen in mediam primū aciem illati, postremo nullo resistente ad subsidia Afros peruenerunt: qui utrinq; reductis alijs cōsiterat. medijsq; Galli, Hispaniq; steterant aliquantū prominente acie. qui cuneus ut pulsus equauit frontem primum: deinde nitendo et sinum in medio dedit: Afri circa iam cornua uum fecerant: irruentibusq; incaute in mediam Romanis circūdedere alas: mox cornua extendendo, clausere & ab tergo hostes. Hinc Romani defuncti ne quicquā plio uno, ommissis Gallis Hispanisq;, quoz terga ceciderant: aduersus Afros integrā pugna inuenit: nō tantum eo iniquā quod inclusi aduersus circumsissos, sed et quod fessi cum recentibus ac uegens pugnant. Iam & in sinistro cornu Romano, ubi sociorū equites aduersus Numidas steterant: consertum prælium erat, segne pri-

mo, & à Punica cœptum fraude. Quingenti ferme, Numidæ præter consueta arma telâq; gladios occultos sub loriceis habentes, specie transfugarû cum ab suis parmas post terga habentes ad equitaissent: repente ex equis desiliunt: parmisq; & iaculis ante pedes hostium proiectis, in mediam aciem accepti, ductiq; ad ultimos confidere ab tergo iubentur. ac dum prælium ab omni parte conferritur: quieti manserunt. postquam munium animos ocultosq; occupauerat certamen: tum arreptis scutis, quæ passim inter acruos caesorum corporum strata erant: auersam adoriuntur Romanam aciem: tergaq; feriêtes, ac poplites cædentes stragem ingentem dederunt: ac maiorem aliquanto pauorem, ac tumultum fecerunt. Cum alibi terror ac fuga, alibi pernix in mala iam spe prælium esset: Asdrubal, qui ea parte præerat: subductos ex media acie Numidas, quia segnissimos eorum cum aduersis pugna erat: ad persequendos passim fugientes mittit. Hispanos, & Gallos pedites Afris propè iam fessis cæde magis, q̄ pugna adiungit. Parte altera pugna Paulus, quâquam primo statim prælio funda graviter ictus fuerat: tamè et occurrit sæpe cum confertis Annibali: & aliquot locis prælium restituit. protegèntibus eum equibus Romanis. omissis postremo equis, quia consulem ad regendû equû vires deficiebant: tum denunciãnti cuidam, iussisse consulem ad pedes descendere equites, dixisse Annibalem ferunt: quàm mallem uinctos mihi traderet. Equitum pedestre prælium, quale iam haud dubia hostium uictoria, fuit: cum uicti mori in uestigio mallent: quàm fugere: uictores morantibus uictoriam irati, trucidarent quos pelere non poterant. pepulerunt tamen iam paucos superatos, & labore ac uulneribus fessos. inde dissipati omnes

sunt: equosq; ad fugam, qui poterant, repetebant. Cn. Lentulus tri. milium cum præteruehens equo sedentem in saxo cruore oppletum consulem uidisset: L. Æmili, inquit, quem unum insentem culpæ cladis hodiernæ dii respicere debent: cape hunc equum: dum & tibi uirium aliquid superest: comes ego te tollere possum, ac protegere: ne sine stem hanc pugnam morte consulis feceris. etiam sine hoc lachrymarum satis, luctusq; est. Ad ea consul. Tu quidem Cn. Corneli matre uirtute esto: sed caue frustra miserando exiguum tempus è manibus hostium euadèdi absumas. Abi: nuntia publice patribus: urbem Romam muniant: ac prius quàm hostis uictor adueniat: præsidys firmant: priuatimq; Q. Fabio: L. Æmilium præceptorum eius memorem, & uixisse, & adhuc mori. & tu me in hac strage milium meorum patre expirare: Ne aut reus iterum è consulatu: aut accusator collega existam: ut alieno crimine innocentiam meam protegam. Hæc exigentem prius turba fugientium ciuium, deinde hostes oppressere consulem, ignorantes quis esset: obrueruntq; telis. Lentulum in tumultum abripuit equus. tum inde effuse fugiunt. Septem millia hominum in minora castra, decem in maiora, duo ferme in uicium ipsum Cannas perfrugerunt: qui ex templo à Cartalone, atq; equitibus, nullo munimento te gente uicum, circumuenti sunt. Consul alter, seu forte, seu consilio, nulli fugientium infestus agminum, cum quinquaginta ferè equibus Venusiam profugit. Quadraginta millia pedum, duo millia septingenti equites, è tanta propè consilium sociorumq; parte casti ducuntur. in his alter consulum: quæstores, L. Attilius, et L. Furius Bibaculus: XXI trib. mili. consularis quidam, prætoriq; & ailitij: inter eos Cn. Seruilius, C. Iunius:

& M. Minutius numeratur: qui magister equitum prio  
 re anno aliquot diebus ante fuerat: LXXX prætere a se  
 natores: aut q̄ eos magistratus gessissent: unde in senatum  
 legi deberent: cum sua uoluntate milites in legionibus  
 facti essent. Capta eo prælio tria millia pedum, & equi  
 tes trecenti dicuntur. Hæc est pugna Allieni cladi nobilitate  
 par: cæterum ut q̄; hæc illa, quæ post pugnam acci  
 dère: lenior: quia ab hoste cessatum est: sic strage exerci  
 tus grauior, fædiorq̄; fuit fuga. nanq̄; ad Alliam sicut ur  
 bem prodidit: ita exercitum seruauit. ad Cannas fugien  
 tem consulem uix quinquaaginta secuti sunt: alterius mot  
 rientis propè te omnis exercitus fugit. Binis in castris cum  
 multitudine semierunt sine ducibus esset: nuntium qui in  
 maioribus erat: mittunt: dum prælio, deinde ex læticia  
 epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret: ut ad se  
 transirent. uno agmine Cannasuum abiueros esse. Eam  
 sententiam alij totam aspernari. cur enim illos, qui se accer  
 sant: ipsos non uenire: cum æque coniungi possent? quia  
 uidelicet plena hostium omnia in medio essent: & alio  
 rum, quam sua corpora tanto periculo mallent obijcere.  
 obijcere. Alijs nõ tam sententia displicere, quam animus  
 deesse. P. Sempronius Tuditanus tribunus militum, Ca  
 pi ergo mauulãs, inquit, ab auarissimo & crudelissimo  
 hoste? æstimariq̄; capita uestra? & exquiri pretia ab in  
 terrogantibus, Romanus ciuisis, an Latinus socius? ut  
 ex tua contumelia & miseria alteri honos quaeratur. non  
 tibi. non uos quidem L. Æmiliũ, qui se bene mori, quam  
 turpiter uiuere maluit: & tot forissimorum uirorum: q̄;  
 circa eum cumulatã iacent: similes estis. sed antequam op  
 primat lux: maiorq̄; hostium agmina obscipiant iter: per  
 hos, qui inordinati, atque incompõsiti obstrepunt por

tis: erumpamus. ferro, atque audacia iter fiat quam uis  
 per confertos hostes. cuneo quidem hoc laxum atque so  
 lum agmen, ac si nihil obftet: transibimus. Ita que ite  
 mecum, qui & uos metipsos, & rem pub. saluam uultis.  
 Hæc ubi dicta dedit: stringit gladium. cuneoq̄; facto per  
 medios uadit hostes. & cum in laus dextrum, quod pa  
 tebat: Numida iacularentur: transiãtis in dextrum scuti  
 tis, in maiora castra ad sexcentos euaserunt: atque inde  
 protinus alio magno agmine adiuncto Cannasuum in  
 columes perueniunt. Hæc apud uictos magis impetu  
 animorum, quem in genium suum cuiq̄; aut fors dabat:  
 quam ex consilio ipsorum, aut imperio cuiusquam age  
 bantur. Annibali uictori cum ceteri circumfusi granula  
 rentur: suaderentq̄; ut tanto persunctus bello, diei quod  
 reliquum esset, noctisq̄; insequenter, quietem, & ipse sibi  
 sumeret: & fessis daret militibus: Maharbal præfectus  
 equitum minime cessandum ratus, Immo ut quid hac pu  
 gna sit actum scias: die quinto, inquit, uictor in Capito  
 lio epulaberis. sequere cum eq̄;: ut prius te uenisse, quam  
 uenturum sciant, præcedant, Annibal inquit, nuntij: læ  
 ta res est: sed uia maior: quam ut eam statim capere ani  
 mo possim. itaque uoluntatem se laudare Maharbalis,  
 ait: ad consilium prensandum tempus opus esse. Tum  
 Maharbal. Non omnia nimirum eidem dij dederunt. Vin  
 cere scis Annibal: uictoria uñ nescis. Mora eius diei satis  
 creditur saluti fuisse urbi, atque imperio. Postero die ubi  
 primum illuxit: ad spolia legenda, fædamq̄; etiã hosti  
 bus spectandã stragem insistent. Iacebant tot Ro  
 manorum millia, pedites passim, equitesq̄;: ut quem cui  
 que fors, aut pugna iunxerat, aut fuga. Assurgentes qui  
 dam ex strage media cœuenti, quos stricta matutina

frigore excitauerant uulnera: ab hoste opprēssi sunt. Quosdam & iacentis uiuos succisissis fœminibus, poplitibusq; inuenerunt, nudantes ceruicem iugulumq; & reliquum sanguinem inuitantes haurire. Inuenti sunt quidam merfis in effossam terram capitibus: quos sibi ipsos fecisse foueas, obruentes ora subiecta superq; humo iniecta interclusisse spiritum apparebat. Præcipue præterit omnes substratus Numida moriuo super incumbenti Romano uiuus, naso auribusq; laceratis: cum manibus ad capiendū telum inutilibus in rabiem ira uersus, laniando dēibus hostem expirasset. Spolijs ad multū diei lectis, Annibal ad minora ducit castra oppugnanda: & omnium primum brachio fluminis obiecto eos excludit. Cæterū ab omnibus labore uigilijs, uulneribus etiam fessis maturior ipsius spe deditio est facta. pacti ut arma atque equos traderent: in capita Romana tricenis nummis quadrugatis: in socijs ducenis, in seruis centenis, & ut eo pretio persoluto, cum singulis abirent uestimentis, in castra hostes acceperunt: traditq; in custodiam omnes sunt: sed serosum ciues, socij q;. Dum ibi tempus teritur: interea cum ex maioribus castris, quibus satis uirium aut animi fuit: ad quatuor millia hominum, & CC equites, alij agmine, alij palati passim per agros, quod haud minus tutum erat: Cannusium perfragissent: castra ipsa ab faucijs, tūmidisq; eadem conditione, qua altera, tradita hosti. Præda ingens parta est: & præter equos, uirosq; & si quid atgenti, quod plurimum in saleris equorum erat: (nam ad uescendum facto perexiguū utiq; militantes utebantur) omnis cætera præda diripienda data est. Tum sepeliendi causa conferri in unum corpora suorum iussit. Ad octo millia fuisse dicuntur fortissimorum uirorum. Con-

sulem quoq; Romanum conquisitum, sepulcrumq;, quodam auctores sunt. Eos, qui Cannusium perfrugerant: mulier Paula nomine Buisa, genere clara ac diuitijs, moenibus tantum tectisq; à Cannusinis acceptos, frumento, uesse, uatico etiam inuit. pro qua ei munificentia postea bello perfecto ab senatu honores habiti sunt. Cæterum cum ibi tribuni militum quatuor essent, Fabius Maximus de legione prima, cuius pater priore anno dictator fuerat: & de legione secunda L. Publicius Bibulus & P. Cornelius Scipio, & de legione tertia Ap. Claudius Pulcher, & proxime ædilis fuerat: omnium consensu ad P. Scipionem admodum adolescentem, & ad Ap. Claudium summa imperij delata est. quibus consultantibus inter paucos de summa rerum nuntiat P. Furius Philus consularis uiri filius: ne quicquam eos consultare: perditam spem fouere: desperatam, complorataq; rem esse publicam. nobiles iuuenes quosdam, quorum principem L. Cæcium Metellum: mare ac naues spectare: ut deserta Italia, ad regnū aliquem transfugiant. Quod malum præter quàm quod atrox super tot clades, etiam nouum, cum supore ac miraculo torpidos defixisset: & qui aderant, concilium ad uocandum de eo censerent: ne gat consilij rem esse Scipio, iuuenis fatalis dux huiusce belli: audendum atq; agendum, non consultandum ait in tanto malo esse. irent se cum extemplo armati: qui rem publicam saluam uellent. nusquam uerius, quàm ubi ea cogitentur: hostium castra esse. Pergit deinde ire, sequentibus paucis, in hospitium Metelli. & cum concilium ibi iuuenum, de quibus allatum erat: inuenisset: stricto super capita consultantium gladio, ex mei animi sententia, inquit, iuro: ut ego rem publicam non desertam: neque alium ciuem Romanum

deserere patiar. si sciens fallo: tum me Iupiter Optime Maxime, domum, familiam, remq; meam pessimo leto afficias. In hac uerba L. Cecilius iures ex postulo: cateriq; qui adestis, qui non iurauerit: in se hunc gladium strictum esse sciat. Haud secus pauidi, quam si uictorem Annibalem cernerent: iurant omnes: custodiendosq; semetipsos Sapiioni tradunt. Eo tempore, quo hæc Cannusij agebantur: Venusiam ad consulem ad quatuor millia pedium equitumq;, qui sparsi fuga per agros fuerant: peruenere. Eos omnes Venusini per familias benigne accipientes, curandosq; cum diuississent: in singulos equites togas, & tunicas, & quadrigatos nummos quinosuicenos, & pedibus denos, & arma quibus deerant: dederunt. cateraq; publice ac priuatim hospitaliter facta: certatumq;: ne à muliere Cannusina populus, Venusinus officijs uinceretur. sed grauius onus Bursæ multumdo faciebat. & iam ad decem millia hominum erant. Appiusq;, & Scipio postquam incolumem esse alterum consulem acceperrunt: nuntium ex templo mittunt: quantum secum pedum, equitumq; copia essent: sciscitatumq; simul: utrum Venusiam adduci exercitum, an manere iuberet Cannusij? Varro ipse Cannusium copias traduxit. Et iam aliqua species consularis exercitus erat: mœnibusq; se tueri, & si non armis ab hoste uidebantur defensuri. Romam, ne has quidem reliquias superesse ciuium, sociorumq;, sed occisione occisum cum duobus exercitibus consulem, de letasq; omnes copias, allatum fuerat. Nunquam salua urbe tantum pauoris, tumultusq; intra mœnia Romana fuit. itaq; succumbam oneri: neq; aggrediar narrare: quæ differendo minora uero facio. Consule exercitumq; ad Trasimenum priore anno amisso, non uulnus super nul-

lus, sed multiplex clades, cum duobus consulibus consules exercitus amissi nunciabantur: nec ulla iam castra Romana, nec ducem, nec militem esse: Annibalis Apuliam, Samnium, ac iam propè totam Italiam factam. Nulla profecto alia gens tanta mole cladis non obruta esset. Comparem cladem ad Ægeis insulas Carthaginiensium praelio nauali acceptam: qua fracti, Sicilia ac Sardinia cessere: hinc uecti gales, ac stipendiarios fieri se passi sunt: ceteræ cladis pugnae aduersæ in Africa: cui postea hic ipse Annibal succubuit. nulla ex parte comparanda sunt: nisi quod minore animo latae sunt. P. Furius Philo, & M. Pomponius prætores senatum in curiam Hosiliam uocauerunt: ut de urbis custodia consulerent. neq; enim dubitabant: deletis exercitibus, hostem ad oppugnandam Romam, quod unum opus belli restaret: uenturum. Cum malis sicut ingentibus, ita ignotis, nec consilium quidem satis expedirent: obstreperetq; clamor lamentantium mulierum: & nondum palam facti uisui, mortuiq; per omnes penè domos promiscue complorarentur: tum Fabius Maximus censuit equites expeditos et Appia, & Latina uia mittendos: qui obuiam euntes percontarentur aliquos profectos ex fuga, passim dissipatos, forte referant: quæ fortuna consulum, atq; exercituum sit: & si quid dii immortales miserum imperij: reliquum Romani nominis fecerint: ubi ea copia sint: quò se Annibal post praelium conulerit: quid paret: quid agat: acturusq; sit. Hæc exploranda, noscendaq; per impigros uenes esse. Illud per patres ipsos agendum: quoniam magistratum parum sit: ut tumultum, ac trepidationem in urbe tollant: matronas publico arceant: pœneriq; intra suam quamq; limen cogant: comploratis familiis: coerceant: si

lentium per urbem faciunt: nuntios rerum omnium ad prætores deducendos curent: sua quisque fortune domi aut thorem expectent. custodesque præterea ad portas ponant: qui prohibeant quenquam egredi urbem: cogantque homines nullam, nisi urbe ac mœnibus saluis salutem sperare. ubi contigerit tumultus: recte tum in curiam patres reuocandos: consulendumque; de urbis custodia esse. Cum in hanc sententiam pedibus omnes essent: summataque foro per magistratus verba, patres diuersi ad sedandos tumultus discessissent: tum demum litteræ à Terentio consule allatæ sunt: L. Æmilium consulem, exercitumque casum: Cannusiumque se esse, reliquias tantæ cladis uelut ex naufragio colligentem: ad X milia militum ferme esse incompositorum, inordinatorumque. Annibalem nunc sedere ad Cannas in captiuorum pretijs, prædaque; alia uictoria nec uictoris animo, nec magni ducis more metuentem. Tum priuatæ quoque per domos elades uulgatæ sunt: adeoque totam urbem oppleuit luctus: ut sacrum anniuersarium Cereris intermissum sit: quia nec lugentibus id facere, est fas: nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat. Itaque ne ob eandem causam alia quoque sacra publica, aut priuata deferrentur: senatus consulto diebus XXX luctus est finitus. Cæterum cum sedato urbis tumultu reuocati in curiam patres essent: alia insuper ex Sicilia litteræ allatæ sunt ab T. Octauiam prætore: regnum Hieronis classe Punica nastari: cui cum opem imploranti ferre uellet: nuntiatum sibi esse: aliam classem ad Ægæis insulas stare paratam, instructamque; ut ubi se uersum ad uendam Syracusanam, oram Pœnienem discessissent: Lilybæum extemplo, prouinciãque; aliam Romanam aggredierentur. itaque classe opus esse: si regem socium, Siciliamque;

llamque

liamque; ueri uellent. Litteris consulis, proptatorisque; leuatis, A. Claudium, qui classi ad Hostiam stanti præsesset: Cannusium ad exercitum mittendum: scribendumque; consili: ut cum prætori exercitum tradidisset: primo quoque tempore quantum per commodum Reipublice fieri posset, Romam ueniret. Territi etiam super tantas clades, cum cæteris prodigijs: tum quod duæ uestales eo anno, Opimia, atque Floronia stupri comperta: et altera sub terram, ut mos est: ad portam Collinam necata fuerat: altera sub bimetipsa mortem conscuerat: L. Cantilius scriba Pontificum, quos nunc minores Pontifices appellant: qui cum Floronia stuprum fecerat: à Pontifice maximo eo usque uirgisi comitio casus erat: ut iter uerbera expiraret. Hoc nefas cum inter tot (ut fit) clades in prodigium uersum esset: decemuiri liberos adire iussi sunt. Et Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum missus est: sciscitantum: quibus precibus, supplicationibusque; deos possent placare: et quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria facta: inter quæ Gallus et Galla, Græcus et Græca in foro Boario sub terra uiui dimissi sunt in locum saxo confectum, ibi ante hostijs humanis minime Romano sacro imbutum. Placatis satis ut rebantur deis, M. Claudius Marcellus ab Hostia mille et quingentos milites, quos in classem scriptos habebat: Romam, ut urbi præsidio essent: mittit: ipse legione classis (ea legio tertia erat) cum tri. mil. Theano Sidicano præmissa, classe tradita P. Furio collegæ, paucos post dies Cannusium magnis itineribus conuenit. Dictator ex autoritate patrum dictus M. Iunius, et T. Sempronius magister equitum, delectu edicto, iuniores ab annis XVII et quosdam prætextatos scribunt.

Tit. L.

ii

quatuor ex his legiones, & mille equites effecti. Item ad socios Latinumq; nomen ad milites ex formula accipiendos mitunt: arma, tela, alia parari iubent. Et uetera hostium spolia detrahunt templis, portibusq;. Et alia formam noui delectus inopia liberorum capiuum, ac necessitas dedit. octo millia iuuenum ualidorum ex seruitijs, prius sciscitantes singulos uellent ne militare, empti publice armauerunt. Hic miles magis placuit: cum pretio minore redimendi captiuos copia fieret. Nanq; Annibal secundum tam prosperam ad Cannas pugnam uictoris magis, quam bellum gerentis intentus curis, cum captiuis productis, segre gratiis; socijs eos, sicut ante ad Trebiam, Trasimenumq; lacum, benigne allocutus sine pretio dimisisset: Romanos quoq; uocatos, quod nunquam aliis antea: satis miti sermone alloquitur. Non interuentum sibi esse cum Romanis bellum: de dignitate, atq; imperio certare. & patres uirtuti Romanæ cecidisse: & se id admitti: ut suæ inuicem simul felicitati, & uirtuti cedatur. itaq; redimendi se captiuis copiam facere. pretium fore in capita, equum quinque genus quadrigatos nummos, tricenos pediti, seruo centum. Quanquam aliquantulum adijciebantur equitibus ad id pretium, quod pepigerant dedentes se: læti tamen quancunq; conditionem paciscendi acciperunt. Placuit suffragio ipsorum decem deligi: qui Romam ad senatum irent. nec pignus aliud fidei, quam ut iurarent se redimuros acceptum. Missus cum his Carthalo nobilis Carthaginensis: qui, si forte ad pacem inclinarent animos: conditiones ferret. Cum egressi castris essent: unus ex ijs minime Romani ingenij homo, uelut aliquid oblitus, iurisiurandi soluendi causa cum in castris disset: ante noctem comites assequitur. Vbi eos Romæ uer-

nire nuntiatum est: Carthalo ni obuiam lictor missus: qui dictatoris uerbis nuntiaret: ut ante noctem excederet finibus Romanis. Legatis captiuorum seruatus ab dictatore datus est. Quorum princeps M. Iunius, P. C. inquit, nemo uestrum ignorat: nulli unquam ciuitati uiliores fuisse captiuos: quam nostræ: caterum nisi nobis plus iusto nostra placet causa: non alij unquam minus negligendi uobis, quam nos in hostium potestatem uenerunt. non enim in acie per timorem arma tradidimus: sed cum propè ad noctem superstantes cum uilis caesorum prælium extraxissemus: in castra recapimus nos. diei reliquum, ac noctem insequentem fessi labore ac uulneribus uallum sumus tutati. postero die cum circumfessi ab exercitu uictore aqua arceremur: nec ulla iam per confertos hostes erumpendi spes esset: nec esse nefas duceremus: quinquaginta millibus hominum ex acie nostra trucidatis, aliquem ex Cannensi pugna Romanum militem restare: tunc demum pacti pretium: quo redempti dimitteremur: arma, in quibus nihil iam auxilij erat: hosti tradidimus. Maiores nostros quoq; acciperamus se à Gallis auro redemisse: & patres nostros, asperrimos illos ad conditionem pacis, legatos tamen captiuorum redimendorum gratia Tarentum misisse. atqui in Italia cum Gallis, & ad Heracleam cum Pyrrho, utraq; non tam clade infamis, quam pauore & fuga, pugna fuit. Cannenses cum pos accerui Romanorum corporum tegunt: nec supersumus pugnae: nisi in quibus trucidandis & ferrum & uires hostem defecerunt. Sunt etiam de nostris quidam: qui nec in acie quidem re fugerunt: sed præsidio castris relictis, cum castra traderentur: in potestate hostium uenerunt. Haec equidem ullius cõ-

uis, aut commilitoniis fortunæ, aut conditioni inuideo: nec premendo alium me exulisse uelim uideri. ne illi qui dem, nisi pernicitatis pedum & cursus aliquot prænū est: qui pleriq; inermes ex acie fugientes non prius quàm Venusiæ, aut Cannusij constitierunt: se nobis merito præulerint: gloriatiq; sint: in se plus, quàm in nobis præsidij Reipub. esse. Sed illis ut bonis ac fortibus uiris militibusq; utemini: ut nobis iam promptioribus pro patria: quod beneficio uestro redempti, atq; in patriam restituti fuerimus. Delectum ex omni etate & fortuna habetis. octo millia ferorum audio armari. non minor numerus noster est: nec maiori pretio redimi possumus: quàm hi emuntur. nam si conferam nos cum illis: iniuriam nomini Romano faciem. Illud etiam in tali consilio animaduertendum uobis censeam: P. C. si tam duri oris esse uelitis: quod nullo nostro merito faciatis: cui nos hosti relicturni sitis. Pyrrho uidelicet? qui nos hospitium numero habuit captiuos. an barbaro, ac pæno? qui utrum amarior; an crudelior sit, uix existimari potest. Si uideatis athenas, squalorem, deformitatemq; ciuium uestrorum: nõ minus profectò uos ea species moueat: quàm si ex altera parte cernatis stratas Cannensibus campis legiones uestras. in ueri potestis soliditudinem, & lachrymas in uestro bulo curiæ stantium cognatorum nostrorum, expectantiumq; responsum uestrum? cum ij pro nobis, proq; ijs, qui absunt: ita suspensi ac solidi sint: quem censeatis animum ipsorum esse: quorum in discrimine uita, libertasq; est? si medius fidius ipse in nos mitis Annibal contra naturam suã esse uelit: nihil tamen nobis uita opus esse censeamus cum indigni ut rediremur à uobis, uisi sumus. Redire Romam quondam remissi à Pyrrho sine pretio capti:

sed redire cum legati primoribus ciuitatis ad redimendos sese missis. Redeam ego in patriam trecentis nummis non aestimatus ciuis? suum quisq; habet animum P. C. Scio in discrimine esse uitam, corpusq; meum. magis me fama periculum mouet: ne à uobis damnati, ac repulsi habeamur. neq; enim uos pretio peperisse homines credent. Vbi is finem fecit: extemplo ab ea turba, quæ in comitio erat: clamor flebilis est sublatus mansiq; ad curiam tendebant orantes: ut sibi liberos, fratres, cognatos redderent. Feminas quoq; metus, ac necessitas turbæ huic uirorum in foro immisuerat. Senatus summotis arbitris consuli cæptus. Ibi cum sententijs uariaretur: & alij redimendos de publico: alij nullam publice impensam faciendam: nec prohibendos ex priuato redimi: si quibus argentum in præsentia deesset: dandam ex æratio pecuniam mutuum, prædibusq; ac prædijs cauendum populo, censerent: tum T. Manlius Torquatus præcæ ac uinitis duræ, ut pleriq; uidebatur, seueritatis, interrogatus sententiam, ita locutus feruit. Sit tantummodo postulat assent legati pro ijs, qui in hostium potestate sunt: ut redimerentur, sine ullius insectatione eorum breui sententiã peregissim. quid enim aliud quàm admonendi essetis, ut morem traditum à patribus necessario ad rem militarem exemplo seruareis? Nunc autem cum propè gloriati sint quod se hostibus dediderint: præferriq; non captis modo in acie ab hostibus, sed etiam ijs, qui Venusiam, Cannusiumq; peruenerunt: atq; ipsi C. Terentio consuli, æquum censuerint: nihil uos eorum P. C. quæ illic acta sunt: ignorare patiatur. Atq; utinam hæc, quæ apud uos acturus sum: Cannusij apud ipsam exercitum agerem, optimum testem ignauia cuiusq; let uirtutis: aut unus hic saltem ad



esset P. Sempronius. quem si isti duces secuti essent milites: hodie in castris Romanis, non captivi in hostium potestate essent: & cum fessis pugnando hostibus, iam victoria lætis, & ipsis plerisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberam habuissent: & septena armatorum hominum nullia erumpere etiam inter confertos hostes ponissent. Neque per se ipsi hoc facere conati sunt: neque alium sequi uoluerunt. Nocte prope tota P. Sempronius Tuditanus non desistit admonere, adhortarique eos: dum paucitas hostium circa castra, dum quies ac silentium eēt: dum nox inceptum tegetet: se duces sequerentur. ante lucem peruenire in tanta loca, in scitiorum urbes posse. Si aut auorum memoria P. Decius tri. mil. in Samnio, sicut nobis adolescentibus, priore Punico bello Calpurnius Flamina trecentis uoluntarijs, cum ad tumultum eos capiendum, suum inter medios hostes, duceret: dixit: moriamur milites: & morte nostra eripiamus ex obsidione arcumuentas legiones: si hoc nec P. Sempronius diceret: nec uiros quidem, nec Romanos nos duceret: si nemo tanta uirtutis existeret comes. uiam non ad gloriam magis, quam ad salutem ferentem demonstrat: duces se in patriam, ad parentes, ad coniuges ac liberos facit: ut seruemini, deest uobis animus. quid, si moriendum pro patria esset: faceretis? Quinquaginta millia ciuium, scitiorumque circa uos eo ipso die cæsi iacent. si tot exempla uirtutis non mouent: nihil unquam mouebit. si tanta clades uobis uilem uitam non fecit: nulla faciet, et liberi, atque incoluēs desiderate patriam: immo desiderate: dum patria est: dum ciues eius estis. sero nunc desideratis, diminuit capite, ab aliena iure ciuium, serui Carthaginensium facti. pretio redimari estis eō, unde ignauia, ac nequitia abiistis? P. Sempronius

pronium ciuem uestrum non audistis, arma capere, ac se iubentem sequi: Annibalem post audistis, castra prodi, & arma tradidi iubentem. Quam ego ignauiam istorum accusetis? cum scelus possim accusare? non enim modo sequi recusarunt beneuolentem: sed obsistere, ac retinere conati sunt: nisi strictis gladijs uiri fortissimi inermis summo uisissent. Prius inquam P. Sempronio per ciuium agmen, quam per hostium fuit erumpendum. hos ciues patria desideret? quorum si ceteri similes fuissent: neminem hodie ex ijs, qui ad Cannas pugnauerunt: ciuem haberet. Ex millibus septem armatorum sexcenti exiuerunt: qui erumpere auderent: qui in patriam liberi, atque armati redirent. neque ijs quadraginta millia hostium obsistere. quam uitam iter duarum prope legionum agmini futurum censeatis fuisse? haberetis hodie uiginti millia armatorum Cannasij, fortia, fidelia P. C. Nunc autem quem admodum hi boni, fidelesque: (nam fortes ne ipsi quidem dixerint) ciues esse possint? nisi quis credere potest fuisse: qui erumpentibus quin erumperent, obsistere conati sint: aut non inuidere eos cum incoluntati, tum gloriæ illorum per uirtutem parte: cum sibi timorem, ignauiamque: seruitutis ignominiosæ causam esse sciant. Maluerunt in tentorijs latentes simul lucem, atque hostem expectare: cum silentio noctis erumpendi occasio esset. At enim ad erumpendum è castris desuit animus: ad uitanda fortiter castra animum habuerunt. Dies noctesque aliquot obsessi arma se ipsi uitati uallo sunt: tandem ultima ausi, passi que, cum omnia subsidia uitæ deessent: affectus que fame uiribus, arma iam sustinere nequirent: necessitatibus magis humanis, quam armis uicti sunt. Orto scilicet hostis ad uallum accessit. ante secundam horam nullam for-

*unam certaminis experti, tradiderunt arma, ac scipfes; Hæc uobis ipsorum per biduum militiã fuit. Cum acie stare, ac pugnare decuerit: tum in castra refugerunt: cum pro uallo pugnandum erat: castra tradiderunt, neq; in acie, neq; in castris utiles. Quos redimam? Cum eruperent castris oportet: cunctamini, ac manentis. cum manere, & castra tutari armis necesse est: & castra, & arma, & uos ipsos traditis hosti. Ego non magis istos redimendos P. C. cenfeo: quam illos dedēdos Annibali: qui per medios hostis è castris eruperunt: ac per summam uirtutem se patriæ restituerunt. Postquam Manlius dixit: quanquã patrum quoq; plerosq; captiui cognitione attingebant: præter exemplum ciuitatis minime in captiuos iam inde antiquitus indulgentis, pecuniæ quoq; summa homines mouit. quia nec ararium exhaurire, magna iam summa erogata in seruos ad militiam emendos, armandosq; nec Annibalem maxime huiusce rei, ut fama erat, egentem locupletari uolebant. Cum triste responsum non redimi captiuos redditum esset: noua q; sibi per ueterem luctus tot iactura ciuium adiectus esset: cum magnis fletibus, queribusq; legatos ad portam profecti sunt. Vnus ex ijs datum abiit: quod fallaci redim in castra iureiurando se exoluisset. Quod ubi innotuit: relatumq; ad senatum est: omnes censuerunt, comprehendum, & custodibus publice datis, deducendum ad Annibalem. Est & alia de captiuis fama. ✕ primos uenisse. de eis cum dubitatu in senatu esset: admitterentur in urbem, nec ne: ita admisso esse: ne tamen ijs senatus daretur. morantibus deinde longius omnium spe, alios tres insuper legatos uenisse, L. Scribonium, & C. Calpurnium, & L. Manlium, tum demum ab cognato Scribonij tribuno pl. de redimēti*

dis ceptiuis relatum esse: nec censuisse redimendos senatum. & nouos legatos tres ad Annibalem reuerisse: decem ueteres remansisse: quod per causam recognoscendi nomina captiuorum ad Annibalem ex itinere regressi religione sese exoluisset. de ijs dedendis magna contentione actum in senatu eē: uictosq; paucis sententijs: qui dedēdos censuerint. ceterum proximis censoribus adeo omnibus notis, ignominijsq; confectos esse: ut quidam eorum mortem sibi ipsi conscuerint: cæteri non foro solum omni deinde uita, sed propè luce ac publico caruerint. Mirari magis adeo discrepare iter authores, quam quid ueri sit, discernere queas. Quanto autem maior hæc clades superioribus cladibus fuerit: uel ea res indicio eē: quod q̄ sociorum ad eam diem firmisisterant: tum labare cœperunt: nulla profectò alia de re: quam quod desperauerant de imperio. Defecere autem ad Pœnos hi populi: Atellanici: Calatini: Hirpini: Apulorum pars: Samnites: præter Petellinos, Brutii omnes: Lucani: præter hos Surrentini: & Cræcorum omnis ferme ora: Tarentini: Metapontini: Grotonenfes: Locriq;: & Cisalpinii omnes Galli. Nec tamen hæc clades, defectionesq; sociorum mouerunt, ut paucis unquam mentio apud Romanos fieret: neq; ante consulis Romani aduentum: nec postquam is rediit: renouauitq; memoria acceptæ cladis. quo in tempore ipso adeo magno animo ciuitas fuit: ut consuli ex tanta clade, cuius ipse maxima causa fuisset: redeunt, & obuiam inueni frequenter ab omnibus ordinibus sit: & gratia acta: q̄ de repub. non desperasset. cui si Carthaginensium ductor fuisset: nihil recusandum supplicij foret.

ANNIBAL POST CANNEN  
sem pugnam, castra capta ac direpta,  
confestim ex Apulia in Samnium mo-  
uerat, accitus in Hirpinos à Statio  
pollicente se Cosfam traditurū. Cos-  
fanus erat Trebius nobilis inter suos,

(sed premebat eum Cossanorum factio) familie per gra-  
tiam Romanorum potentis. post famam Cannensis pu-  
gnæ, uulgatumq; crebris sermonibus aduentum Anni-  
balis, cum Cossam urbem excessisset: sine certamine tra-  
dita urbs Pœno: præsidiumq; acceptum est. sibi præda om-  
ni, atque impedimentis relicta, exercitum paritō, Mago-  
nem regionis eius urbes, aut deficientes ab Romanis ac-  
cipere, aut detrectantes cogere ad defectionem iubet: ipsi  
se per agrum Campanum mare inferum petit oppugna-  
urus Neapolim: ut urbem maritimam haberet. Vbi si-  
nes Neapolitanorum intrauit: Numidas partim in insu-  
dijs (& pleræq; caue sunt uix sinusq; occulta) quacunq;  
arte poterat, disposuit: alios præ se actam prædā ex agris  
ostentantis obequitare portis iussit. in quos, quia nec mul-  
ti, & incompositi uidebantur: cum turma equitum erui-  
pisset: à cedentibus consulto, tracta in insidias circumueni-  
ta est. nec euasisset quisquam: in mare propinquum, &  
haud procul litore naues piscatorie pleræq; conspecta  
peritis nandi dedissent effugium. aliquot tamen eo plio  
nobiles iuuenes capti, castiq; sunt. inter quos & Egeas  
præfectus equitum intemperantius cedentes secutus, ceu

dit. Ab urbe oppugnanda Pœnum absterruere conspecta  
mœnia, haud quaquam prompta oppugnanti. Inde, Ca-  
puam secessit iter, luxuriantem longa felicitate, atq; indul-  
gentia fortuna. maxime tamen inter corrupta omnia li-  
centia plebis sine modo libertatem exercentis, senatum &  
sibi, & plebi obnoxium Pacuuius Calanius fecerat, no-  
bilis idem ac popularis homo, ceterum malis artibus na-  
ctus opes. Is cum eo forte anno, quo res male gesta ad Tra-  
simenum est: in summo magistratu esset: iam diu infestā  
senatus plebem ratus per occasionem nouandires magnū  
ausuram facinus, ut si in ea loca Annibal cum uictore  
exercitu uenisset: trucidato senatu, traderet Capuam pœ-  
nis: improbus homo, sed non ad extremum perditus, cū  
mallet incolumi, quam euersa repub. dominari: nullam  
autem incolumem esse orbatam publico consilio crede-  
ret: rationem inijt: qua & senatum seruaret: & obnoxium  
sibi, ac plebi faceret. Vocato senatu, cum sibi defectionis  
ab Romanis consilium placitum nullo modo, nisi  
necessarium fuisset: præfatus esset: quippe qui liberos ex  
Appij Claudij filia haberet: filiamq; Romam nuptiam  
Liuio dedisset: ceterum maiorē multo rem, magisq; timē-  
dam instare. non enim p defectionē ad tollendum ex ci-  
uitate senatum plebem spectare: sed per eadem senatus ua-  
cuam temp. tradere Annibali, ac Pœnis uelle. eo se peri-  
culo posse liberare eos: si permittant sibi: & certaminum  
in rep. obliu credant. Cum omnes uicti metu permitte-  
rent: claudam in curia uos, inquit: & tanquam & ipsi  
cogitati facinoris particeps, approbando consilia, quibus  
ne quicquā aduersarer: niam salutē uestrā inueniam. in hoc  
fidem, quam uultis ipsi: accipite. Fide data egressus clau-  
di curiam iubet: præsidiumq; in uestibulo reliquit: neq;

adire curiam iniussu suo, ne' ue inde egredi possit. Tunc uocato ad concionem populo, quod sæpe, inquit, optastis Campani: ut supplicij sumendi uobis ex improbo, ac detestabili senatu potest asestet: eam nunc non per tumultum expugnantem domos singulorum, quas præsidij clientium, seruatorumq; tuentur: cum summo uestro periculo, sed tutam habeatis ac liberam. Clausos omnes in curiam accipite, solos inermes: nec quicquam aptim, aut forte temere egeritis. de singulorum capite uobis ius sententiæ dicendæ faciã: ut quas quisq; emeritus est, pœnas pendat. Sed ante omnia ita uos iræ indulgere oportet, ut potior rem ira salutem, atq; uilitatem uestrã habeatis. Etenim hos (ut opinor) odistis senatores. nam senatum omnino non habere non uultis. quippe aut rex, quod abominandum: aut, quod unum liberæ ciuitatis consilium est: senatus habendus est. Itaq; duæ res simul agenda uobis sit ut & ueterem senatum tollatis: & nouum cooptatis. Citari singulos senatores iubebo: de quorum capite uos consulam. quod de quoq; suffuerit: fiet. sed prius in eius loci uirum fortem ac strenuum noui senatorem cooptabit: quàm de noxio supplicium sumatur. Inde confedit: et nominibus in urna coniectis, citari quod primum sorte notum inen exçidit: ipsumq; è curia produci iussit. Vbi audium est nomen: malum, & improbum pro se quisq; clamar. & supplicio dignum. Tum Pacuuius. uideo que sententiã de hoc sit data: eçatur pro malo atque improbo. bonum senatorem, & iustum eligite. Primo silentiũ erat. inopia potioris subiugandi. deinde cum aliquis omiſsa uerecundia quempiam nominasset: multo maior extemplo clamor oriebatur: cum alij negarent nosse: alij nunc probra: nunc humilitatem, scridamq; inopiam, & p̄

adenda artis aut questus genus obijcerent. Hoc multo magis in secundo, ac tertio citato senatore est factum: ut ipsi uis pœnitere homines appareret: quem autem in eius subſtinerent locum: deesse. quia nec eosdem nominari attinebat, nihil aliud, quàm ad audienda probra nominatos: & multo humiliores, obſcuroresq; cæteri erant eis: qui primi memoriæ occurrebant. Ita dilabi homines: notissimum quodq; malum maxime tolerabile dicentes esse: iubentesq; senatum ex custodia dimitti. Hoc modo Pacuuius, cum obnoxium uitæ beneficio senatum multo sibi magis, quàm plebi, fecisset: sine armis iam omnibus concedentibus dominabatur. Hinc senatores omiſſa dignitatis libertatisq; memoria, plebem affari: salutare: benigne inuitare: apparatus accipere epulis: eius cas suscipere: ei semper parati adesse: secundum eam in lite iudicem dare: q; magis popularis, aptiorq; in uulgus fauori conciliando eēt. iam uero nihil in senatu actum aliter, quàm si plebis ibi esset concilium. Prona semper ciuitas in luxuriam nõ ingeniorum modo uitio, sed affluentia copia uoluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritima terrestriſq; tã uero ita obsequio principum, & licentiã plebis lasciuires: ut nec libidini, nec sumptibus modus esset. ad contemptũ legum, magistratum, senatusq; accessit tum post Canensem cladem: ut cuius aliqua erat uerecundia: Romanum quoq; imperiũ sperneret. Id modo erat in mora ne id extemplo efficerent: quod cõnubium uetustum multas familias claras ac potentes Romanis misuerat: & qd, cum militarent aliquot apud Romanos: maximum uinculum erant trecenti equites nobilissimus quisq; Campanorum, in præsidia Sicularum urbium delecti ab Romanis, ac missi. Horum parentes, cognatiq; egre perui

terunt: ut legati ad consulem Romanum mitterentur. in  
 nondum Cannasium profectum, sed Venusia cum pau-  
 cis, ac semiernibus consulem inuenerunt, quam poterant  
 maxime miserabilem bonis socijs, superbis atq; infidelibus,  
 ut erant Campani: spernendum. Et auxit rerum  
 suarum, suisq; contemptum consilij, nimis detegendo cla-  
 dem nudandoq;: nam cum Legati ægre ferre senatum, po-  
 pulumq; Campanum aduersi quicquam euenisse Ro-  
 manis, nuntiaissent: pollicerenturq; omnia, quæ ad belli  
 opus essent: Morem, inquit, magis loquendi cum socijs  
 seruastis Campani iubentes quæ opus essent ad bellum,  
 imperare: quam conuenienter ad præsentem fortune  
 nostræ statum locuti estis. quid enim nobis ad Cannas re-  
 lictum est: ut, quasi aliquid habeamus: id quod deest: re-  
 pleri ab socijs uelimus? pedites uobis imperemus? tan-  
 quam equites habeamus, pecuniam deesse dicamus? tan-  
 quam ea tantum defit, nihil, ne quod suppleremus qui-  
 dem: nobis reliquit fortuna, legiones, equitatus, arma, si-  
 gna, equi, uiriq; pecunia, comuectus, aut in acie, aut in  
 ruinis postero die amissis castris perierunt. Itaq; non in-  
 uetis nos in bello oportet Campani: sed cum Pæno bel-  
 lum pro nobis suscipiatis. Veniat in mentem: ut trepidos  
 quondam maiores uestros intra mœnia compulsos, nec  
 Samnitum modo hostem, sed etiã Sidicinum pauentes,  
 receptos in fidem apud Satticalam defenderimus: cui-  
 primum propter uos cum Samnitibus bellum per centum  
 propè annos, uariante fortuna euentum, tulerimus adij-  
 cte ad hæc: quod foedus æquum dedimus: quod leges  
 nostras, quod ad extremum, id quod ante Cannensem ter-  
 te cladem maximum fuit ciuitatem nostrã magnæ parti-  
 ti ustrum dedimus: communicauimusq; nobiscum. Itaq;

communem uos hanc cladem, quæ accepta est: credere  
 Campani oportet: communem patriam tuendam arbi-  
 trari esse. Non cum Samnite, aut Hetrusco res est: ut quã  
 à nobis ablatum sit: in Italia tamen imperium maneat.  
 Pænus hostis ne Africa quidem indigena, ab ultimis ter-  
 rarum oris, freto Oceani, Herculesq; columnis experte  
 omnis iuris, & conditionis, & linguæ propè humanae ni-  
 litem trahit. Hunc natura & moribus immitem feruq;  
 insuper dux ipse efferamit, pontibus, ac molibus ex huma-  
 norum corporum strue faciendis, & (quod proloqui  
 etiã piget) uesci humanis corporibus docendo, hos in-  
 sandis pastos epulis, quos contingere etiã nefas sit: uide-  
 re, atq; habere dominos, & ex Africa & à Carthagine  
 iura petere, & Italiam Numidarum ac Maurorum pa-  
 tri prouinciã esse, cui non, genito modo in Italia, detesta-  
 bile sit? Pulchrum erit Campani: prolapsam clade Ro-  
 manum imperium uestra fide, uestris uiribus retentum,  
 ac recuperatum esse. Triginta millia pedium, quatuor  
 equitum arbitror ex Campaniã uos scripsisse. Nam pecu-  
 niæ affatim est, frumentiq;: qui si parè fortune uestre fidẽ  
 habeatis: nec Annibal se uiciisse sentiet: nec Romani se ui-  
 ctos esse. Hac oratione consulis dimissis, redeuntibusq; do-  
 mum legati, unus ex ijs, Subius Virius, tempus uenisse,  
 ait: quo Campani non agrum solũ ab Romanis quondã  
 per iniuriã ademptum recuperare, sed imperio etiã Italiae  
 potiri possint, foedus. n. cum Annibale quibus uelint legi-  
 bus facturos, neq; controuersiam fore: quin cũ ipse confes-  
 so bello Annibal uictor in Africã hinc decedat: exercitumq;  
 de portet: Italiae imperium Campanis relinquatur.  
 Hæc Virio loquẽti assensu oēs, ita renuntiant legati:  
 nem: nisi delectum quibus uideretur nomen Romanum. Ex

templo plebes ad defectionem, ac pars maxima senatus spectare. extracta tamen auctoritatibus seniorum per paucos dies est res. postremo uicit sententia plurium: ut ijdem legati, qui ad consulem Romanum ierant: ad Annibalem mitterentur. Quò prius quàm iretur: certiq; defectionis consilium esset Romam legatos missos à Campanis, in quibusdam annalibus inuenio, postulantes: ut alter consul Campanus fieret: si rem Romanam adiuari uellent. indignatione orta summoheri à curia iussos esse: missumq; licforem: qui ex urbe educeret eos: atq; eo die manere extra fines Romanos iuberet. Quia nimis compar Latinorum quondam postulatio erat: Caeliusq; & alij id haud sine causa prætermiserant scriptores: ponere pro certo sum ueritus. Legati ad Annibalem uenerunt: pacemq; cum eo his conditionibus fecerunt. Ne quis imperator, magistratus ue Pœnorum ius ullum in ciuem Campanum haberet: ne ue ciuis Campanus inuiuis militaret: munus ue faceret. ut sua leges, sui magistratus Campanis essent. ut trecentos ex Romanis capiuos Pœnus daret Campanis: quos ipsi elegerissent: cum quibus eorum Campanorum, qui in Sicilia stipendia facerent: pmutatio fieret. Hæc pacta. Alia insuper, quàm quæ patita erant, facinora Campani ediderunt. nam præfector socium, ciuesq; Romanos alios partim aliquo militia munere occupatos, partim priuatis negotijs implicatos, plebes repente omnis comprehensos, uelut custodiae causa balneis includi iussit: ubi feruore, atq; aestu anima interclusa sædum in modum expirarent. Ea ne fierent: ne legati mitterentur ad Pœnũ, summa ope Decius Magius, uir, cui ad summam auctoritatem nihil, præter sanam ciuicum mentem, desuit: resistit. ut uero præsidium militi

ab Annibale

ab Annibale audiuit: Pyrrhi superbam dominationem, miserabilemq; Tarentinorum seruitutem exemplo referens, primo ne recipereur præsidium, palam uociferatus est: deinde ut recaptum aut eijceretur: aut, si malum facinus, quod à uetustissimis socijs, consanguineisq; defecissent: fori ac memorabili facinore purgare uellent: ut interfecto Punico præsidio restituerent se Romanis. Hæc (neq; enim occulte agebantur) cum relata Annibales sent: primo misit, qui uocarent Magium ad se in castra. deinde cum is ferociter negasset se iurum: (nec enim Annibali ius esse in ciuem Campanum) concitatus ira Pœnus comprehendi hominem: uictumq; attrahi ad se iussit. uerius deinde nequid inter uim tumultus, atq; ex concitatione animorum inconsulti certaminis oriretur: ipse præmissis nuntio ad Marium Blossum prætorem Campanum, postero die se Capuæ futurum, proficiuntur è castris cum modico præsidio. Marius concione aduocata edicit: ut frequentes cum coniugibus, ac liberis obuiam irent Annibali. Ab uniuersis id non obedienter modo, sed enixe, fauore etiam uulgi, & studio uisendi tot iam uictorijs clarum imperatorem, factum est. Decius Magius nec obuiam egressus est: nec, quo timorem aliquem ex conscientia significare posset: priuatim se tenuit. in foro cum filio, clientibusq; paucis ociose ambulauit: trepidante tota ciuitate ad excipiendum Pœnum, uisendumq;. Annibal ingressus urbem senatum extemplo postulat precantibusq; inde primoribus Campanorum, nequid. eo die fere gereret: diemq; ut ipse aduentu suo festum lætus, ac libens celebraret: quanquam præceptum in genio iram erat: tamen nequid in principio negaret: uisendo urbem magnam diei partem consumpsit. Diuersatus est apud

Tit. L.

k k

Munior Celebes, Stenium, Pacuuiumq; , inclutos nobilitate ac diuitijs. Eo Pacuuius Calauius, de quo ante dictū est: princeps factionis eius, quæ attraxerat rem ad Pœnos: filium iuuenem adduxit: abstractumq; ab se à Decij ait latere: cum quo ferocissime pro Romana societate aduersus Punicum fœdus steterat: nec eum aut inclinata in partem alteram ciuitas, aut patria maiestas sententia depulerat. Huic tum pater iuueni Annibalem deprecando magis, q̄ purgando placauit. uictusq; patris precibus lachrymisq; , etiam ad cœnam eum cum patre uocari iussit: cui conuiuio neminem Campanum præterq̄ hospites, in bellumq; Tauræam insignem bello uirum, adhibentur erat. Cœperunt epulari de die: et conuiuium non ex more Punico, aut militari disciplina esse: sed ut in ciuitate, atq; etiam domo diu ad uarias omnium uoluptatum illecebras instructum, Vnus nec dominorū inuitatione, nec ipsius interdū annibalæ, Calauij filius perolla uincū potuit: ipsiq; ualitudinē excusans patri, animi quoq; eius mirabilem interurbationem cum quæreret: ante se lis feruē occasum patrem Calauium ex conuiuio egressum seuutus filius, ubi in secretum (hortus erat posticis a diu paribus) peruenerunt: consiliū, inquit, affero pater: quo nō ueniam solum peccati, quo deficiamus ad Annibalem: impetrare ab Romanis: sed in multo maiore dignitate, et gratia sinus Campani, q̄ unq̄ fauimus. Cum mirabundus pater quidnam id esset consiliū quæreret: to gū reiecta ab humero, laeuis succinctum gladio nudat. Iā ego, inquit, sanguine Annibalæ sancā Romanū fœdus, te id prius scire uolui: si forte adesse, dū facinus patraur: malles. Quæ ubi uidit audiuitq; senex: uelut si iam agendis, quæ audiebat interesset: cum meum Per ego te, inquit, sili quæ

tunq; intra liberos iungunt parentibus, precor: quæsoq; : ne ante oculos patris facere, & pati omnia infanda uelis. pauca horæ sunt: intra quas iurantes per quicquid deorum est, dextras dextræ iungentes fidem obstrinximus ut sacra de mensis essemus, digressi à colloquio ex templo in eum armanur? surq; ut ab hospitali mensa: ad quam tertius Campanorum adhibitus es ab Annibalæ: eam ipsam mensam cruentare uis hospitibus sanguine? Annibalem pater filio meo ponam placare: filium Annibalæ non possum? Sed si nihil sancti, non fides, non religio, non pietas: audiannur infanda: si non pernicious nobis cum scelere afferunt. Vnus aggressurus es Annibalæ. quid illa turba tot liberorum, seruorumq; : quid in unum intenti omnium oculi? quid tot dextræ? torpescant ne in amentia illa? uultum ipsius Annibalæ, quem armati exercitus tremunt: quem horret populus Romanus: tu sustinebis? & si alia auxilia desunt: me ipsum ferire, corpus meum opponentem pro corpore Annibalæ sustinebis? atqui per meum peccus petendus ille tibi, transfigendusq; est. Sed hic deterreri sine te potius: quàm illic uinci. ualeant preces apud te mee: sicut pro te hodie ualuerunt. Lachrymantem inde iuuenem conternens, medium complectitur: atq; osculo hærens non ante præcibus abstinit: quàm peruicit ut gladium poneret: fidemq; daret, nihil facturum tale. Tum iuuenis, ego quidem, inquit, quam patriæ debeo pietatem, exoluam patri. tuam doleo uicem: cui ter prodita patriæ sustinendum est crimē: semel: cum defectionem iniisti ab Romanis: iterum: cum pacis cum Annibalæ fuisti author: tertio hodie: cum restituenda Romanis Capuæ mora, atq; impedimentum tu es. O patria, ferrum, quo pro te armatus hanc arcem de-

sendere uolebam, hosti minime parcens: quando parens extorquet: recipe. Hæc cum dixisset: gladiū in publicam trans maceriam horti abiecit: & quo minus res susperita esset: seipse conuincio reddidit. Postero die senatus freuens datus Annibali: ubi prima eius oratio perblanda, ac benigna fuit: qua gratias egit Campanis: quod amicitiam suam Romanæ sc̄cietaſi præposuissent. & inter cætera magnifica promissa pollicitus: breui caput Italia omni Capuam fore: iurāq; inde cum cæteris populis Romanum etiā petiturum. Vnum esse exortem Punica amicitia, fœderisq; sc̄cum facti: quens neq; esse Campanum: neq; dici debere: Magium Decium eum postulare, ut sibi dedatur: ac se præſente de eo referatur: senatusq; consilium fiat. Omnes in eam sententiā ierunt: q̄q; magne parti, & uir indignus ea calamitate, & haud paruo iniūto minui uidebatur ius libertatis. egressus curia in templo magistratus confedit: comprehendiq; Decium Magium, atq; ante pedes desinitum causam dicere iussit. Qui cum manente ferocia animi ne garet lege fœderis id cogi posse: tum iniecta catena: duciq; ante lictorem in castra est iussus. Quoad capite aperto est ductus: concionabundus iussit ad circumfusam undiq; nullū uindictam uolensiferans. Habens libertatem Campani, quam petiſtis. ſuoro medio, luce clara, uidentibus uobis, nulli Campanorum secundus, uinctus ad mortem rapior. quid uolētis Capua capta fieret: ite obuiam Annibali: exornate urbē: diemq; aduentus eius consecrate: ut hunc triumphum de ciue uestro spectetis. Hæc eo uociferante cum moueri uulgus uideretur: obuoluntum caput est: ociusq; rapi extra portam iussus. Ita in castra perducitur: ex temploq; impoſitus in nauem: & Carthaginem missus: ne motu aliquo

Capua ex indignitate rei orto, senatum quoq; pœnterere dediti principis: & legatione missa ad repetendum eū, ne, aut negando rem, quam primum peterent: offendenti sibi noui socij, aut tribuendo, habendus Capua esset ſeditiōnis ac turbarum auctor. Nauem Cyrenas deuilit tempeſtas: qua tum in diſione regum erat. ibi cum Magius ad ſtatuam Ptolemæ regis conſugiſſet: deportatus à custodibus Alexandriam ad Ptolemæum, dum eum docuiſſet, contra ius fœderis uinctum se ab Annibale esse: uinculis liberatur: permiſſumq; ut rediret, seu Romam, seu Capuam mallet. Nec Magius Capuam sibi tantam dicere: & Romam eo tempore, quo inter Romanos, Campanosq; bellum ſit: transiſſe magis, quàm hoſpitis fore domicilium. niſquam malle, quàm in regno eius uiuere: quem uindictam, atq; auctorem habeat libertatis. Dum hæc geruntur: Q. Fabius Picſtor legatus à Delphis Romam rediit: reſpoſumq; ex ſcripto recitauit. diui quoq; in eo erant: quibus, quoq; modo ſupplicaretur. Tum ſi ita faxit ſi Romanis: ueſtra res meliores, ſaſcilioresq; erunt, magisq; ex ſententia Reſpub. ueſtra uobis procedet: uictoriaq; duelli populi Romani erit. Pythio Apollini Reſpub. ueſtra bene geſta, ſeruataq;, lucris meritis donum mititote: deq; præda, manubijs, ſpolijsq; honorem habetote laſciniā à uobis prohibitorie. Hæc ubi ex græco carmine interpretata recitauit, tum dixit: ſe oraculo egreſſum extēplo his omnibus diuis rem diuinā thure, ac uino feciſſe: iuſſumq; ab antiſtite, ſicut coronatus laurea corona & oraculum a diſſet: & rem diuinam faciſſet: ita coronatum nauem aſcendere: nec ante deponere eam: quàm Romam perueniſſet. Se quæcumq; imperata ſint, cum ſumma religione ac diligentiā executum, coro-



nam Romæ in ara Apollinis deposuisse. Senatus decrevit: ut eæ res diuinæ supplicationesq; primo quoq; tempore cum cura fierent. Dum hæc Romæ, atq; in Italia geruntur: nuntius uictoriæ ad Cannas Carthaginem uenerat. Mago Amilcaris filius, non ex ipsa acie à fratre missus, sed retentus aliquot dies in recipiendis ciuitatibus Brutorum, quæq; deficiebant. Is, cum ei senatus datus esset: res gestas in Italia à fratre exponit. Cum sex imperatoribus eum, quorum quatuor consules, duo, dictator ac ac magister equitum, fuerint: cum sex consularibus exercitibus acie conflixisse, occidisse supra ducenta millia hostium: supra L. millia cepisse. ex quatuor consulibus duos occidisse, ex duobus saucium alterum, alterum toto amisso exercitu uix cum L. hominibus effugisse. magistrum equitum, qui consularis potestatis sit: fuissem, fugatumq; dictatorem, quia se in aciem nunquam commiserit: unicum haberi imperatorem. Brutios, Apulosq; partem Samnitum, ac Lucanorum, defecisse ad Pœnos. Capuam, quod caput non Campaniæ modo, sed post afflictam rem Romanam Cannensi pugna, Italia sit: Annibali se tradidisse. Pro his tantis, totq; uictorijs sacrum dijs immortalibus agi, haberiq;. Ad fidem deinde tam latarum rerum fundi in uestrubulo curiæ iussit annulos aureos, qui tantus aceruus fuit: ut uentibus dimidium super tres modios expleffe, sint quidam auctores. Fama tenuit, quæ propior uero est: haud plus fuisse modio. Adiecit deinde uerbis: quo maioris cladis indicium esset: neminem nisi egyptem atq; ipsorum primores id gerere in signe. Summa fuit orationis: quo propius spes belli perficiendi sit: eo magis omni ope iuuandum Annibalem esse. procul enim ab domo militiam esse in media hostium terra: magnâ uim

frumenti, pecuniæq; absunni: & tot actis ut hostium exercitus deleffer: ita uictoris etiam copias parte aliqua minuisse. mittendum igitur supplementum esse: mittendam uisupedium pecuniam, frumentumq; tam benemeritis de nomine Punico militibus. Secundum hæc dicta Magonis lætis omnibus, Himilco uir factionis Barcbine loci: Hannonis increpandi esse raui, quid est Hanno? inquit: etiã nunc pœnitet belli suscepti aduersus Romanos? iube dedis Annibalem: ueta in tam prosperis rebus grates deus immortalibus agi. audiamus Romanum feratorem in Carthaginensium curia. Tum Hanno. Tacuiffem hodie patres conscripti: nequid in communi omnium gaudio, minus lætum quod esset uobis, loquerer. nunc interrogaui feratori, pœniteat ne me adhuc suscepti aduersus Romanos, belli? si reuiccam: aut superbus, aut obnoxius uidear. quorum alterum est hominis alienæ libertatis oblitus: alterum suæ. Respondeam, inquit, Himilconi: non desisse pœnitere me belli: neq; desitrum ante inuictum uestrum imperatorem incusare: q̄ finitum aliqua tolerabili conditione bellum uidero. nec mihi pacis antiquæ desiderium ulla alia res, quam pax noua finiet. Itaq; ista, quæ modo Mago iactauit: Himilconi, ceterisq; Annibalis stellitibus iam lata sunt. mihi possunt lata esse: quia res bello bene gesta, si uolumus fortuna uti: pacem nobis equiorem dabunt. nã si p̄termittimus hoc tempus: quo magis dare, q̄ accipere possimus uideri pacem: uereor ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis: ac uana euadat. quæ tñ nunc quoq; qualis est? Occidi exercitus hostium: mitte milites mihi. quid aliud rogaes: si esses uictus? Hostium cepi bina castra: prædæ uidelicet plena, & commeanim. frumentum, & pecuniam date. quid aliud inquam, si spoliatus: si exu-

*tus castris eē: peteres? Et ne omnia ipse mirer: (mibi quod  
 q; enim, quoniam respondi Himilconi: interrogare ius  
 fasq; est) uelim seu Himilco, seu Mago respondeat: cum  
 ad internationem Romani imperij pugnatum ad Cani  
 nas sit: confletq; in defectione totam Italiam esse: primū  
 ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos? deinde  
 ecquis homo ex V & XXX tribubus ad Annibalē  
 transfugerit? Cum utrumq; Mago negasset: hostium qui  
 dem ergo, inquit, adhuc multum superest. Sed nullū  
 do ea quid animorum, quid ne spei habeat. Sed nullū  
 Cum id nescire se Mago diceret: nihil facilius scitu est, in  
 quit. Ecquos legatos ad Annibalem Romani miserūt de  
 pace? equam deniq; mentionem pacis Romæ factam es  
 se, allatum ad uos est? Cum id quoq; negasset: bellum igitur  
 inquit, tam integrum habemus: quā habuimus qua  
 die Annibal in Italiam est ingressus. Quā uaria uictoria  
 priore Punico bello fuerit: pleriq; qui meminimus,  
 supersemus. nunquam terra, mariq; magis prospera res  
 nostra uisa sunt: quā ante consules C. Luctatium, & A.  
 Posthumium fuerunt. Luctatio, & Posthumio consulis  
 bus, deuicti ad Ægatis insulas sumus. Quod si (id quod  
 dii omen auertant) nunc quoq; fortuna aliquid uariauerit:  
 tum pacem speratis, cum uincimur: quā nunc, cum  
 uincimus, dat nemo? Ego si quis de pace consulat, seu de  
 ferenda, hostibus seu accipienda: habeo quid sententiæ dir  
 cam. Si de ijs, quæ Mago postulat: refertis: nihil uictoria  
 bus miti atinere puto: & frustrantibus nos falsa atque  
 inani uictoria multo minus censeo mittenda esse. Haud  
 multos mouit Hannonis oratio. nam & simulat cum fa  
 milia Barchina leuiorem authorem faciebat: & occupa  
 ti animi presentī lætitiā nihil, quo uanius fieret, gaudium*

*suum: auribus admittēbant: debellauimq; mox fore, si  
 adniti paululum uoluissent: rebantur. Itaq; ingenti cons  
 sensu sit senatus consultum: ut Annibali XL Numidarū  
 millia in supplementum mitterentur: & XL elephā  
 ti: & argenti multa talenta. Dictatorq; cum Magone in  
 Hispaniam præmissus est ad conducenda XX millia  
 pedum, quatuor equitum: quibus exercitus, qui in Ita  
 lia, quiq; in Hispania erant: supplementur. Caterum hæc  
 ut in secundis rebus, segniter otioq; gesta. Romanos p  
 ter instam industriam animis, fortuna etiam cunctari  
 prohibebat. nam nec consul ulli rei, quæ per eum agenda  
 esset: deerat: & dictator M. Iunius rebus diuinis perfe  
 ctis, latoq; ut solet ad populū, ut equum ascendere li  
 ceret: præter duas urbanas legiones, quæ principio anni  
 à consulibus conscriptæ fuerant: & seruorum delectum  
 cohortesq; ex agro Piceno & Gallico collectas, ad ultis  
 mum propè desperata reipub. auxilium, cum honesto  
 utilibus cedunt: descendit equo: dixitq;: qui capitalē fra  
 dem ausi, quiq; pecunia iudicati in uinculis essent: q  
 eorum apud se milites fierent: eos noxa, pecuniaq; se exolui  
 iussurum. Ea sex millia hominum Gallicis spolijs, quæ  
 triumpho C. Flamini translata erant: armauit. itaq; cū  
 XXV millibus armatorum ab urbe proficiscitur. Anni  
 bal Capuarecepta, cum iterum Neapolitanorū animos  
 partim spe, partim metu nequicquam tentasset: in agrū  
 Nolanum exercitum traducit: & ut non hostiler statim  
 quia non desperabat uoluntariam deditionem: ita si  
 morarentur spem: nihil eorum, quæ pati, aut timere  
 possent: ptermisurus. Senatus, ac maxime primores eius  
 in societate Romana cum fide perflare. plebs nouarū (ut  
 solet) rerum quida, atque Annibalis tota esse: metumq;*

agrorum populatiōnis, & patiēda in obsidione multa  
grauia, indignaq; proponere animo, neq; authores defe  
ctiōnis deerant. Itaq; ubi senatum mens cepit, si palam  
contra tenderent: resissi multitudinis concitātē non posse:  
clām simulando dilatiōem mali inueniunt: placere enim  
sibi defectionem ad Annibalem simulant: quibus autem  
conditionibus in fœdus, amicitiamq; nouam transeant,  
parum constare. Ita spatio sumpto, legatos propere ad p  
torem Romanum Marcellum Claudium, qui Cannu  
sij cum exercitu erat: mittunt: docentq;, quanto in discrimi  
ne sit Nolana res. agrum Annibalis esse: & Pœnorū  
urbem extemplo futuram: nisi subueniatur. concedēdo ple  
bi senatum, ubi uelint, defecturos se, ne deficere præfessina  
rent, effecisse. Marcellus collaudatis Nolanis, eadem simu  
latione extraherem in forum aduentū iussit: interim Cai  
lari quæ secum acta essent: spemq; oēm auxiliij Romani.  
ipse à Cannusio Calatiā petit: atq; inde Vulturno omne  
traiecto, perq; agrū Satriculanū, Trebianumq; sup Sus  
sulā per montes Nolā puenit. Sub aduentū prætoris Ro  
mani Pœnus agro Nolano excessit: et ad mare proxime  
Neapolim descendit, cupidus marini oppidi potuūdi:  
quo cursus nauibus tuus ex Africa esset. Ceterū postquā  
Neapolim à p̄fesso Romano teneri accepit: (M. Iulius  
Syllanus erat ab ipsis Neapolitanis accitus) Neapoli qua  
q; sicut Nola, ommissa, petit Nuceriam. Eam cum ali  
quādiu circūfessisset: saepe nisi saepe sollicitandis nequicquā  
nunc plebe, nunc principibus, saepe denum in deditiō  
nem accepit, pactus: ut inermes cū singulis abirent nesi  
mentis. deinde, ut q̄ à principio mitis omnibus Italicis,  
præter Romanos, uideri uellet: p̄mia atq; honores ips, qui  
remanissent: ac militare uellent secum proposuit. Nec ea

spes quēquā tenuit. dilapsi omnes quocunq; hospitiā, aut  
forauis animi impetus tulit, per Campaniæ urbes, ma  
xime Nolam, Neapolimq;. Cum ferme triginta senato  
res, ac forte primus quisq; Capuam perissent: exclusi in  
de, quod portas Annibali clausissent: Cumas se conuile  
runt. Nuceriæ præda militi data est: urbs direpta, atq; in  
censa. Nolam Marcellus non sui magis fiducia præsidij,  
q̄ uoluntate principum habebat. Pl. b̄s timebatur: et ante  
omnes L. Bantius: quem consensu attentatā defectionis,  
ac metus à prætorē Romano nunc ad proditionē patriæ,  
nunc si ea die fortuna defuisset: ad transfugēdum sumus  
labat. Erat iuuenis acer, & sciorum ea tempestate nobi  
lissimus eques. Seminecem eum ad Cannas in aceruo cæ  
forum corporum inuentum, curatumq; benigne ēt cum  
donis Annibal domum remiserat, ob eius gratiam uerū  
tū rem Nolanam in ius, ditionemq; dare uoluerat Pœno.  
anxiūmq; eum, & sollicitū cura nouandi res prætor cer  
nebat. ceterum cum aut pœna cohibendus esset: aut bene  
ficiō cōciliandus: sibi assumpsisset, quā hosti ademisse for  
tem ac strenuum maluit scicūm. accitusq; ad se benigne  
appellat. Multos eū inuidos inter populares habere, in  
de existimari facile esse: quod nemo ciuis Nolanus sibi in  
dicauerit quā multa eius egregia facinora militaria es  
sent. sed q̄ in Romanis militauerit castris: nō posse obscu  
rum eius uirtutem esse. multos sibi, qui cum eo stipendia fe  
cerint: referre qui uir esset ille: quæq;, & quoties pericula  
pro salute ac dignitate populi Romani adisset: uti Can  
nensi p̄tio non prius pugna absterit: quā propē ex an  
guis ruina super incidentium uirorum, equorum, armo  
rumq; sit oppressus. Itaq; mactē uirtute esto: inquit. apud  
me tibi omnis honos, atq; omne p̄rium erit: & quo fre

quentior mecum fueris: senties eam rem tibi dignitati, atque emolumento esse. Latoque iuueni promissis equum exitum ex dono dat, bigatosque quingentos quastorem numerare iubet. licitoribus imperat: ut eum se adire, quoties uelit, patiantur. Hac comitate Marcelli ferocis iuuenis animus adeo est mollis: ut nemo inde sociorum rem Romanam fortius, ac fidelius iuuerit. Cum Annibal ad portas esset: (Nolani enim rursus à Nuceria mouerat castra) plebesque; Nolana de integro ad defectionem spectaret: Marcellus sub aduentum hostium intra muros se recepit: non castris metuens: sed ne prodendæ urbis occasionem nimis multis in eam imminuentibus daret. Instrui deinde utrinque acies ceptæ: Romanorum pro manibus Nola: Pœnorum ante castra sua. prælia hinc parua inter urbem castraque, & uario euentu fiebant: quia duces nec prohibere paucos tenere rogantes, nec dare signum uniuersæ pugnae uolebant. in hac comitatoria iam duorum exercituum statione, principes Nolanorum nuntiāt Marcello: nocturna colloquia inter plebem, ac Pœnos fieri: statutumque esse: ut cum Romana acies egressa portis iret: impedimenta eorum, ac sarcinas diriperent: clauderent deinde portas: murosque occuparent: ut potentes rerum suarum atque urbis, Pœnum inde pro Romano acciperent. Hæc ubi nuntiata sunt Marcello: collaudans senatibus Nolanis, prius quam aliquis motus in muris oriretur: fortunam pugnae experiri statuit. Ad tres portas in hostes uersas tripartito exercitum instruxit. impedimenta subsequi iussit: calones, lixasque, & inualidos milites uallibus ferre. media porta roborata legionum, & Romanos eques, duabus circa portis novos milites, leuemque armaturam, ac sociorum equites statuit. Nolanos muros, portasque adire

uentum: subsidiaque; destinata impedimentis data: ne occupatis prælio legionibus in ea impetus fieret. ita instructi intra portas stabant. Annibal sub signis (id quod per alios quot dies fecerat) ad multum diei in acie stanti primo miraculo esse: quod nec exercitus Romanus porta egredere tur: nec armatus quisquam in muris esset. ratus deinde pro dita colloquia esse, metuque; residens factus, partem militum in castra remittit, iussos prope apparatus omnem oppugnandæ urbis in primam aciem afferre: satis fidens, si cunctantibus instaret: tumultum aliquem in urbe plebem moueram. Moxque; dum in sua quisque; ministeria discursu properat ad prima signa: succeditque; ad muros acies: parte facta repente porta, Marcellus signa canere, clamoreque; tolli, ac pedes primum, deinde equites quanto maximo possent impetu, in hostem erumpere iubet. Satis terroris, tumultusque; in aciem mediam intulerant: cum duabus circa portis P. Valerius Flaccus: et C. Aurelius legati in cornua hostium erupere. Addidere clamorem lixæ, calonesque; & alia turba custodia impedimentorum apposta: ut paucitatem maxime spernentibus Pœnis ingentis repente exercitus speciem fecerint. Vix equidem ausum affirmare, quod quidam auctores sunt: duo millia, & CCC hostium cæses: non plus uno Romanos amisisse. Siue tanta, siue minor uictoria fuit: ingens eo die res, ac nescio an maxima illo bello gesta sit. non uincenim ab Annibale uincenibus difficilius fuit: quam postea uincere. Annibal spe potiundæ Nola adempta, cum Acheras recessisset: Marcellus extemplo clausis portis, custodibusque; dispositis, ne quis egredere tur: questionem in foro de his, qui clam in colloquijs hostium fuerant: habuit. supra LXX damnatos proditiōis securi percussit: bonaque;

eorum iussit publica esse. & summa rerum senatu tradita, cum exercitu omni profectus supra Sueffulam castris positis confedit. Pœnus Acerras primum ad uoluntariã deditionem conatus perlicere, posteaquam obstinatos uident obsidere inde, atq; oppugnare parat. Cæterum Acerranis plus animi, quàm uirum erat. itaq; desperata tutela urbis ut circumuallari mœnia uiderunt: priuam quàm continuarentur hostium opera: per intermissa munimenta, ne glonasq; custodias silentio noctis dilapsi, per uias. inuiasq; quã quenq; aut consilium, aut terror tulit: in urbes Campania, quas satis certum erat non mutasse fidem: perfrugerunt. Annibal Acerris direptis atq; incensus, cum à Casilino dictatorem Romanum legionesq; nuntij acciri nuntiasent: ne quis tam propinquis hostium castris Capuam quoq; recurrat: exercitum ad Casilinum ducit. Casilinum eo tempore quin genti Prænensini habebant cum paucis Romanis, Latiniq; nominis: quos eodem audita Cannensis clades conuulerat. Hi non confecto Præneste ad diem delectu, serius profecti domo cum Casilinum ante aduersæ pugnae famam uenissent: & alij aggregarent sese Romanis, socijsq; profecti à Casilino cum satis magno agmine irent auerit eos retro Casilinum nuntius Cænensis pugnae. ibi cum dies aliquot suspecti Campanis, timentesq; cauendis ac struendis: inuicem insidijs traduxissent: utq; de Capuæ defectio ne agi, accipiq; Annibalem satis pro certo habere: interfectis nocte oppidanis, partem urbis, quæ citra Vulturnum est: (eo enim diuiditur anni) occupare. idq; praesidium Casilini habebant Romani. Additur & Persuina cohors, homines CCCC & LX, eodem numero, quo Prænensini paucos ante dies, Casilinum compulsi

si. & satis ferme armatorum ad tam exigua mœnia, & stumine altera parte cincta, tuenda erat. penuria fruendi, nimium etiam ut uideretur hominum, efficiebat. Annibal cum iam inde hamd procul esset: Getulos cum praefecto nomine Isalca pramittit. ac primo, si fiat colloquij copia: uerbis benignis ad portas aperiendas, praesidiumq; accipiendum perlicere iubet. sin in pertinacia persistere: gerere: ac tentare si qua parte inuadere urbem possit. Vbi ad mœnia accessere: quia silentium erat: solitudo uisa: metuq; concessum barbarus raui, moliri portas, et seras clamstraq; effringere parat. cum patefactis repente portis cohortes duæ ad id ipsum instructæ itus, i genti cum tumultu erumpunt: stragemq; hostium faciunt. Ita primis repulsis, Maharbal cum maiore robore uiroꝝ missus, nec ipse eruptione cohortium sustinuit. Postremo Annibal castris ante ipsa mœnia oppositis, paruam urbem, parumq; praesidium summa ui, atq; oibus copijs oppugnare parat. ac dum instat: lacessitq; corona undiq; circumdatis mœnibus aliquot milites, & promptissimum quenq; è nuro turribusq; ictos amisit. Semel ultro erupentis agmine elephantorum opposito propè iter clusit: trepidosq; cõpulis in urbe: satis multis, ut ex tanta paucitate, interfectis. plures cecidissent: minox praelio interuenisset. Postero die oium animi ad oppugnandum accenduntur. utiq; postq; corona aurea murallis proposita est: atq; ipse dux castelli plano loco positi sergne oppugnatione Sagunt expugnantoribus exprobrabat Cannarum, Trasimeniq;, et Trebia singulos admonens, uniuersisq; ide uinea quoq; cepta agi cuniculij: nec ad uarios conatus hostium aut uis ulla, aut ars deerat. Socij Romanorum propugnacula aduersus uineas statuere: trasuersis cuniculis hostium cuniculos excipere: & palam, & clam

ceptis obuiam ire: donec pudor etiam Annibalem ab incepto auerit castrisque communitis, ac praesidio modico impposito, ne omnia res uideretur: in hyberna Capua concessit. ibi partem maiorem hyemis exercitum in telis habuit, aduersus omnia humana mala saepe ac diu durum, bonis iexpertum atque insuetum. Itaque quos nulla mali uicerat uis: perdidere nimia bona, ac uoluptates imadice: et eo impensius: quo auidius ex insolentia in eas imerserant. somnus enim, et uinum, et epula, et scortata, balneaque, et otium consuetudine in dies blandius, ita enervauerunt corpora, animosque: ut magis deinde peritæ uictoriae eos, quam praesentes tutarentur uires: maiusque id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur: quam quod non ex Cannensi acie protinus ad urbem Romam duxisset. illa enim cunctatio distulisse modo uictoriam uideri ponit: hic error uires admississe ad uincendum. Itaque Hercule, uelut si cum alio exeritum a Capua exiret: nihil usquam praesentis disciplinae tenuit. nam et redierunt plerique scortis implicati: et ubi primum sub pellibus haberi coepit sunt: uiaque, et alius militaris labor excepit: tyronum modo corporibus, animisque deficiebant: et deinde per omne aestiuorum tempus magna pars sine commutationibus ab signis dilabebatur: neque alia latebra, quam Capuae desertoribus erant. Ceterum mutescente iam hyeme ducto ex hybernis milite, Casilinum redit. ubi quamquam ab oppugnatione cessatum erat: obsidio tamen continuata oppidanos, praesidiumque ad ultimum iopia adduxerat. Castris Romanis T. Sepsinius praerat: dictatore auspicioque repetendoque ca profecto Romam. Marcellum et ipsum cupientem ferre auxilium obsessis, Vulturnus amnis inflatus aquis, et preces Nola

notum,

notum, atque Aeternorum tenebant, Campanos timendum: si praesidium Romanum abcessisset. Gracchus aspidens tantum Casilino, quia praedictum erat dictatoris: ne quid absente eo rei gereret: nihil mouebat: quamquam quae facile omnem patientiam uincerent, nuntiabantur a Casilino. nam et praecipitasse se quosdam non tolerantes famem, constabat: et stare inermes in muris, nuda corpora ad missilium telorum ictus praebentes. Ea egre patiens Gracchus, cum neque pugnam conferere dictatoris iniussu auderet: pugnandum autem esse, si palam frumentum importaret: uidebat: neque clara importandi spes esset: farre ex agris circa undique conuolto cum complura dolia compleisset: nuntium ad magistratum Casilinum misit: ut excerperent dolia, quae amnis deferret. Insequenti nocte intentis omnibus in flumen, ac spem ab nuntio Romano factam, dolia medio missa amni defluerunt. et qualiter inter omnes frumentum diuisum. id postero quoque die, ac tertio factum est nocte et mittebantur: et perueniebant. eo custodias hostium fallebant. Imbris deinde de continuis citatior solito amnis transuerso uertice dolia impulit ad ripam: quam hostes seruabant. ibi haerentia inter obnata ripis salicta conspiciuntur. nuntiatumque Annibali est: et deinde intentione custodia cautum: ne quid falleret Vulturno ad urbem missum. Nuces inde fuscæ ab Romanis castris cum medio amni ad Casilinum defluerent: crateribus excipiebantur. Postremo ad id uentum inopia est: ut lora, detrahasque, scutis pelles, ubi feruida mollescent aqua: mandare conarentur: nec muribus, alio uel animali abstinerent: et omne herbarum, radicumque genus aggeribus infinis muri eruerent. et cum hostes obstrassent quicquid herbiti terreni extra murum erat: rapor

Tit. L.

II

rum semen iniecerunt: ut Annibal eo ne usq; , dumta-  
 nascantur, ad Casilinum sessurus sum? exclamaret. Qui  
 nullam ante pacionem auribus admiserat: tum demum  
 ag; secum est passus de redemptione liberorum capium.  
 Septunces auri in singulos pretium conuenit. fide acca-  
 pta, sese tradiderunt. donec omne aurum persolutum est:  
 in uinculis habitū. tum remissi. *Cumas* cum fide. id ue-  
 rius est: quam ab equite in abeuntis immisso interse-  
 ctos. Prænestini maxima pars fuere. ex quingentis se-  
 ptuaginta, qui in præsidio fuerunt: minus dimidium fer-  
 rum, famesq; absumpsit. ceteri incolumes Præneste cum  
 prætoris suo Maniō (scriba is ante fuerat) redierunt.  
 Statua eius fuit Præneste in foro statua, loricate, ami-  
 cta toga, uelato capite: & tria signa cum titulo lamina-  
 enæ inscripto: Maniūm pro militibus, qui Casilini in  
 præsidio fuerint: uocum uouisse. Idem titulus tribus su-  
 gnis in æde Fortuna positus fuit subiectus. Casilinum op-  
 pidum reddidit Campanis est, firmatum septingento-  
 rum militum de exercitū Annibalis præsidio: ne, ubi Pa-  
 nus inde abcessisset: Romani oppugnarent. Prænestinū  
 militibus senatus Romanus duplex stipendium, &  
 quinquenniū militiæ uacationem decreuit. ciuitate cum  
 donarentur ob uirtutem: non nutauerunt. Perusinorum  
 casus obscurior fama est: quia nec ipsorum monumento  
 ullo est illustratus: nec decreto Romanorum. Eodem tem-  
 pore Petellinos, qui uni ex Brutijs manserant in amicitia  
 Romana: non Carthaginenses modo, qui regionem ob-  
 tinebant: sed Brutij quoq; ceteri ob separata ab se consi-  
 lia oppugnabant. quibus cum obistere malis nequirent  
 Petellini: legatos Romam ad præsidium petendum mis-  
 runt. Quorum preces, lachrymaq; (in questus enim

flexibiles, cum sibi metipsi consulere iussi sunt: sese in uesti-  
 bulo curiæ profuderunt) in gentem misericordiam patri-  
 bus, ac populo mouerunt. consultiq; iterum a M. Ænlio  
 prætoris patres, circumspectis omnibus imperij uiribus fa-  
 teri coacti, nihil iam longinquis socijs in se præsidij esse,  
 redire domum, fideq; ad ultimū expleta, consulere sibi  
 metipsos in præsentī fortuna iusserunt. Hæc postea aquam  
 renuntiata legatio Petellinis est: tantus repente moror,  
 pauorq; senatum eorum cepit: ut pars profugiendi qua-  
 quisq; possēt: ac deserenda urbis auctores essent: pars,  
 quando deserti a ueteribus socijs essent: adiungendi se cæ-  
 teris Brutijs: ac per eos dedēdi Annibali. Viāt tamen ea  
 pars: quæ nihil rapitū, nec temere agendum, consulens  
 diuinq; de integro censuit. Re laxata postero die per mi-  
 norem trepidationem reuenerunt optimates: ut conue-  
 ctis omnibus ex agris, urbem ac muros firmarent. Per  
 idem ferè tempus litteræ ex Sicilia, sardiniaq; Romam  
 allatæ. Priores ex Sicilia Octacilij propratoris in senatu  
 recitatæ sunt. L. Furium prætoris cum classe ex Africa  
 Lilybæum uenisse. ipsum grauius saucium in discrimi-  
 ne ultimo uitæ esse. militiæ naualibus socijs neq; stipen-  
 dium, neq; frumentum ad diem dari: neq; unde deur,  
 esse. magnopere suadere ut quamprimum eam nutantur:  
 sibiq; si ita uideatur: ex nouis prætoribus successorem mit-  
 tant. Eademq; fermè de stipendio frumentoq; ab A. Cor-  
 nelio Mamula prætoris ex Sardinia scripta. Respō-  
 sum utrisq; non esse, unde mitteretur. iussiq; ipsi classi-  
 bus, atq; exercitibus suis consulerent. Octacilius ad uni-  
 cum subsidium populi Romani Hieronem legatos cum  
 misisset: in stipendiū quum argenti opus fuit: & sex men-  
 su frumentū accepit. Cornelio i Sardinia ciuitates sociæ

Benigna contulerunt. Et Romæ quoq; propter penuriam argenti triumuiui mensarii, rogatione Minutij tribum ple. facti, L. Æmilius, qui consul. censorq; fuerat: & M. Attilius Regulus, qui bis consul fuerat: & L. Scribonius Libo: qui tam tribunus ple. erat. Et dumuiui creati, M. & C. Attilius, ædem Concordiæ, quam L. Manlius prætor uouerat: dedicauerunt. Et tres Pontifices creati, Q. Cecilius Metellus, Q. Fabius Maximus, & Q. Fuluius Flaccus, in locum P. Scantiniij demortui, & L. Æmilij Pauli consulis, & Q. Ælij Peti: qui ceciderant pugna Cannensi. Cum cætera, quæ continuis cladibus fortuna minuerat: quantum consilijs humanis assequi poterant, patres expleissent: tandem se quoq;, & solitudinẽ curiæ, paucitatemq; conuenientium ad publicum consilium respexerunt. neq; enim post L. Æmilium, & C. Flaminiũ censes, senatus lectus fuerat: cum tantum senatorum aduersæ pugnæ, ad hoc sui quenq; casus per quinquennium absumpssissent. Cum de ea re M. Æmilius prætor, dictator post Casilinum amissum profectus iam ad exercitum, ex postcentibus cunctis reuulisset: cum Sp. Caruilium cum longa oratione non solum inopiam, sed paucitatem etiã ciuium, ex quibus in patres legerentur: questus esset: explendi senatus causa, et inuigendi atq; eius Latini nois. pro magna re se suadere dixisset: ut ex singulis populis Latinorum bimis senatoribus, quos patres Romani censissent: ciuitas daretur: atq; in demortuorum locum in senatum legerentur. Eam sententiam haud æquioribus animis, quam ipsorum quondam postulatum Latinorum, patres audierunt. & cum fremitus indignantium tota curia esset: & præcipue Manlius esse etiã nunc eius stirpis uirum diceret: ex qua quoni-

dam in Capitolio consul minatus esset: quem Latinum in curia uidisset: eum sua manu se interfecurum: Q. Fabius Maximus nunquam rei ullius alieniore tempore mentionem factam in senatu dixit: quàm inter tam suspensos sociorum animos, incertamq; fidem id tactum: quod ita super sollicitaret eos. eam unius hominis temerariam uocem silentio omnium extinguendam esse. & siquid unquam arcani, sancti ue ad silendum in curia fuerit: id omnium maxime tegendum, occultandum, obliuiscendum, pro non dicto habendum esse. Ita eius rei oppressa mentio est. Dictatorem, qui censor ante fuisset: uenisse istiusq; ex ijs, qui uiuerent censorijs esset: creati placuit: q; senatum legeret: acuriq; C. Terentium consulem ad dictatorem dicendum iusserunt. qui cū ex Apulia relicto ibi præsidio, magnis itineribus Romam redisset: nocte proxima, ut mos erat: M. Fabium Butronem ex S. C. sine magistro equitum dictatorem in sex menses dixit. Is, ubi cum lictoribus in rostra ascendit: neq; duos dictatores tempore uno, quod nunquam antea factum esset: probare se dixit: neq; dictatorem se sine magistro equitum: nec censoriam uim permissam uni & eidem iterum: nec dictatori, nisi rei gerendæ causa creato, in sex menses datum imperium. quæ immoderata, fors, tempus, ac necessitas fecerint ijs: se modum impositurum. nam neq; senatus quenquam mortuum ex ijs: quos C. Flaminius, L. Æmilius censes in senatum legissent: transcribitantur, recitariq; eos iussurum: ne penes unum hominem iudicium arbitriumq; de fama ac moribus senatoris fuerit: & ita in demortuorum locum sublecturum: ut ordo ordini, non homo homini prælaus uideretur. Recitato uetere senatu, inde primū in demortuorum locum legit qui post



L. Æmiliūm, C. Flaniūm censores, curulem magistratum cæpissent: necdum in senatum lecti essent: ut quisque eorum senator primus creatus erat. tum legit qui ædiles, tri-pleb. prætores, quæstores uel fuerant. nam ex ijs: qui spolia ex hoste fixa domi hērent: aut ciuicā coronā accepissent. Ita CLXXVII cum ingenti approbatione omnium in senatum lectis, extemplo se magistratu abdicauit: priuatusq; de rostris descendit, licitoribus abire iussis: turbasq; se immiscuit priuatus agentium res: tempus hoc sedulo tenens: ne deducendi sui causa populū de foro abduceret. neque tamen elanguit cura hominum ea mora: frequentesq; eum domum deduxerunt. Consul nocte insequenti ad exercitum redijt, non factio certiore senatus: ne comitiarum causa in urbe retineretur. Postero die consulus à M. Pomponio prætore senatus, decreuit dictatori scribendum: ut, si e repub. censeret esse: ad consules subrogandos ueniret cum magistro equitum. Et prætore M. Marcello: ut ex ijs præsentibus noscere patres possent quo stans res pub. esset: consiliaq; ex rebus caperent. Qui acciti erāt: omnes uenerunt, relicti legatis: qui legionibus præessent. Dictator de se pauca, ac modice locutus, in magistrum equitum T. Sempronium Gracchum magnam partem gloria uertit: comitiarq; edixit: quibus L. Posthumus III. absens, qui tum Galliam prouinciā obtinebat: et T. Sempronius Gracchus, qui tum magister equitum erat: consules creantur. Prætores inde creati, M. Valerius Leuius, Ap. Claudius Pulcher, Q. Fuluius Flaccus, Q. Mutius Scæuola. Dictator creatis magistratibus, Theatrum in hyberna ad exercitum redijt, relicto magistro equitum Romæ: qui, cum post paucos dies magistratum iniurus esset: de exercitiis scribendis, comparandisq;

in annum; patres consuleret. Cum ea res maxime agerentur: noua clades nuntiata: alia super alia cumulante in eum annum fortuna: L. Posthumium consulem designatum, in Gallia ipsum, atque exercitum deletos. Sylua erat uasta: (Litanam Galli uocant) qua exercitum traducturus erat. eius sylua dextra, laeuq; circa uiam Galli arbores ita inciderant: ut immota starent: momento leui impulsu occiderent. Legiones duas Romanas habebat Posthumus: sociūmq; ab supero mari tantum conscripserat: ut XXV millia armatorum in agros hostium induxisset. Galli oram extremæ sylua cum circumfedisissent: ubi intrauit agmen saluum: tum extremas arborum succursarum impellunt. quæ alia in aliam instabilem per se ac male herentem incidentes, ancipiti strage arma, uiros, equos obruerunt: ut uix decem homines effugerent. nam cum exanimati pleriq; essent arborum truncis, fragmentisq; ramorum: ceteram quoq; nullā uindem inopinato malo trepidam Galli saluum omnem armati circumfidentes interfecerunt, paucis è tanto numero captis: qui pontem fluminis petentes obfesso ante ab hostibus ponte interclusi sunt. Ibi Posthumus omni uine caperetur obnitus, dimicans occubuit. spolia corporis, caputq; ducis præcisum Boi uantes templo, quod sanctissimū est apud eos: intrudere. purgato inde capite, ut mos ijs est: caluam auro celauere. idq; sacrū uas erat: quo sceleribus libarent: poculūq; idē sacerdotis esse, ac templi antistibus. Præda quoq; haud minor Gallis, q̄ uictoria fuit. nam etsi magna pars animalium strage sylua oppressa erat: tñ cetera res, quæ nihil dissipatum fuga est: strata per omnē iacentis agmenis ordinem inuenta sunt. Hac nuntiata clade cum per dies multos in tanto pauore fuisset ciuitas: ut tabernis

clausis, uelut nocturna scilicet per urbem acta, senatus adilibus negotium daret: ut urbem circumirent: apeririq; tabernas, & mœstia publicæ speciē urbi deni iuberent: tum T. Sempronius senatum habuit: consclausq; patres est: & adhortatus: ne, qui Cannensi ruinæ non succubissent: ad minores calamitates animos summitterēt. Quod ad Carthaginenses hostes, Annibalemq; attinet: prospera modo essent, sicut speraret, futura: Gallicū bellum & omittū uito, & differri posse: ulionemq; eā fraudis in deorum, ac populi Romani potestate fore. de hoste Pœno exercitibusq; per quos id bellum gereretur: consultandum, atq; agitandum. Ipse primum quid pedinum, equitumq;, quid ciuium, quid sociorum in exercitū esset: dictatoris, disseruit. Tum Marcellus suarum copiarum summam exposuit. Quid in Apulia cum C. Terentio consule esset, a peritis quaesitum est. duo ne consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum essent, inibat ur ratio. Itaq; Galliam, quanquam stimulat ab iusta ira: omitti eo anno placuit. Exercitus dictatoris consiliū decreuit est. De exercitū Marcelli qui eorum ex fuga Cannensi essent: in Siciliam eos traduci, atq; ibi militare, donec Italia bellum esset: placuit. eodem ex dictatoris legionibus reijci militem minimi quensq; roboris, nullo praestituto militiæ tempore: nisi quod stipendiorum legionum esset. Duæ legiones urbanae alteri consuli, qui in locum L. Posthumij successus esset: decreta sunt. eumq;, cum primi saluis auspicijs posset: creare placuit. legiones praeter ea duas primo quoq; tempore ex Sicilia acari: atque inde consul, cui legiones urbanae euenissent: militiam sumeret: quantum opus esset. C. Terentio consuli prorogari in annum imperium: neque de eo exercitū, quem ad praesū-

dium Apulia haberet: quicquam minui. Dum hac in Italia geruntur, apparanturq;: nihilò segnius in Hispania bellum erat: sed ad eam diem magis prosperum Romanis: P. & Cn. Scipiones inter se partiti copias: ut Cn. terra, P. mari rebusq; rem gereret. Asdrubal Pœnorum imperator neutri parti uirium satis fides, procul ab hoste interuallo, ac locis tatis tenebat se. cui multum, ac diu obstanti quatuor millia pedinum, & quincenti equites in supplementum missi ex Africa sunt. Tū refecta tandē spe, castra propius hostem mouit: classisq; & ipse instrui, parariq; iubet, ad insulas, maritimasq; oram utandum. In ipso impetu mouendarum de intererum perculit eum praefectorum nauium transitio: qui post classē ad Iberum per pauorem desertam grauius increpiti, nunquam deinde satis fidi aut duci, aut Carthaginensium rebus fuerant. Fecerant ij transfugæ motum in Carpesiorum gentem: descuerantq;: hys authoribus urbes aliquot: una etiam ab ipsis ni capta fuerat. In eam gentem uersum ab Romanis bellum est: infestoq; exercitū Asdrubal ingressus agrum hostiū, pro captæ ante dies paucos urbis mœnibus Calbum nobilem Carpesiorum ducem cum ualido exercitū castris se defendētem agredi statuit. praemissa igitur leui armatura, quæ elicret hostes ad pugnam: pedium partem ad depopulandum per agros passim dimisit: ut palantes exciperent. simul et ad castra tumultus erat: & per agros fugaq;, & caedes. deinde undiq; diuersis itineribus cum in castra sererepissent: adeo repente decessit animis pauor: ut non ad munimenta modo defendenda satis animorum esset: sed etiā ad lacesendum hostem praelio. Erumpunt igitur agminibus e castris tripudiantes more suo: repentiāq; eorum au-

audacia terrorem hosti pauloante ultro lacescenti incussit. itaque & ipse Asdrubal in collem satis arduum, iuuu-  
q; flumine etiam obiecto tum copias subducit: & præmis-  
sam leuem armaturam, equitesq; palatos eodem recipit  
nec aut colli, aut fluminis satis fidens, nullo castra pernu-  
mij. In hoc alterno pavore certamina aliquot sicut con-  
tracta: nec Numida Hispano eques par fuit: nec iacula-  
tor Maurus cetrato, uelocitate pari, robore animi uiri-  
umq; aliquantum præstanti. Postquam neq; elicere Pav-  
num ad certamen obuersi castris poterant: neq; castro-  
rum oppugnationo facilis erat: urbem Aſenam, quò fines  
hostium ingrediens Asdrubal frumentum, commeatusq;  
q; alios conuexerat: uicapiunt: omniq; circa agro potu-  
untur. nec iam aut in agmine, aut in castris ullo imperio  
contineri poterant. Quam ubi negligentiam ex re (ut  
fit) bene gesta oriri senserat Asdrubal: cohortatis militibus  
ut palatos sine signis hostes aggredere nentur, digressus col-  
le pergit ire acie instructa ad castra. Quem ut adesse mu-  
lti uosi nuntij refugientes ex speculis, stationibusq; at-  
tulere: ad arma conclamatum. Ut quisque arma caperat:  
sine imperio, sine signo, incompoliti, inordinati in præli-  
um ruunt. Iam primi conseruerant manus: cum alij ceter-  
um animi currerent: alij nondum è castris exissent. nam pri-  
mo ipsa audacia terrore hostem, deinde rari in confertis  
illis, cum paucitas paruum uita esset: respicere alij ali-  
os: & undiq; pulsi coire in orbem. & dum corporibus  
applicantur: armaq; armis iungunt: in arcum compulsi,  
cum uix mouendis armis satis spatij esset: corona mili-  
um cincti, ad multum diei caduntur. Exigua pars er-  
patione facta, syluas, ac montes petit. pariq; terrore & ca-  
stra sunt deserta: & uniuersa gens postero die in deditionem

nem uenit. nec diu in pacato mansit. nam subinde ab Car-  
thagine allatum est: ut Asdrubal primo quoq; tempore  
in Italiam exercitum duceret. quæ uulgata res per His-  
paniam omnium fermè animos ad Romanos auerit.  
Itaq; Asdrubal extemplo litteras Carthaginem mittit,  
indicans: quanto fama profectionis suæ damno fuisset.  
Si uero inde pergeret: prius quam Iberum transiret: Ro-  
manorum Hispaniam fore. nam præter quàm quod nec  
præsidium, nec ducem haberet: quem relinqueret pro se:  
imperatores esse Romanos: quibus uix æquis uiribus resi-  
sti possint. Itaq; si ulla Hispaniæ cura esset: successorem si-  
bi cum ualido exercitu mitterent. cui si omnia prospere  
euenirent: non tamen otiosam provinciam fore. Hæ litte-  
ræ quanquam primo admodum mouerunt senatum: tñ  
quia Italia cura prior, potiorq; erat: nihil de Asdrubale,  
neq; de copiis eius mutatum est. Himilco cum exercitu in-  
sto, & aucta classe ad retinendam terra mariq;, ac tuen-  
dam Hispaniam est missus. qui ut pedestres, naualesq; co-  
pias traiecit: castris communitis, nauibusq; subductis, &  
uallo circumdatis, cum equitibus delectis ipse quantum ma-  
xime accelerare poterat, per dubios infestosq; populos  
iuxta intentus ad Asdrubalem peruenit. Cum decreta  
senatus, mandataq; exposuisset: atque edidicisset ipse in-  
uicem: quem admodum tractandum bellum in Hispania  
foret: retro in sua castra redijt: nulla re, quàm celeritate  
tutior: quod undiq; abierat, antequam populi cõfenti-  
rent. Asdrubal prius quàm moueret castra: pecunias  
imperat populis omnibus suæ ditionis: satis gnarus An-  
nibalem transitus quosdam pretio mercatum: nec auxilia  
Gallica aliter, quàm conducta habuisse: inopem tã-  
tum iter ingressum, uix penetratum ad Alpes fra-

Iffe pecunijs igitur rapam exactis, ad Iberum descendit.  
 Delecta Carthaginensium, & Asdrubalis iter ubi  
 ad Romanos sunt perlata: omnibus omissis rebus, am-  
 bo duces iuncti: copijs ire obuiam ceptis, atque obsistere  
 parant: rati, si Annibali uix per se ipsi tolerando Italia  
 hosti Asdrubal dux, atq; Hispaniensis exercitus esset iun-  
 ctus: Illico Romani finem impij fore. His anxij curis ad  
 Iberum contrahunt copias: & transito amne cum diu  
 consultassent: utrum castra castris cōferrent: an satis habe-  
 rent: socijs Carthaginensium oppugnandis morari ab-  
 itinere proposito hostem: urbem à propinquo flumine Ibe-  
 ram appellatam, opulentissimam ea tempestate regionis  
 eius, oppugnare parant. qđ ubi sensit Asdrubal: pro ope-  
 ferenda socijs pergit ipse ire ad urbem deditam nuper in  
 fidem Romanorum oppugnandam. Ita iam cōcepta obsi-  
 dio omīssa ab Romanis est: & in ipsum Asdrubalē uer-  
 sum bellum. Quinque millium interuallo castra distanda  
 habuere paucos dies: nec sine leuibus praelijs: nec ut in ad-  
 em exirent. tandem uno eodemq; die uelut ex composito  
 utriusq; signū pugne propositum est: atq; omnibus copijs  
 in campum descensum est. Triplex stetit Romana acies:  
 peditiū pars ante signa locata: pars post signa accepta:  
 equites cornua cingere. Asdrubal medianā acie Hispanis  
 firmat: in cornibus, dextro Pœnos locat, læuo Afros, ut  
 cenariosq; auxilia equinum: Numidas Pœnorum pedi-  
 bus, ceteros Afros pro cornibus opponit. nec omnes Nu-  
 midæ in dextro locati cornu: sed, quibus defultorū in-  
 modum binos trahentibus equos inter acerrimam saepe  
 pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare  
 mos erat. tanta uelocitas ipsis, tamq; docile equorū genus  
 est. Cum hoc modo instructi starent: imperator utriusq;

partis haud fermè dispares spes erant. nam ne multum  
 quidem aut numero, aut genere milium hi, aut illi præ-  
 stabant. Militibus longe dispar animus erat. Romanis  
 enim, quanquam procul à patria pugnarent: facile p̄ sua  
 ferant duces pro Italia, atque urbe Roma eos pugnare.  
 Itaq; uelut quibus reditus in patriam eo discrimine pug-  
 nae uerteretur: obstinauerant animis uincere: aut mori.  
 Minus pertinaces uiros habebat altera acies. nam maxi-  
 ma pars Hispani erant: qui uincā in Hispania, quam uir-  
 tutes in Italiam trahi, malebant. Primo igitur concur-  
 su cum uix pila coniecta essent: reuulit pedem media aci-  
 es: inferentibusq; sese magno impetu Romanis terga  
 uerit. Nihilò segnius in cornibus praelium fuit. Hinc  
 Pœnus, hinc Afer urget: & uelut in arcu uentos praelio  
 accipit pugnare. sed cum in mediū tota iam coisset Ro-  
 mana acies: satis uirium ad dimouenda hostium cornua  
 habuit. Ita duo diuersa praelia erant: utroq; Romani, ut  
 qui pulsus tandem medijs, & numero, & robore uirorū  
 præstarent: haud dubie superarunt. Magna uis hominū  
 ibi occisa. & nisi Hispani uix dum conferto praelio tam  
 effuse fugissent: perpauca ex tota superfuissent acie. Eque-  
 stris pugna nulla admodum fuit. quia simul inclinatam  
 medianā aciem Mauri, Numidæq; uiderunt: extemplo fra-  
 ga effusa nuda cornua, elephantis quoq; præ se actis, de-  
 seruere. Et Asdrubal usq; ad ultimum euentum pugnae  
 moratus, è media cæde cū paucis effugit. Castra Roma-  
 ni capere: atq; inde diripere. Ea pugna, si qua dubia in  
 Hispania erant: Romanis adiunxit: Asdrubaliq; nō mo-  
 do in Italiam traducēdi exercitus, sed ne manendi qđē  
 satis uito in Hispania spem reliquit. Quæ posteaquā litte-  
 ris Scipionū Romæ uulgata sunt: non tā uictoria, quam

prohibito Asdrubalis in Italiam transitu letabatur. Dum hæc in Hispania geruntur: Petellia in Brutijs ali quot post mensibus quam cæpta oppugnari erat: ab Himilcone præfecto Annibalís expugnata est. multoq; sanguine, ac uulneribus ea Pœnis uictoria stetit. nec ulla magis uis obsessos, quam famés expugnauit. absumptis enim frugum alimentis, carnisq; omnis generis quadrupedum bipedumq; satrinaq; postremo corijs, herbisq; & radicibus, et corticibus teneris, strictisq; rubis uixere. nec anteq; uires ad standum in nauis, ferendaq; arma deerant: expugnati sunt. Recæpta Petellia, Pœnis ad Consentiam copias traducit. quam minus pertinaciter defensam, intra paucos dies in deditiõnem accepit. iisdem ferme diebus & Brutorum exercitus Crotonem Græcam urbem circumsedit, opulentam quondam armis iurisq; tum iam adeo multis magnisq; cladibus afflictam: ut omnis ætatis minus uiginti nullia ciuium superessent. Itaq; urbe defensoribus uastata facile positi sunt hostes. arx tantum retenta: in quam inter tumultum capte urbis è mediâ cæde quidam effugere. Et Locrenses descivere ad Bruios, Pœnosq; prodiit multitudinè à primibus Rhegyni tantummodo regionis eius et in fide erga Romanos, & potestatis suæ ad ultimum manserunt. In Siciliam quoq; eadem inclinatio animorum peruenit. Et ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abstinnit. namq; Gelo maximus stirpis contempta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate, ad Pœnos defecit. mouissetq; in Sicilia res: nisi mors adeo opportuna, ut patrem quoq; suspitiõe aspergeret: amantem eum multitudinè, sollicitantemq; socios, absumpsisset. Hæc eo anno in Italia, in Africa, in Sicilia, in Hi

spania uario euentu acta. Exiit anni Q. Fabius Maximus à Senau postulat uic: ut ad eum ueneris Erycinæ, quam distator nouisset: deditur liceret. Senatus decreuit: ut T. Sempronius consul designatus, cum primum magistratum inisset: ad populum ferret: ut Fabium diuimurum esse iuberent adis dedicandæ causâ, Et M. Æmilio Lepido, qui bis consul augurq; fuerat: filij tres, Lucius, Marcus, Quintus, ludos funebres per triduum, & gladiatorum paria duo & XX per triduum in foro dederunt. Ædiles curules C. Lessorius, & T. Sempronius Gracchus consul designatus, qui in adilitate magister equitum fuerat: ludos Romanos fecerunt: qui per triduum instaurati sunt. Plebei ludia M. Aurelio Cotta, & M. Claudio Marcello ter instaurati sunt. Circumactio tertio anno Punici belli. T. Sæpronius consul idibus martijs magistratum inijt. Prætoresq; Fuluius Flaccus, qui antea præsul, censorq; fuerat: urbanam, M. Valerius Leuinus peregrinam sortem in iurisdictione habuit. Ap. Claudius Pulcher Siciliam, Q. Mutius Scæuola Sardiniam scrutati sunt. M. Marcello proconsulis imperiũ esse populus iussit: quod post Cannensem cladem unus Romanorum imperator: in Italia prospere rem gessisset. Senatus quo die primũ est in Capitolio consultus: decreuit: ut eo anno duplex tributũ imperaretur: simplex confestim exigetur: ex quo stipendium præsens omnibus militibus daretur: præter quam quod milites ad Cannas fuissent. de exercitijs ita decretũ est: ut duabus legionibus urbanis T. Sæpronius præsul Cales ad conueniendũ diè ediceret. inde sex legiones in castra Claudiana supra Suessulam deducerentur. quæ ibi legiones essent: (erant autè Cænensis maxime exercitus) eas Ap. Claudius Pulcher prætor in Sicilia trauceret: quæq; in

Siçlia essent: Romam deportarentur. Ad exercitum, cui  
 ad conueniendum Cales edicta dies erat: M. Claudius  
 Marcellus missus: usq; iussus in castra Claudiana deduce  
 re urbanas legiones ad ueterem exercitum accipiendum,  
 deducendumq; inde in Siciliam. T. Metilius Croto lega  
 tus ab Ap. Claudio est missus. Taciti primo expectauer  
 rant homines, ut consul comitia collegæ creando haberet.  
 deinde ubi ablegatum uelut de industria M. Marcellum  
 uiderunt: quem maxime consulem in eum annum ob e  
 gregie in præura res gestas creari uolebant: fremitus in  
 curia est ortus. Quod ubi sensit consul: utrunq; inquit, e  
 Repub. fuit patres conscripti: & M. Claudium ad per  
 mutandos exercitus in Campaniam proficisci: & comi  
 tia non prius edici quam is inde confecto, quod manda  
 tum est, negotio, reuertisset: ut uos consulem, quæ tempus  
 Reipub. postulare: quemq; maxime uultis haberetis. Ita  
 de comitijs, donec redijt Marcellus: silentium fuit. Inter  
 rea diuini creati sunt Q. Fabius Maximus, &  
 T. Atilius Crassus ædibus dedicandis, Mentis An  
 lius, Fabius Veneri Erycinæ. Vtraq; in Capitolio est, cu  
 nali uno discretæ. Et de trecentis equitibus Campanis,  
 qui in Sicilia cum fide stipendijs emeritis Romam uene  
 rant: delatum ad populum: ut ciues Romani essent: item  
 uti municipes Cumani essent: pridie, q̄ populus Cam  
 panus à populo Romano descisset. Maxime ut hoc sen  
 retur, mouerat: quod quorum hominum essent, scire seip  
 si negebant, uetere patria relicta, in eam, in quam redi  
 rant: nondum adsciti. Postquam Marcellus ab exercitu  
 redijt: comitia uni consuli rogando in locum L. Postu  
 mij edicuntur. Creatur in genti consensu Marcellus: qui  
 ex templo magistratum occiperet. cui inuenti consulatum  
 cum tenuisset:

cum tenuisset:

cum tenuisset uocati augures uisio creatum uideri pronu  
 tiauerunt. uulgoq; prætre a ita fama ferebat: quod cum  
 primum duo plebei consules facti essent: id deis cordi nõ  
 esse. in locum Marcelli, ubi is se magistratum abdicauit: sus  
 factus Fabius maximus tertium. Mare arsit eo anno:  
 ad Sinuessam bos equuleum peperit: signa Lanuuij ad  
 Iunonis sospitæ cruore mananere: lapidibusq; circa id  
 templum pluit. ob quem imbrem nouendiale, ut assolent,  
 sacrum fuit. ceteraq; prodigia cum cura expiata. Consu  
 les exercitus inter se diuiserunt. Fabio exercitus, cui M.  
 Iunius dictator præfuerat: euenit. Sempronio uolontum  
 quod fuerat: & sociorum XXV millia. M. Vale  
 rio ptorio legiones, quæ ex Sicilia redissent: decretæ M.  
 Claudius proconsul ad eum exercitum, qui supra Sues  
 sulam Nolæ præsideret: missus. Prætores in Siciliam,  
 ac Sardiniam profecti. Consules edixerunt: quoties sena  
 tum uocassent: uti senatores, quibusq; in senatu dicere sen  
 tentiam liceret: ad portam Capenam conuenirent. præ  
 tores, quorum iurisdictio erat: tribunalia ad Villam pu  
 blicam posuerunt. eò uadimoniam fieri iusserunt. ibiq; eo  
 anno ius dictum est. Interim Carthaginem, unde Ma  
 go frater Annibalis XXII millia peditum, & mille  
 quingentos equites, xI elephantos, argenti talenta  
 multa in Italiam transmissurus erat cum præsidio LX  
 nauium longarum: nuntius affertur: in Hispania rem  
 malegestam: omnesq; ferme eius prouinciæ populos ad  
 Romanos descisse. Erant qui Magonem cum classe  
 ea, copijsq; omiſsa Italia in Hispaniam auerterent cum  
 Sardinia recipiendæ repentina spes affulsit. Paruum  
 ibi exercitum Romanum esse. ueterem prætozem inde  
 Cornelium prouinciæ perinam decedere: nouum expe

Tit. L.

mm

flari. ad hoc, seffos iam animos Sardoꝝ esse diuinitatū imperij: & proximo ijs anno acerbe, atq; auare impera-  
 um: graui tributo, & collatione iniqua frumenti oppre-  
 sos. nihil deesse aliud, quam anthorem, ad quem deficer-  
 rent. Hæc clandestina legatio p̄ principes missa erat: ma-  
 xime eam rem moliente Harficora: qui tum auctoritate,  
 atq; opibus longe primus erat. His nuntijs propè uno  
 tempore urbati, erectiq; , Magonem cum classe sua, co-  
 pijsq; in Hispaniam mittunt. in Sardinia Asdrubalem  
 cognomento Caluum deligunt ducem: & tantum fer-  
 me copiarum quantum Magoni, decernunt. Et Ro-  
 me consules transactis rebus, quæ in urbe agenda erant:  
 mouebant iam sese ad bellum. T. Sempronius militi-  
 bus sinuessam diem ad conueniendum edixit. & Q.  
 Fabius consulto prius senam: ut frumenta omnes ex agris  
 ante calendas Iulias, primas in urbes numitas conueher-  
 rent. qui non inuexissent: eorum se agrum populatu-  
 rum: seruos sub hasta uenditurum: uillas incensurum.  
 Ne pratoribus quidem, qui ad ius dicendum creati erant:  
 uacatio à belli administratione data est. Valerium pra-  
 torem in Apuliam ire placuit ad exercitum à Terentio  
 accipiendum. cum ex Sicilia legiones uenissent: ijs postis-  
 mum unū, ad regionis eius præsidium. Terentianum militi-  
 cum aliquo legatorum. Et XXV naues M. Valerio  
 date sunt: quibus oram maritimam inter Brundisium,  
 ac Tarentum utari posset. Par nauium numerus Q. Ful-  
 uio pratori urbis, decreuit ad suburbana litora tutanda.  
 C. Terentio pro consilio negotium datum: ut in Piceno ad  
 gro conquisitionem milium haberet: locisq; ijs præsidio  
 esset. Et T. Attilius Crassus, postquam a dem mentis in  
 Capitolio dedicauit: in Siciliam cum imperio, qui clas-

si præesset, missus. In hanc dimicationem duorum opulē-  
 tissimorum in terris populorum, omnes reges, gentesq;  
 animos intenderant. inter quos Philippus Macedonum  
 rex: eo magis: quod propior Italia: ac mari tantum Ior-  
 nio discretus erat. Is ubi primum fama accepit Anniba-  
 lem Alpes transgressum: ut bello inter Romanos, Per-  
 numq; orto latatus erat: ita utrius populi uictoria  
 esse, incertis adhuc uiribus fluctuans animo fuerat. pos-  
 stequam tertiā iam pugna, tertia uictoria cum Anniba-  
 le, & Pœnis erat: ad fortunam inclinauit: legatosq; ad  
 Annibalem misit. qui uitantes portus Brundisium, Tarē-  
 tinumq; , qui à custodijs nauium Romanarum tenebantur:  
 ad Lacina Iunonis templum in terram egressi sunt. in-  
 de p̄ Apuliam petentes Capuam media in præsidia Ro-  
 mana illati sunt: deductiq; ad M. Valerium leuiniū præ-  
 torem circa Nuceriam castra habentem. Ibi intrepide Xe-  
 nophanes legationis princeps à Philippo rege se missum  
 ait ad amicitiam, societatemq; iungendā cum populo Ro-  
 mano. mandata habere ad consules, ac senatum popu-  
 lumq; Romanum. Inter defectiones ueterum scior: Va-  
 lerius noua societate tam clari regis latus admodum ho-  
 stem pro hospite comiter accepit. dat, qui profequantur:  
 itineraq; cum cura demonstrant: quæ loca, quosq; salus,  
 aut Romani, aut hostes teneant. Xenophanes per præsi-  
 dia Romana in Campaniam, inde quā proximum fuit,  
 in castra Annibalis peruenit: sedusq; cum eo, atq; ami-  
 citiā iungit legibus his: ut Philippus rex q̄ maxima clas-  
 se (ducentas autem naues uidebatur effecturus) in Italiam  
 traiceret: & uastaret maritimam oram: bellum pro par-  
 te sua terra, mariq; gereret. ubi debellandum esset: Italia om-  
 nis cum ipsa urbe Roma Cartbaginensium, atq; Anniba-

lis esset: prædaq; omnis Annibali cederet. Perdomita Italia, nauigarent in Græciam: bellumq; cum quibus re-  
gibus placeret, gererent. quæ ciuitates continentis, quæ  
in insula ad Macedoniam uerunt: ex Philippi, regniq;  
eius essent. In has ferme leges inter Pœnum ducem, lega-  
tosq; Macedonum istum fœdus missiq; cum ijs ad regis  
ipsum firmandam fidem legatis, Cisso, & Bostar, & Ma-  
go, eodem ad Iunonis Lacinia templum, ubi nauis oc-  
culta in statione erat: perueniunt. inde profecti cum iam  
alium teneret: conspecti à classe Romana sunt: quæ præ-  
sidio erat Calabria litoribus. Q. Fuluius Flaccus Cor-  
cyraeos ad persequendam retrahendamq; nauem cum mi-  
ssisset: primo fugere regis conat: deinde ubi celeritate uin-  
ci senserunt: traxerunt se Romanis: & ad præfectum classis  
adducti. cū quaereret: qui et uñ et quò tenderent cursum:  
Xenophanes primo. satis iam semel felix uendacium  
struere: à Philippo se ad Romanos missum, ad M. Va-  
lerium, ad quem unum iter unum fuerit peruenisse:  
Campaniam superare nequisse, septem hostium præsi-  
dijs. deinde ut Punicus cultus, habitusq; suspectos lega-  
tos fecit Annibalis: interrogatosq; sermo prodidit: tum  
comitiibus eorum seductis, ac metu territis litteræ quoq;  
ab Annibale ad Philippum inuenta, & pacta inter rei-  
gem Macedonum, Pœnumq; ducem. Quibus satis cog-  
nitis, opimum uisum est: captiuos, comitesq; eorum Ro-  
mam ad senatum, aut consules, ubicunq; essent: quam pri-  
mum deportare. ad id celerrimæ quinque naues delectæ:  
ac L. Valerius Antias, qui præfesset, missus: eiq; manda-  
tum: ut in omnis naues legatos parum custo diēdos diuide-  
ret: daretq; operam: ne quod ijs colloquium inter se, ne-  
ne qua communicatio consilij esset. Per idem tempus

Romæ, cum A. Cornelius Mammula ex Sardinia pro-  
uincia decedens renuisset: qui stans rerum in insula es-  
set: ad bellum, ac defectionem omneis spectare. Q. Mu-  
tium, qui successisset sibi gravitate cœli aquarumq; ad-  
uementem excautum: non tam in periculosum, quam lō-  
gum morbum implicatum, diu ad bellum sustinendam  
inutilem fore: exercitūq; ibi ut satis firmum pacata pro-  
uincia præsidem esse: ita parum bello: quod monum iri uī-  
deretur: decreuerunt patres: ut Q. Fuluius Flaccus  
quinque millia pedum, quadringētos equites scriberet:  
eamq; legionem primo quoq; tempore in Sardiniam tra-  
iiciendam curaret: mitteretq; cum imperio quē ipsi uide-  
rentur: qui rem gereret: quoad Mutius conuulsiisset. Ad  
eam rem missus est T. Manlius Torquatus: qui bis con-  
sul, censorq; fuerat: subegeratq; in consulatu Sardos. Sub  
idem ferē tempus & à Carthagine in Sardiniam clas-  
sis missa duce Asdrubale, cui Caluo cognomen erat: fœ-  
da tempestate uexata ad Baleares insulas ducitur. ibiq;  
(adeo non arma modo, sed etiam alui nauium  
quassati erant) subductæ naues dum reficiuntur: aliqua  
temporis triuerunt. In Italia cum post Cannens-  
sem pugnam fractis partis alterius uiribus, alterius  
mollitis animis, segnius bellum esset: Campani per se  
adorti sunt rem Cumanam suæ diuisionis facere: primo so-  
licitantes ut ab Romanis desicerent. ubi id parum pro-  
cessit: dolum ad capiendos eos comparant. Campanis  
omnibus statum sacrificiū ad Hamas. eò senatū Cāpa-  
num uenturum certiores Cumanos fecerunt: petieruntq;:  
ut & Cumanus eò senatus ueniret ad consultandum cō-  
muniter: ut eosdem uterq; populus socios, hostesq; ha-  
beret. præsidium ibi armatum sese habituros: nequid ab



Romanis noui periculi eſſet. *Cumanis*, quanquam ſuſpecta fraus erat: nihil abnuere: ita tēgi fallax conſilium poſe rati. Interim T. Sempronius conſul Romanus Sinuſe, quò ad conueniendum diem edixerat: exercitum luſtrato, tranſgreſſus Vulturnum flumen, circa Linternum caſtra poſuit. Ibi quia uoſca ſtatua erant: crebro decurrere milites cogebat: ut tyrones (eam maxima pars uolontum erat) aſſueſcerent ſigna ſequi: & in acie agnoſcere ordines ſuos. iter quæ concordia maxima erat cura duci. Itaque legatis, tribuniſq; præceperat: ne quæ exprobratio cuiquam ueteris fortuna diſcordiam inter ordines ſereret: ne uis miles tyronum, liber uoloni ſeſe exaquari ſineret. omniſatis honeſtos, generoſoſq; ducerent: quibus arma ſua, ſingnaq; populis Romanis commiſiſſent. quæ fortuna coegſeſet ita fieri: eandem cogere ueri factum. Ea non maiore cura præcepta ab ducibus ſunt: quàm à militibus obſeruatata. breuiq; tanta concordia coaluerant omnium animi: ut propè in obliuionem uenirent, qua ex conditione quiſque eſſet miles factus. Hac agentis Graccho legati Cumanum nuntiarunt: quæ à Campanis legato paucos ante dies ueniſſet: & quid iſi ipſi reſpondiſſent. Triduum poſteum diem feſtum eſſe: non ſeuauum ſolum omnem ibi futurum: ſed caſtra etiam, & exercitum Campanum. Gracchus inſiſit Cumanis omnia ex agris in urbem conuehere: & manere intra muros. ipſe pridie, quàm ſtatim ſacrificium Campanis eſſet: Cumanos mouet caſtra. Hama inde tria millia paſſuum abſiit. Iam campani eò frequētes ex compoſito conueniant. nec procul inde in occulto Marius Alſius, qui ſummus magiſtratus erat Campanis, cum XIII millibus militum habebat caſtra. Iſ ſacrificio apparando, & inter id inſtruedæ fraudi aliquanto

intentiore, quàm muniendis caſtris, aut ulli militari operi ſuit. Triduum ſacrificium ad Hamas. nocturnum erat ſacrum: ita, ut ante mediam noctem compleretur. Huic Gracchus inſidiandum tempori ratus, caſtrodibus ad portas poſitis, ne quis enuntiare poſſet cæpta: & à ſexta ad decimam diei horam coactis militibus corpora curare, ſomnoq; operam dare, ut primis tenebris conuenire ad ſignum poſſent: uigilia ſermè prima tolliſſit ſigna. ſilentiq; profeſtus agmine cum ad Hamas media nocte pueniſſet: caſtra Campana, ut in peruiſilio neglecta, ſimul omnibus portis inuadit. alios ſomno ſtrato, alios perperato ſacro inermes redeuntes obtruncat. Hominum eorum uultu nocturno caſa plus duo millia cum ipſo duce Mario Alſio. capta ſunt ſigna militaria quatuor & triginta. Gracchus minus centum militum iactura caſtris hoſtium potius, Cumanos ſe prope re cepit, ab Annibale metuens: qui ſuper Capuam ad Tiſata habebat caſtra. Nec eum prouida uiri ſeſellit opinio. nam ſimul Capuam ea clades eſt nuntiat: ratus Annibal ab re bene geſta inſolèter laetum exercitum tyronum magna ex parte ſeruorumq; ſpoliantem uictos, prædaſq; agentem ad Hamas ſe inuenturum, citatum agmen præter Capuam rapit. obuiorq; ex fuga Campanorum per duo præſidia Capuam duci, ſaucos uehiculari tolli, portariq; iubet. ipſe ad Hamas uacua ab hoſtibus caſtra, nec quicquam, præter recētis ueſtigia Gladis, ſtrataq; paſſim corpora ſociorū, inuenit. Authores erant quidam: ut proſinus inde Cumanos duceret: urbemq; oppugnaret. Id quanquam haud modice Annibal cupiebat: ut, quæ Neapolim nõ potuerat: Cumanos ſaltè maritimam urbem haberet: tamen quia præter armam nihil ſecum miles rapim actio agmine extulerat: reſ

tro in castra supra Tifata se recepit. inde fatigatus Campanorum precibus, sequenti die cum omni apparatu oppugnandæ urbis Cumas redit: populatoq; agro Cumano, mille passus ab urbe castra locat. Tum Gracchus magis uerecundia in tali necessitate descendendi se cæcis implorantes fidem suam populiq; Romani substitit: quam satis fidens exercitui. Nec alter consul Fabius, qui ad Cales castra habebat: Vulcanum traducere audebat exercitum: occupans primo auspicijs repetendis Romæ, dein prodigijs: quæ alia super alia ueniabantur: expiatiq; ea haud facile litari aruspices respondebant. Hæc causæ cum Fabium tenerent: Sempronius in obsidione erat: Et iam operibus oppugnabatur. Aduersus ligneam ingentem turrim admotam urbi aliam turrim ex ipso muro excitauit consul Romanus aliquanto altiore, quia muro satis per se alto subiectis ualidis sublicis pro solo usus erat. inde primum saxis, sudibusq; , Et cæteris missilibus propugnatores mœnia, atque urbem uebantur. postremo ubi promouendo adiunctam muro uiderunt turrim, sacibus ardentibus plurimum simul ignem coniecerunt. quo incendio trepida armatorum militum: cum de turri sese precipitaret: eruptio ex oppido simul duabus portis facta stationes hostium sudit: fugauitq; in castra: ut eo die obsesso, quam obsidendi similior esset Pœnus. Ad mille CCCC Carthaginensium caesi: unde sexaginta uini capti: qui circa muros, Et in stationibus salute ac negligenter agentes, cum nihil minus, quam eruptionem timuissent: ex improviso oppressi sunt. Gracchus prius quam se hostes ab repentino pauore colligerent: receptum signum dedit: ac sic intra muros recepit. Postero die Annibal elatum securanda re consulem, iusto pralio raris certantem, aciem

inter castra atq; urbem instruxit. cæterum postquam uenienti moueri ab solita custodia urbis uidit: nec committit quicquam temerarie spei: ad Tifata redit infecta re. Quibus diebus Cumæ liberatæ sunt obsidione: ijs de diebus Et in Lucanis ad Grumentum T. Sempronius, cui Longo cognomen erat: cum Hannone Pœno prospere pugnat. supra duo millia hominum occidit: Et CC LXXX milites amisit. signa militaria ad XLI cepit. Pulsus finibus lucanis Hanno retro in Brutios sese recepit. Et ex Hirpinis oppida tria, quæ à populo Romano defecerant: ui recepta per M. Valerium prætorem. VerCELLIUS, Siciliusq;. Et authores defectionis securi percussit. supra mille captiuorum sub hasta uenerunt. præda alia militi concessa. exercitusq; Cumas reductus. Dùm hæc in Lucanis, atq; in Hirpinis geruntur: quinque naues, quæ Macedonum, atq; Pœnorum captos legatos Romam portabant: à superno mari ad inferum circuectæ propè eam Italia oram, cum præter Cumas uelis ferrentur: neq; hostium, an sociorum essent, satis scirentur: Gracchus obuiam ex classe sua naues misit. cum percunctando inimicè cognitum esset, consulem Cumis esse: naues Cumas appulsa: captiuq; ad consulem deducti: Et litteræ datæ. Consul litteris Philippi, atq; Annibalis perlectis, consignata omnia ad senatum itinere terrestri misit: nauibus deuehi legatos iussit. cum eodem ferè die litteræ, legatiq; Romam uenissent: Et percunctatione facta, dicta cum scriptis congruerent: primo grauis cura a patre incescit: cernentes quæta uix tolerantibus Punicum bellum Macedonici belli molles instaret. cui tamen adeo non succubuerunt: ut extremo agitarentur: quemadmodum ultro inferendo bello auerterent ab Italia hostem. Captiuus in uincula conditis, eo-

militibusq; eorum sub hastâ uenditis, ad naues. **XXV**,  
 quibus Quintus Fuluius Flaccus præfectus præerat: ni-  
 ginti paratas alias decernunt. His comparatis, deductisq;  
 q; & additis quinque nauibus, quæ aduexerant captiuos  
 legatos: quinquaginta naues ab Hostia Tarentum profe-  
 ctæ: inssusq; Q. Fuluius militibus Varronianis, quibus L.  
 Apustius legatus Tarenti præerat: in naues impositis, L.  
 nauium classe non ueri modo Italia oram: sed explorari  
 re de Macedonico bello, si congruentia litteris, legatorumq;  
 indicijs Philippi consilia essent: ut M. Valerium prætorē  
 litteris certiore faceret: isq; L. Apustio legato exercitum  
 præposito, Tarentum ad classem profectus, primo quo-  
 que tempore in Macedoniam transmitteret: daretq; ope-  
 ram: ut Philippum in regno contineret. Pecunia ad clas-  
 sem mendam, bellumq; Macedonicum ea decreta est: q̄  
 Ap. Claudio in siciliam missa erat: ut redderetur Hiero-  
 ni regi. & hæc per L. Apustium legatum Tarentū est  
 deuecta. simul ab Hierone missa ducenta millia modium  
 tritici, & hordei centum. Dum hæc Romani parati:  
 aguntq; ad Philippum captiua nauis una ex ijs, quæ Ro-  
 mam missæ erant: excursum fugit. inde scitum legatos cū  
 litteris captos. itaq; ignarus Rex de ijs, quæ cum Anniba-  
 le legatis suis conuenissent: quæq; legati eius ad se allamari  
 fuissent: Legionem aliam cum eisdem mandatis mittit.  
 Legati ad Annibalē missi Heraclius, cui Scotino cognomi-  
 nen erat: & Crito Borensis, & Sositheus Magnes. hi  
 prospere ualerunt, ac renulerunt mandata. sed prius se-  
 stas circūe git: q̄ mouere, ac moliri quicquam rex possit.  
 tantum nauis una capta cum legatis momenti fecit ad di-  
 lationem imminētis Romanis belli. Et circa Capuā, tras-  
 gresso Vulturnum Fabio post expiata tandem prodigia

ambo consules rem gerebant. **Combulteriam, & Trebu-  
 lam, & Auficulam** urbes, quæ ad Pœnum defecerant:  
 Fabius uic cepit. præsidiaq; in ijs Annibalis, Campaniq;  
 permultū capti. & Nola, sicut priore anno, seratus Roma-  
 norum plebs Annibalis erat: consiliaq; occulta de cæde  
 principum, & proditione urbis inibantur. Quibus ne  
 incapta procederent: inter Capuam castraq; Anniba-  
 lis, quæ in Tifatis erant: traducto exercitū Fabius sup Ve-  
 suuium in castris Claudianis confedit. inde M. Marcellus  
 proconsulem cum ijs copijs, quas habebat: Nolam  
 in præsidium misit. Et in Sardiniares per T. Manlium  
 prætorē administrare ceptæ: quæ omissæ erant: posteaquam  
 Q. Mutius prætor graui morbo est implicatus. Manlius  
 nauibus longis ad Caralis subductis, naualis  
 busq; socijs armatis, ut terra rem gereret: & à prætorē  
 exercitū accepto, duo & uiginti mille peditum, mille &  
 ducentos equites confecit. Cum his equium peditumq; co-  
 pijs profectus in agrum hostium, haud procul ab Har-  
 sicora castris castra posuit. Harsicora tum forte profectus  
 erat in Pellidos Sardos ad iuuentutem armandam: qua  
 copias auerget. Filius eius nomine Hostius castris præ-  
 erat. Is adolescentia ferax temere prælio imito fusus, fuga-  
 tusq; ad XXX millia Sardonum eo prælio casa. mille tres-  
 centū ferme iui capti. Alius exercitus primo per agros,  
 syluasq; fuga palatus: dein, quò ducem fugisse fama erat:  
 ad urbem nomine Cornum, caput eius regionis, confu-  
 git. Debellatumq; eo prælio in Sardinia esset: ni classis  
 Punica cū duce Asdrubale, quæ tempestate deiecta ad Ba-  
 leares erat: in tempore ad spem rebellandi aduenisset.  
 Manlius post famā appulsæ Punicæ classis Caralis se res-  
 cepit. ea occasio Harsicora data est Pœno se iugendi. As-

drubal copijs in terram expositis, & classe remissa Carthaginiem, duce Harfiora ad sociorum populi Romani agrum populandum profectus, Caralis peruenturus erat: ni Manlius obuius exercitum ab effusa eum populatio ne continuisset. Primo castra castris modico interuallo sunt obiecta: dein ceptis procursationes, leniaq; certamina uario euentu inrita: postremo descensum in aciem: signis collatis iusto praelio per quatuor horas pugnam. Diu pugnam ancipitem Pœni, Sardis facile uinci assueti, fecerunt. postremo & ipsi, cum omnia circa strage ac fuga Sardorum repleta essent: fusi. cæterum terga dantes circumducto cornu, quo pepulerat Sardos: inclisit Romanus. cædes inde magis, quam pugna fuit. Duodecim milia hostium cæsa, Sardos simul, Pœnorumq; ferme III millia, & DCC capti: & signa militaria septem & XX. Ante omnia claram & memorabilem pugnam fecit Asdrubal imperator captus, & Hanno, & Mago, nobiles Carthaginienses: Mago ex gente Barchina propinqua cognatione Annibali iunctus: Hanno author rebellionis Sardis, belliq; eius haud dubie concitatur. Nec Sardorum duces minus nobilem eam pugnam cladibus suis fecerunt. nam & filius Harfiora Hostis in acie cecidit: & Harfiora cum paucis equitibus fugiens, ut super afflictas res necem quoq; filij audiuit: nocte, ne cuiusquam interuentus cœpium impediret: mortem sibi cœsciuit. Cæteris urbs Cornus eadem, quæ ante, fugæ receptaculum fuit. quam Manlius uictore exercitu aggressus intra paucos dies recæpit. Deinde alia quoq; ciuitates, quæ ad Harfioram Pœnosq; deseruerant: obsidibus datis, dederunt sese. quibus stipendio frumentoq; imperato procuiusq; aut uiribus, aut delicto, Caralis exercitum rediit.

xit. Ibi nauibus longis deductis, impositaq; quem secum aduexerat milite, Romanæ nauigat: Sardiniamq; perdomitam nuntiat patribus: & stipendium questoribus frumentum a dilibus, capiuosq; Fulvio prætori tradidit. Per idē tempus T. Octauius prætor quinquaginta nauium ab Lilybæo classe in Africam transuectus, depopulatusq; agrum Carthaginiensem, cum Sardiniam inde peteret: quò fama erat Asdrubalem à Balearibus nup traieciisse: classi Africam repenti occurrit: leniq; certamine in alto commisso, septem inde naues cum socijs naualibus cepit. cæteras neuus haud secus, quæ tempestas, passim disiecit. Per eisdem forte dies & Bomilcar cum militibus ad supplementum Carthagine missis, quadragintaq; elephantis, & cômœatu, Locros accessit. quem ut incautum opprimeret Ap. Claudius: per simulationem prouinciæ circueunda Messanam raptim exercitum ducto, astu secundo Locrostræiecit. Iam inde Bomilcar ad Hannonē in Bruitios profectus erat: & Locræses portas Romanis clauserunt. Appius magno conatu nulla re gesta, Messanam repenti. Eadem æstate Marcellus ab Nola, quam p̄sidio obinebat: crebras excursions in agrum Hirpinum, & Samnites Caudinos fecit. adeoq; omnia ferro, atq; igni uastauit: ut antiquarū cladum Samnio memoriam renouaret. itaq; exemplo legati ad Annibalē missi simul ex utraq; gente, ita Pœnum allocuti sunt. Hostes populi Romani Annibal sitimus primum per nos ipsi: quoad nostra arma, nostra uires nos tutari poterant. postquam ijs parum fidebamus: Pyrrho regi nos adiunximus. à quo relicti pacem necessariam accepimus: fuimusq; in ea per annos propè quinquaginta ad id tempus: quo in Italiam uenisti. Tua nos non magis uirtus fortunaq;

quàm unica comitas ac benignitas erga ciues nostros quos captos nobis remisisti: ita conciliauit tibi: ut te saluo atq; incolu mi amico, non modo populum Romanum, sed ne deos quidem iratos (si dici fas est) timeremus. At Hercule non solum incolu mi & uictore, sed presente te, cum ploranum propè coniugum ac liberorum nostrorum exaudire, & flagrantia te cta posses conspiciere: iam sumus aliquoties hac æstate dea stati: ut M. Marcellus, non Annibal uicisse ad Cannas uideatur: gloriaturq; Romani: te ad unum modo ictum uigentem, uelut iaculo emisso torpere. Per centum propè annos cum populo Romano bellum gessimus, nullo externo adiuti nec duce, nec exercitu: nisi quod per biennium Pyrrhus nostro magis milite suas auxit uires: quàm suis uiribus nos defendit. Non ego scindis rebus nostris gloriabor: duos Consules, ac duos consulares exercitus à nobis sub iugum missos: & si qua alia aut lata, aut gloriosa nobis euerunt. quæ aspera, aduersaq; nunc acciderunt: minore indignatione referre possumus: quàm quæ hodie eueniunt. Magni dictatores cum magistris equitum, bini consules cum binis consularibus exercitiis ingrediebantur fines nostros. ante explorato, & subsidijs positis, & sub signis ad populandum ducebant. nunc propè unius, & parui ad tuendam Nolam præsidij præda sumus, iam ne manipulatim quidem, sed latronum modo percursant totius finibus nostris negligentius: quàm si in Romano uaguerentur agro. Causa autem hæc est: quod neq; nos defendit: & nostram uentus, quæ si domi esset, tutaretur: omnia sub signis militat nisi. Necte, nec exercitum tuum norim: nisi à quo tot Romanas acies susas, stratasq; esse sciam: ei facile esse ductam opprimere populatores nostros ual-

gor, sine signis, palatos, quò quæq; trahit q̄ uis uana prædæ spes. Numidarum paucorum illi quidem præda erunt: præsidiumq; missum nobis erit: & Nolæ ademeris: si modo quos: ut socios haberes, dignos duxisti: hæud indignos iudicas, quos in fidem receptos ueraris. Ad ea Annibal respondit: omnia simul facere Hirpinos, Samnitesq;: & indicare clades suas: & petere præsidium: & queri in defenso se neglectosq;. Inducendum autem fuisse primum: dein petendum præsidium: postremo ni impetraretur: nam deniq; querendum frustra opem imploratam. Exeratum se non in agrum Hirpinum, Samnitum uel, ne & ipse oneris esset: sed in proxima loca sciorum populi Romani adducturum. ijs populandis et militem suum repleturum se: & metu procul ab ijs summanorum hostes. Quod ad bellum Romanum attineret: si Trasimeni, quàm Trebia, si Cannarum, quàm Trasimeni pugna nobilior esset: Cannarum se quoq; memoriã obscuram maiore & clariore uictoria facturum. Cum hoc respõsõ, numeribusq; amplis legatos dimisit. ipse præsidio modico relicto in Tifanis, profectus, cætero exercitu ire Nolam pergit. Eodem Hanno ex Brutijs cum supplemento Carthagine aduecto, atq; elephantis uenit. ibi castris hæud procul positis, longe alia omnia inquirenti comperta sunt: q̄ quæ à legatis sciorum audierat. nihil enim Marcellus ita gerebat: ut aut fortunæ, aut temere hosti commissum dici posset. explorato enim firmisq; præsidijs tuto receptu præda ueritat: omniaq; uelut aduersus præsentem Annibalem cauta, prouisaq; fuerunt. tñ ubi sensit hoste aduẽtare: copias in amœniã tenuit p muros iambulare senatores Nolanos iussit: & oia circa explorare: q̄ apud hostes fieret. Ex ijs Hanno, cū ad mu-

rum successisset: Herennium Bassum, et Herium Petium ad colloquium euocatos, permissuq; Marcelliegressos, per interpretem alloquitur. Annibalis uirtutem, fortitudinamq; extollit: populi Romani obterit senescentem cū uiribus maiestatem, quæ si paria essent: ut quondam fuissent: tamen expertis quam graue Romanum imperium socijs, quanta indulgentia Annibalis etiã in captiuos omnes Italici nominis fuisset: Punicam Romanæ societatem, atq; amicitiam præoptandam esse. Si ambo consules cum suis exercitibus ad Nolam essent: tamen non magis pares Annibali fuuros: quam ad Cannas fuissent: ne dum prætor unus cum paucis, & nouis militibus Nola tutari possit. Ipsorum magis, quam Annibalis interest: capta, an tradita Nola ponitur. positurum enim: ut Capua Nuceriaq; potius esset. sed quid inter Capua, Nuceriaq; fortunam interesset: ipsos propè in medio sitos Nolanos scire. Nolle ominari quæ captæ urbi cessura forent: sed potius spondere: si Marcellum cum præsidio, ac Nolam tradidissent: neminem alium, quam ipsos, legè, qua in societatem amicitiamq; Annibalis uenirent: dictur.

Ad ea Herennius Bassus respondit. Multos annos iam inter Romanum, Nolanumq; populum amicitiam esse: cuius neutros ad eam diem præciteret. et sibi si cum fortuna mutanda fides fuerat: sero iam esse mutare eam. deditur se Annibali non fuisse accersendum Romanum præsidium. cum ijs, qui ad se uendos uenissent: omnia sibi & esse conscia: & ad ultimum fore. Hoc colloquium abstulit spem Annibali per proditionem recipiendæ Nole. itaq; oppidum corona circumdedit: ut simul ab omni parte mœnia aggredereur. Quem ut successisset muris Marcellus uidit: instructa intra portam acie cum

ma 270

magno tumultu erupit. Aliquot primo impetu percussis, cæcisq; sunt. deinde concursu ad pugnam facto, æquatisq; uiribus, atrox esse cœpit pugna memorabilisq; iter paucas fuisset: ni in genibus procellis effusus imber diremisset pugnantes. Eo die commissio modico certamine, atq; iritatis animis, in urbem Romani, Pœni in castra sese recaperunt. tamen Pœnorum prima eruptione percussis ceciderunt haud plus, quam triginta: Romanorum nullus. Imber continens per noctem totam usq; ad horam tertiam diei insequentis tenuit. itaq; quanquam utraq; pars auda certaminis erat: eo die tamen tenuerunt sese munimentis. tertio die Annibal partem copiarum prædatum in agrum Nolanum misit. Quod ubi animaduertit Marcellus: extemplo in aciem copias eduxit. neq; Annibal detrectauit. Mille ferè passuum inter urbem erat. castraq; eo spatio (& sunt omnia campi circa Nolam) concurrerunt. Clamor ex parte utraq; sublatus proximis ex cohortibus ijs, quæ in agros prædatum exierant: ad prælium iam commissum reuocauit. Et Nolanis acie Romanam auxerunt. quos collaudatos Marcellus in subsidijs stare, & saucios ex acie efferre iussit. pugna abstinerent: nisi ab se signum accepissent. Prælium erat anceps. Summa uis & duces hortabantur: & milites pugnabant. Marcellus uictis ante diem tertium, fugatisq; ante paucos dies à Cumis, pulsus priore anno ab Nola ab eodem se duce, milite alio instare iubet. Non omnes esse in acie: prædantis uagari in agro. sed qui pugnent: marcere Capana luxuria uino, scortis, omnibusq; lustris per totam hyemem confectos. abisse illam uim, uigoremq; dilapsa esse robora corporum animorumq;: quibus Pyrenæi, Alpiumq; superata sint iuga reliquias illorum uirorum

Tit. L.

77

uix arma membraq; sustinenteis pugnare Capuam Annibali Cannas fuisse. ibi uirtutem bellicam, ibi militarem disciplinam, ibi præteritū temporis famam, ibi spem suam extinctam. Cum hæc exprobrando hosti Marcellus suorum militum animos erigeret: Annibal multo grauioribus probris increpabat. Arma, signaq; eadem se aiebat noscere: quæ ad Trebiam, Trasimenumq;, postremo ad Cannas uideri: habueritq; militum alium profectū se in hyberna Capuam duxisse: alium inde eduxisse. Legatum uero Romanum, & legionis unius atq; ala magno certamine uix toleratis pugnam: quos binæ acies consulares nunquam sustinuerunt? Marcellus tyrone milite, ac Nolanis subsidijs fultus nos iam iterum lacescit? Vbi ille meus miles est: qui erepto ex equo C. Flamini consuli caput abstulit? ubi qui L. Paulum ad Cannas occidit? ferrum nunc hebet? an dextera torpent? an quid prodigij est aliud? qui pauci plures uincere soliti estis: nunc paucis plures uix restatis. Romam uos expugnatores, si quis duceret: fortes lingua iactabatis. en nunc minor res est. hic experiri uim, uirtutemq; uolo. expugnate Nolam campestem urbem, non flumine, non mari septam. hinc uos ex tam opulenta urbe præda spolijsq; onusulos uel ducam quò uoletis. uel sequar. Nec bene, nec male dicta profuerunt ad confirmandos animos. Cum omni parte pellerentur: Romanisq; crescerent animi, non duce solum adhortante, sed Nolanis etiam per clamorem fauoris indicem accendentibus ad ardorem pugna: terga Pœni dederunt: atq; in castra compulsi sunt. quæ opus pugnare cupientes milites Romanos Marcellus Nolam reuexit cum magno gaudio, & gratulatione etiam plebis: quæ ante inclinatio ad Pœnos fuerat. Hostium plus

mille caesi eo die: capti mille DC: & signa militaria uide uiginti: & duo elephant: quatuor in acie occasi. Romanorum minus mille interfecti. Postero die in duties datis se peliendo utrinq; caesos in acie, consumpsērunt. Spolia hostium Marcellus Vulcano uotum cremauit. Tertio post die (ob iram credo aliquam, aut spem liberalioris militiæ mille CCLXXII equites misti numida, Hispaniq; ad Marcellum transfugerunt. eorum fortū fideiq; opera in eo bello usi sunt sæpe Romani. Ager Hispanis in Hispania, & Numidis in Africa post bellum uirtutis causa laus datus est. Annibal ab Nola remisso in Brutijs Hannone cum quibus uenerat copijs, ipse Apulia hyberna petit: circaq; Arpos consedit. Q. Fabius ut profectum in Apuliam Annibalem audiuit: frumento ab Nola, Neapoliq; in ea castra conuulso, quæ sup Sueffulam erant: munimentisq; firmatis, et præsidio, quæ per hyberna ad tutandū locum satis esset relicto, ipse Capuam propius mouit castra: agrumq; Campanum ferro, igniq; est depopulatus. donec coacti sunt Campani nihil admodum uiribus suis fidentes egredi portis: & castra ante urbem in aperto communire. Sex millia armatorum habebant: peditum imbellem: equitatu plus poterant. itaq; equestribus prælijs lacescebant hostem. Inter multos nobiles equites câpanos acerrimus erat Tubelius, cognomine Taurea. cuius indem erat, longe omnium Campanorum fortissimus eques: adeo, ut cum apud Romanos militaret: unus eum Romanus, Claudius Asellus gloria equestri æquaret. Hic Taurea cum diu perlustrans oculis obequitasset hostium turmis: tandem facto silentio, ubi esset Claudius Asellus, quæsivit. Quæ uerbis secum de uirtute ambigere solius esset: cur nõ ferro decerneret? daretq;

opima spolia victus? aut victor caperet? Hac ubi Afello nuntiata sunt in castra: id modo morans, ut consulem percontaretur: liceret ne extra ordinem in provocantem hostem pugnare? permissi eius arma extemplo cepit: proiecitusq; ante stationes. equo Tauream nomine compellavit: congregatiq; ubi vellet iussit. Iam Romani ad spectaculum pugnae eius frequentes exierant: & Campani nonnullum modo castrorum, sed moenia etiam urbis prospicientes replerunt. Cum iam ante ferocibus dictis rem nobilitassent: infestis hastis concitarent equos. dein libero spatio inter se ludificantes sine vulnere pugnam extrahabant. Tum Campanus Romano, eorumq; inquit, hoc non equitum erit certamen: nisi è campo in cavam banc viam demittimus equos. ibi nullo ad evagandum spatio, communis conferentur manus. Disto propè citius equum in viam Claudius egit. Taurea verbis ferocior, quàm re, minime sis, inquit. Canterium in fossam? quæ vox in rusticum inde proverbium prodita. Claudius cum ex via longe perequitasset, nullo obvio hoste in campum rursus euectus: increpans ignaviam hostis, cum magno gaudio & gratulatione victor in castra redit. Huic pugnae equestri rem, quam satis certam, communis existimatio est: mirabilem certe, adiungunt quidam annales: cum refugientem ad urbem Tauream Claudius sequeretur: patentè hostium portam inuectum, per alteram suspensibus miraculo hostibus intactum evasisse. Quæta inde statim fuere: ac retro etiam consul movit castra: ut se mentem Campani facerent. nec ante violavit agrum Campanum: quàm iam altæ in segetibus herbae pabuli præbere poterant. id convexit in Claudiana castra super Sueffulam: ibiq; hyberna edificavit. M. Claudio procom

suli imperavit: ut retento Nola necessario ad tuendam urbem præsidio, ceteros milites dimitteret Romanæ: ne oneri socij & sumptui Reipub. essent. Et T. Gracchus à Cumis Luceriam in Apuliam legiones cum duxisset: M. Valerium inde prætorem Brundisium cum eo, quæ Luceria habuerat, exercitum misit: meriq; oram agri Salentini, et providere quod ad Philippum bellumq; Macedonia cum atineret: iussit. Eximæ staturæ eius, quæ hæc gesta perscripsimus: litteræ à Publio, & Cneo Scipionibus venerunt: quantas, quamq; prosperas in Hispaniâ res gessissent: sed pecuniam in stipendium, vestimentaq; & frumentum exercitui, et sociis navalibus omnia deesse. quod ad stipendium attingat: si ararium inops esset: se aliquam rationem iniuros, quomodo ab Hispanis sumant. cetera utiq; ab Roma mittenda esse. nec aliter aut exercitum, aut provinciam teneri posse. Litteris recitatis, nemo omnium erat: qui nec vera scribi, & postulari æqua fateretur. sed occurrebat animis: quâtos exercitus terrestres, navalesq; merentur: quantaq; nova classis: mox paranda esset: si bellum Macedonicum moveretur. Siciliam, ac Sardiniam, quæ ante bellum neglectæ fuissent: vix præsidem provinciarum exercitus alere. tributo sumptus suppeditari. eum ipsam tribusum conferentium numerum tantis exercituum stragibus & ad Trasimenum lacum, & ad Cannas, imminutum: tum qui superessent pauci: si multiplici gravarentur stipendio: alia periculosos peste. itaq; nisi fide stare Respublica: opibus non staturam. Procedendum in concionem Fulvio prætori esse: indicandasq; populo publicas necessitates: cohortandosq;, qui redemptis auxissent patrimonia: ut Reipublica: ex qua crevissent: ad tempus emoderent: conducerentq; ex lege præbenda, quæ ad exer



cū Hispaniensem opus essent: ut cum pecunia in arā  
 rio eēt: ijs primis solueretur. Hæc prætor in concione edi-  
 xit: quā die uestimenta, frumentum, Hispaniensi exerci-  
 tui præbenda, quæq; alia opus essent naualibus socijs: eēt  
 locaturus. Vbi ea dies uenit: ad conducendum tres soci-  
 tates adierant hominum undeuiginti. quorum duo pos-  
 sulata fuere. unum: ne alij triennio eo publicani essent.  
 alterum: ut quæ in naues imposuissent: ab hostium, tem-  
 pestatisq; ui publico periculo essent. Utroq; impetrato, cō-  
 duxerunt: priuataq; pecunia respu. administrata est. Hi  
 mores, eaq; charitas patriæ per omnes ordines, uelut te-  
 nore uno pertinebat. Quem admodum conducta omnia  
 magno animo sunt: sic summa fide præbita: nec quicquā  
 desideratum: ac si ex opulento arario, ut quondam, ale-  
 rentur. Cum hi comæatus uenerunt: Illiur gum oppi-  
 dum ab Asdrubale, ac Magone, & Amilcare Bonilca-  
 ris filio, ob defectionem ad Romanos oppugnabatur. In-  
 ter hæc terna castra hostium Scipiones cum in urbem so-  
 ciorum magno certamine, ac strage obsissentium perue-  
 nissent: frumentum, cuius inopia erat: aduexerunt. cor-  
 hortatiq; oppidanos, ut eodē animo incerta tutarentur:  
 quo pro se pugnantem Romanum exercitum uidiissent:  
 ad castra maxima oppugnanda, quibus Asdrubal præ-  
 erat: ducunt. Eodem & duo duces, & duo exercitus Car-  
 thaginiensium, ibi rem summam agi cernentes, conuene-  
 runt. itaq; eruptione facta è castris pugnatum est. LX.  
 hostium millia eo die in pugna fuerunt: sexdecim circiter  
 Romanis. Tamen adeo haud dubia uictoria fuit: ut plu-  
 res numero, quam ipsi erant: Romani hostium occide-  
 rint: ceperint amplius tria millia hominum, paulomi-  
 nus mille equorum, undexaginta militaria signa: ele-

phantis V in prælio occisis. ternisq; castris eo die poti-  
 ti sunt. Illiurgo obsidione liberato, ad Incibili oppugnan-  
 dum punicū exercitus traducti: suppletis copijs ex provin-  
 cia: ut quæ maxime omnium belli avida: modo præda,  
 aut merces esset: & tum iuuentute abundante. Iterum si-  
 gnis collatis eadem fortuna utriusq; partis pugnatum.  
 Supra XIII millia hostium cæsa: supraq; tria capta,  
 cum signis duobus & XL, & nouem elephantis.  
 Tum uero omnes propè Hispaniæ populi ad Romanos  
 defecerunt. Multoq; maiores ea astate in Hispania, q̄  
 in Italia, res gestæ.

## QUARTVS.

Tex Campania in Brutios redinam  
 est: Hanno adiutoribus & duabus  
 Brutijs Græcas urbes tentauit: eo faci-  
 lius in societate manentes Romana:  
 quod Brutios, quos & oderant: &  
 muebant: Carthaginiesum parís  
 factos cernebant. Rhegium primum tentatum est: dieſq;  
 aliquot ibi nequicquam absumpti. Interim Locrenſes fru-  
 mentum, lignaq;, & cætera neceſſaria uſibus ex agris  
 in urbem rapere etiam: nequid relictum prædæ hoſtibus  
 eſſet: & in dies maior omnibus portis multitudo effun-  
 di. poſtremo ij modo relicti in urbe erant: qui reficere mu-  
 ros ac portas, telaq; in propugnacula congerere cogeban-  
 tur. In permixtam omnium ætatum ordinumq; multitudi-  
 nem, & uagantem in agris magna ex parte inermem  
 Amilcar Pœnus equites emiſit, qui uiolare quenquam ue-  
 titi, tannam ut excluderent ab urbe ſaga diſſipatos: tur-  
 mas obicere. Dux ipſe loco ſuperiore caſtra ponit: unde  
 agros, urbemq; poſſit conſpicere. Brutiorum cohortem  
 adire muros, atq; uocare principes Locrenſium ad collo-  
 quium iuſſit: & pollicentes amicitiam Annibalis, adhor-  
 tari ad urbem tradendam. Brutijs in colloquio nullius  
 rei primo fides e: deinde ut Pœnus apparuit in collibus:  
 & reſurgentes pauci aliam omnem multitudinẽ in pote-  
 ſtate hoſtium eſſe aſſerebant: nam menu uicti conſulatos  
 ſe populum reſponderunt aduocataq; extemplo conſilio  
 ne, cum & leniſſimus quiſq; nouas res, nouamq; ſocietatem

tem mallet: & quorũ propinqui extra urbem intercluſi  
 ab hoſtibus erant: uelut obſidibus datiſ: Pignoranis ha-  
 berent animo: pauci magis taciti probarent conſtantem  
 fidem: quàm probatam ueri auderent: haud dubio in-  
 ſpem conſenſu ſit ad Pœnos deditiõ. L. Attilio præfeſto p-  
 ſidiũ, quiq; cum eo milites Romani erant: clam in portũ  
 deductiſ, atque impoſitiſ in naues, ut Rhegium deuehe-  
 rentur: Amilcarem, Pœnoſq; ea conditione, ut fœdus ex  
 templo æquis legibus fieret: in urbem acciperent. Cuius  
 rei propẽ non ſeruata fides dediõs eſt: cum Pœnus dolo di-  
 miſſum Romanum incuſareſ: Locrenſes profuſiſſe ipſum  
 cauſarentur. Inſecuti etiam equites ſunt: ſi quo caſu in fre-  
 to aſtus morari, aut deferre naues in terram poſſet. et eos  
 quidem, quos ſequebantur: non ſunt adepti. alias à Meſ-  
 ſana traiçientes freto Rhegium naues conſpexerunt. mi-  
 lites erant Romani à Claudio prætore miſſi ad obtinẽ-  
 dam urbem præſidio. itaq; Rhegio extemplo abſceſſum  
 eſt. Locrenſibus iuſſit Annibalis data pax: ut liberi ſuis le-  
 gibus uiuerent: urbs pariter, et portus in poteſtate Locren-  
 ſium eſſet: ſocietas eo iure ſtare: ut Pœnus Locrenſem,  
 Locrenſiſq; Pœnum pace ac bello iuaret. Sic à freto Pœ-  
 ni reducti, frementibus Brutijs: quod Rhegium, ac Lor-  
 cros, quas urbes direpuros ſe deſtinauerant: intactas re-  
 liquiſſent. Itaq; per ſe ipſi conſcriptiſ armatiſq; iuuentutiſ  
 ſuæ XV millibus, ac Crotoneum oppugnandum per-  
 gunt ire, Græcam & ipſam urbem, & mariamã: pluri-  
 mum acceſſurum, ſi in ora maris portum ac urbem me-  
 nibus ualidam tenuiſſent: credentes. Ea cura angebat:  
 quod neq; non accereſere ad auxilium Pœnos ſatis aude-  
 bant: nequid nõ pro ſocijs egriſſe uiderentur: & ſi Pœnus  
 ruruſ magis arbiter pacis, quàm adiutor belli fuiſſet: nõ

in libertatem Crotonis, sicut ante Locrorum, frustra pugnareur. itaq; optimum uisum est: ad Annibalem miti legatos: caueriq; ab eo: ut receptus Croto Brutiorū esset. Annibal cum presentium eam consultationem esse respondisset: & ad Hannonem eos reiecisset: ab Hannone nihil certū allatum. nec enim diripi uolebant nobilem, atque opulentam urbem: & sperabat: cum Brutius oppugnaret: Pœnos nec probare, nec iurare eam oppugnationem, appareret: eo maturius ad se defecturos. Crotonē nec consilium unum inter populares, nec uoluntas erat. Unus uelut morbus inuaderat omnes Italiæ ciuitates: ut plebes ab optimatibus dissentirent: senatus Romanis faueret: & plebs ad Pœnos retraheret. Eam dissensionem in urbe per se fuga nuntiat Brutius. Aristomachum esse principem plebis, tradendæq; authorem urbis: & in uasta urbe, lateq; omnibus disiectis mœnibus, paruas stationes custodiasq; senatorum ac plebis esse. quacumq; custodiant plebis homines eà patere adiunm. Authorem ac duce per se fuga Brutij corona cinxerunt urbem: acceptiq; à plebe primo impeu omnia, præter arcem, capere. Arcem optimates tenebant: præparato iam ante ad talem casum per se fugio. Eodem Aristomachus per se fugit: tãquam Pœnis, non Brutijs authorem urbis tradendæ fuisset. Urbs Croto murum in circuitu patentem XII millia passuum habuit ante Pyrrhi in Italiam aduentum. post uastitatem eo bello factam uix pars dimidia habitabatur. flumen, quod medio oppido fluxerat: extra frequentia tectis loca præterfluebat muros, procul ijs, qui in habitabantur. sex millia aberat ab urbe nobile templum, ipsa urbe nobilissimis Lacinia Iunonis, sanctum omnibus circa populis. lucus ibi frequentissylua, & proceris abietis arboribus sit

pius, lata in medio pascua habuit: ubi omnis generis sacrum dea pascubatur pecus sine ullo pastore: separatumq; egressi cuiusque generis greges nocte remeabant ad stabula, nunquam infidijs ferarum, non fraude uiolati hominum, magni igitur fructus ex eo pecore capiti: columbinaq; inde aurea solida facta, & sacrata est. inclinatq; templum diuitijs etiam, non tantum sanctitate fuit. Ad miracula aliqua affinguntur plerumq; tam insignibus locis. Fama est: aram esse in uestibulo templi: cuius cœnerem nullus unquam moueat uentus. Et arx Crotonis una parte imminens mari, altera uergente in agrum, situ tantum naturali quondam munita: postea & muro cincta: quæ per auersas rupes ab Dionysio Siciliæ tyranno per dolum fuerat capta. Eam non arcem satis, ut uidebatur, uitam Crotoniatum optimates tenebant: circumfidente cum Brutijs eos etiam plebe sua. Postremo Brutij, cum suis uiribus inexpugnabilem uiderent arcem: coacti necessitate Hannonis auxilium implo rant. Is conditionibus ad deditionem compellere Crotoniatas conatus, ut coloniam Brutiorum eò deduci, anti quamq; frequentiam eorum recipere uastam ac desertam bellis urbem paterentur: omnium neminem, præter Aristomachum mouit. moriueros se affirmabant citius: quam immisti Brutijs alienos riuos mores, legesq;, ac mox linguam etiam uerterentur. Aristomachus unus, quando nec suadendo ad deditionem satis ualebat nec sicut urbem prodiderat: locum prodendæ arcis inueniebat, transfugit ad Hannonem. Locrenses breui post legati cum permissu Hannonis arcem intrassent: persuadent: ut traducit se in Locros paterentur: nec ultima experiri uellent. ita hoc ut sibi liceret, impetrauerant & ab Annibale.

missis ad id ipsum tum legatis. Ita Crotonæ excessum est: deductiq; Crotoniata ad mare naues conscendunt. Locros omnis multitudine abeunt. In Apulia ne hyems quidem quieta inter Romanos, atq; Annibalem erat. Luceria Sempronius consul, Annibal haud procul Arpis habebat. Inter eos leuia prelia ex occasione, aut opportunitate huius, aut illius, partis oriebantur: meliorq; eia Romanus, & in dies cauior, tutiorq; ab insidijs fiebat. In Sicilia Romanis omnia mutauerat mors Hieronis, regnumq; ad Hieronymum nepotem eius translātū, puerum, uix dū libertatem, ne dum dominationem modice laurum. Late id ingenium tutores, atq; amici ad præcipitandum in omnia uita acceperunt. Quæ ita futura cernēs Hiero, ul̄tima senecta uoluisse diciur liberos Syracusas relinquere: ne sub dominam puerili per ludubrium bonis artibus partium firmatumq; interiret regnū. Hinc consilio eius summa ope obstitere filia: nomen reginæ pueri puerum futurum rata, regimen rerum omnia penes se, uirosq; suos, Andronodorum, & Zoilum: nā ij tutorum primū relinquebantur. Non facile erat nona gesimū iam agentū ānū, circūfesso dies noctesq; muliebribus blanditijs liberare animum: & conuertere ad publicam priuatam curam. Itaq; tutores numero quindecim puero reliquit. quos precatus est moriens: ut fidem erga populū Romanum quinquaginta annos ab se cultam inuiolatā seruarent: iuuenemq; suis potissimū uestigijs insistere uelent: disciplinæq; in qua edoctus esset. Post hæc mādātū cum expirasset: tutores prodeunt. testamento prolato, pueroq; in concionem producto, (erat autem XV tūc ferme annorū) paucis, qui per concionem ad excitandos clamores dispositi erant: approbantibus testamentum, ceteris

uelut patre amisso in orba ciuitate omnia timentibus, si nus sit regium magis amore ciuium & charitate, quam cura suorū celebre. Deinde ceteros tutores summonet Andronodorus: iuuenem iam esse dictitans Hieronymū, ac regni potentem: deponendoq; tutelam, quæ ipsi cū pluribus cōmunis erat: in se unum omnium uires conuertit. Vix quidem ulli bono, moderatoq; regi facilis erat fauor apud Syracusanos, succedenti tanta charitate Hieronis. uerum enim uero Hieronymus, uelut suis uitijs desiderabile efficere uellet auum: primo statim conspectu omnia q̄ disparia essent, ostendit. nam qui per tot annos Hieronem, filiumq; eius Gelonem, nec uestis habitu, nec alio ullo insigni differentes a ceteris ciuibus uidissent: & confluxere purpuram, ac diadema, ac satellites armatos: quadrigisq; etiam alborum equorum interdū ex regia procedentem, more Dionysij tyranni. Hunc tam superbum apparatus, habitumq; conuenientes se quebantur mores: contempus omnium hominum, superba aures, contumeliosa dicta, aditus non alienis modo, sed tutoribus etiam difficilis, libidines nouæ, inhumana crudelitas. itaq; tāus omnes terror inuaserat: ut quidam ex tutoribus aut morte uoluntaria, aut fuga præuertent meum suppliciorū. Tres ex ijs, quibus solis aditus in domum familiarior erat: Andronodorus & Zoilus, generi Hieronis, & Thraso quidam, de alijs quidem rebus haud magnopere audiebantur. Tendendo autē duo ad Carthaginenses, Thraso ad societatem Romanā, certamine ac studijs interdum in se conuertebant animū adolescentis. Tū Coniuratio in tyranni caput facta indicatur per Calonē quemdam æqualem Hieronymi, & iam inde à puero in oīa familiaritaturā assueum. Index unū ex coniuratis Theo-

dorum, à quo ipse appellatus erat: nominare ponit. qui comprehensus extemplo, traditusq; Andronodoro torquendus, de se ipse haud cunctanter passus, confcios calabat. postremo cum omnibus intolerandis patientiæ humane cruciatibus laceraretur: uictum malis se simulans auerit ab conscijs in insontes indicium: Thrasonem esse authorem consilij mentatus. nec nisi tam potentè duce confisos, rem tantam ausuros. ab latere inde eos nominat tyranni: quorum capita uilissima fingent inter dolores, gemiasq; occurrere. Maxime animo tyranni credibile indicium Thraso nominatus fecit. itaq; extemplo tradiur ad supplicium, adiectiq; poenæ cæteri iuxta insontes. Confsciorum nemo, cum diu socius consilij torqueretur: aut latuit: aut fugit. tantum illis in uirtute ac fide Theodori fiducia fuit: utrumq; ipsi Theodoro uirum ad arcana occultanda. Itaque, quod unum uinculum cum Romanis societatis erat: Thrasone sublato è medio, extemplo haud dubie ad defensionem res spectabat. legatiq; ad Annibalem missi: ac remissi ab eo cum Annibale nobili adolescentulo, Hippocrates & Epicides, nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis exule amo, Pœni ipsi materno genere. per hos iusta societas Annibali, ac Syracusano tyranno. nec inuito Annibale apud tyrannum manserunt. Ap. Claudius prætor, cuius Siciia provincia erat: ubi ea accepit: extemplo legatos ad Hieronymum misit. qui cum sese ad renouandam societatem, quæ cum amo fuisset: uenisse dicerent: per ludibrium auditi, dimissiq; sunt ab quærente per iocum Hieronymo: quæ fortuna eis pugne ad Cannas fuisset. mirabilia enim legatos Annibalis narrare. uelle quid ueri sit scire: ut ex eo utram spem sequatur, consilium capiatur. Romani, cum serio legationes audire cœpisset: redi-

uros se ad eum dicentes esse, monito magis eo, quæ rogato, ne fidem temere mutaret: proficiscuntur. Hieronymus legatos Carthaginē misit ad fœdus ex societate cum Annibale faciendum. Pacto conuenit: ut cum Romanos Siciia expulissent: (id autem breui fore si naves, atq; exercituum misissent) Hiera amnis, qui fermè insulam diuidit: finis regni Syracusani, ac Punicæ imperij esset. Aliam deinde inflatus assentationibus eorum qui eum non Hieronis tantum, sed Pyrrhi etiam regis materni amicum uidebant memimisse: legationem misit: qua æquum censebat: Siciiam sibi omnem cedi: Italia imperium proprium queri Carthaginensi populo. Hanc leuitatem ac iactationem animi neq; mirabantur in iuuenè furioso: neq; arguebant: dummodo auerterent eum ab Romanis. Sed omnia in eo præcipua ad exitum fuerunt. nam cum præmissis Hippocrate, atq; Epicide cum binis millibus armatorum ad tentandas urbes, quæ præsidijs tenebantur Romanis: & ipse in Leontinos cum cætero omnè exercitum (erant autem ad XV millia pedum equitumq;) profectus esset: liberæ aed coniuati (& omnes forte militabant) imminentes uia angustæ, qua descendere ad forum rex solebat: sumperunt. ibi cum instructi armatiq; cæteri transiunt expectantes starent: unum ex eis (Indiemini fuit nomen) quia custos corporis erat: partes datae sunt: ut cum appropinquaret ianua: rex: per causam aliquam in angustijs sustineret ab tergo agmen. Ita, ut conuenerat factum est. tanquam laxaret elatum pedem abstricto nodo, moratus urbem in diemnes, tantum interualli fecit: ut cum in præteritum sine armatis regem impetus fieret confoderetur aliquot prius uulneribus: quæ succurri posset. Clamore et tumultu

in audito, in Indigeminem iam haud dubie obstantem tela coniunguntur. isq; tamen, duobus acceptis vulneribus, euasit, fuga satellitum, ut iacentem uidere regem: facta est. interfectores pars in forum in multitudinem laetam libertate, pars Syracusas pergunt ad poccupada Andronodori, regionumq; aliorum consilia. Incerto rerum statu, Ap. Claudius bellum oriens ex propinquo cum cerneret: senatum literis certiorum fecit: Siciliam Carthaginiensi populo, & Annibalem conditari. ipse aduersus Syracusana consilia prouinciam, regniq; fines, omnia conuertit praesidia. Exitu anni eius Q. Fabius ex auctoritate senatus Puteolos, per bellum cepit frequentari eorum, comonuit: praesidiumq; imposuit. inde Romam comitiorum causa ueniens, in eum, quem primum diem comitialem habuit: comitia edixit: atq; ex itinere praeturbem in campum descendit. Eo die cum fors praerogatiuae ante iuniorum exisset: eaq; T. Octacilium, & M. Aemilium Regulum consules diceret: tum Q. Fabius silentio facto talioratione est usus. Si aut pacem in Italia, aut bellum cum eo hoste haberemus: in quo negligentia, aut errori locus esset: qui uestris studijs, qua in campum ad mandandos quibus uelitis honores affertis: moram ullam offerret: is mihi patrum meminisse uideretur uestra libertatis. sed cum in hoc bello cum hoc hoste nunquam ab ullo duce sine ingenti nostra clade erratum sit: eadem nos cura, qua in aciem armati descenditis: inire suffragium ad creandos consules decet: & sibi sic quenaq; dicere. Annibali imperatori parem consulens nomino. Hoc anno ad Capuam Inbellio Tauræ Campano summo equid prouocanti summus Romanus eques Aellus Claudius oppositus. Aduersus Gallum quondam prouocantem in

ponte

ponte anienis Manlium fidentem & animo & uiribus mure re maiores nostri. Ob eandem causam haud multis annis post fuisse non negauerim: cur M. Valerio arma capienti non dissideretur, aduersus similiter prouocantem Gallum ad certamen. Quemadmodum pedites, equitesq; optamus ut ualidiores, si minus, ut pares hosti habeamus: ita duci hostium parem imperatorem queramus. Cum qui est summus in ciuitate dux: eum legerimus: tum repente lectus, in annum creatus aduersus ueterem ac perpetuum imperatorem com parabitur, nullis neq; temporis, neq; iuris inclusum angustijs: quo minus ita omnia gerat: administretq;: ut tempora postulat bellicis. nobis autem in apparatijs, ac tantum inchoantibus res, annus circumagitur. Quoniam quales uiros creare uos consules deceat, satis est dictum: restat ut pauca de eis, in quos praerogatiuae fauor inclinauit: dicam. M. Aemilius Regulus flauus est Quirinalis: quem neq; mittere a sacris, neq; retinere possumus: ut non deum, aut belli deseramus curam. Octacilius sororis meae filiam uxorem, atq; ex ea liberos habet. ceterum non ea uestra in me, maioresq; ueos merita sunt: ut non potiorum priuatis necessitudinibus Rempub. habeam. Quilibet nauarum, ueterumq; tranquillo mari gubernare potest. ubi saeva orta tempestas est: ac turbato mari apertu uento nauis: tum uiro, et gubernare opus est. Non tranquillo nauigamus: sed iam aliquot procellis submersi pene sumus. itaq; qd ad gubernacula sedeat: summus cura prouidentium, ac praecauendum nobis est. In minore re experit T. Octacili operam tuam sumus. haud sanè, cur ad maior tibi fidamus: docuerunt quicquam dedisti. Classem hoc anno, cui tu praesisti: trium rerum causa parauimus: ut Afris

Tit. L.

co

ca oram popularentur: ut tuta nobis Italia litora essent: ante omnia, ne supplementum cum stipendio, comineatq; ab Carthagine Annibali transportaretur. Create consulem T. Octacilium: non dico si omnia hæc; sed si aliquid eorum Reip. præstint. Sin autem te classem obtinente, et uelut placato mari qualibet Annibali tuta atq; integra ab domo uenerunt: si ora Italia infestior hoc anno, quam Africa fuit: quid dicere potes: cur te potissimum ducem Annibali hosti opponant? Si consul esses: dictatorem dicendum exemplo maiorum nostrorum censeremus: nec tu id indignari posse: aliquem in ciuitate Romana meliore bello haberi, quam te. magis nullius interest, quam tua T. Octacili: non imponi ceruicibus tuis onus: sub quo concidas. Ego magnopere suadeo: eodem animo, quo, si stantibus uobis in aciem armatis repente deligendi duo imperatores essent: quorum ductu atq; auspicio dimicaretis: hodie: quoq; consules creetis: quibus sacramenta liberi nostri dicant: ad quorum edictum conueniant: sub quorum tutela atq; cura militent. Lacus Trasimenus, & Cannæ, triste ad recordationem exemplar: at ad præcauendum simile, utiles documento sunt. Prorogatiua iuniorum in suffragium reuocata, cum T. Octacilius ferociter eum continuare consulatum uelle uociferaretur: atq; obstreperet: licitores ad eum accedere consul iussit. & quia in urbem non inierat, profinus in campum ex itinere profectus: admonuit: cum securibus sibi fasces præferri. Interim prorogatiua suffragium inuit: creantq; in ea consules Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium. eosdem consules cætere centuriæ sine uariatione ulla dixerunt. & prætor unus reffectus, Q. Fuluius Flaccus nom. alij creati: T. Octacilius Crassus iterum, Q. Fabius consulis filius,

qui tum adilis curulis erat: P. Cornelius Lentulus. Comitius prætorum perfectis, S. C. factum est: ut Q. Fuluius extra ordinem urbana prouincia esset: isq; potissimum consulibus ad bellum profectis, urbi præesset. Aquæ magna, & niues eo anno fuerunt: Tyberisq; agros inuundauit cum magna strage tectorum, pecorumq; & hominum perniciæ. Quinto anno secundi Punici belli Q. Fabius Maximus quartum, M. Claudius Marcellus tertium, consulatum ineuntes plus solito conuerterant in se ciuitatis animos. multis enim annis tale consulum par non fuerat. Referebant senes: sic Maximum Rullum cum P. Decio ad bellum Gallicum, sic postea Papyrium, & Caruilium aduersus Samnites, Brutiosq; & Lucanum cum Tarentino populum, consules declaratos. Absens Marcellus consul creatus: cum ad exercitum esset. præsentia Fabio, atq; ipso comitiâ habente, consulatus continuatus. Tempus, ac necessitas belli, ac discrimen summæ res faciebant: ne quis aut in exemplum exquireret: aut suspexitum cupiditatis imperij consulem haberet. quin laudabant potius magnitudinem animi: quod cum summo imperatore esse opus Reip. sciret: seq; tum haud dubie esse: minoris inuidiam suam, si qua ex re oriretur: quam utilitatem Reipub. fecisset. Quo die magistratum inierunt consules: senatus in Capitolio est habitus: decretumq; omnium primum: ut consules sortirentur: compararentq; inter se: uter censoribus creandis comitiâ haberet: prius quam ad exercitum proficisceretur. Prorogatum deinde imperium omnibus: qui ad exercitus erant: iussiq; in prouincijs manere: T. Gracchus Luceriæ: ubi cum uolunum exercitum erat: C. Terentius Varro in agro Piceno M. Pomponius in Gallico. ex prætoribus prio

ris anni proprætor Q. Mutius obtineret Sardiniam: M. Valerius ad Brundisium oræ maritimæ, intentus aduersus omnes motus Philippi Macedonum regis præfesset. P. Cornelio Lentulo prætori Sicilia decreta prouincia: T. Octacilio classis eadem: quam aduersus Carthaginenses priore anno habuisset. Prodigia eo anno multa nuntiata sunt. quæ quo magis credebant simplices ac religio si homines: eo etiam plura nuntiabantur. Laruni in æde inuis, Sospitæ Iunonis cornos nidum fecisse. In Apulia palmam uiridem aruisse. Mantua stagnum effusum Mincio anni cruentum uisum. Et Calibus creta, et Romæ in foro Boario sanguine pluisse. Et in uico Istriæ fontem sub terra tanta uis aquarum fluxisse: ut ferias, doliq; quæ in eo loco erant: prouoluta uelut impens torrentis uiderit. Tassa de cælo, atrium publicum in Capitolio, ædem in campo Vulcani, nucem in Sabinis, publicamq; uiam, nurium, ac portam Ganisiam. Alia uulgata miracula erant. Hastam Martis Præneste sua sponte promotam. Bouem in Sicilia locutum. Infantem in utero matris in Marrucinis, Io triumphæ, clamasse. Ex uuliere Spoletæ uirum factum. Hadriæ aram in cælo, spectesq; hominum circum eam cum candida ueste uisas esse. Quin Romæ quoq; in ipsa urbe secundum apum examen in foro uisum. quod mirabile est: quia rarum. Assirmantes quidam legiones se armatas in Ianiculo uidere, concitauerunt ciuitatem ad arma. qui cum in Ianiculum inuisent: negarunt quæquam ibi, præter assuetos collis eius cultores, apparuisse. Hæc prodigia hostijs maioribus procurata sunt ex aruspicum responso: & supplicatio omnibus dijs, quorum puluinaria Romæ sint, indicta est. Præparatis, quæ ad pacem deum pertinebant: de Repu-

belloq; gerendo, & quantum copiarum, & ubi quæq; essent, consules ad Senatum reuulerunt. Duodeuiginti legio nibus bellum geriplacuit: binas consules sibi sumere: binis Galliam, Siciliamq; ac Sardiniam obtineri: duabusq; Q. Fabium prætorè Apulia, duabus Volonum T. Gracchum circa Luceriam præfesse: singulas C. Terentio proconsuli ad Picenum, & M. Valerio ad Classem circa Brundisium, & duas urbi præsidium relinqui. Hic ut numerus legionum expleretur: sex nouæ legiones erant scribendæ. Eas primo quoq; tempore consules scribere iussit: & classem parare: ut cum eis nauibus, quæ pro Calabria litoribus in statione essent: C. L. longarum nauium classis eo anno expleretur. Delectu habito, et nauibus nauis deductis, Q. Fabius comitia censoribus creandis habuit. creati M. Attilius Regulus, & Publius Furius Philus. Cum increbresceret rumor: bellum in Sicilia esse: T. Octacilius eò cû classe proficisci iussus est. Cû deessent nauis: consules ex senatus consulto edixerunt: ut qui L. Æmilio, C. Flaminio censoribus, millibus aris quinquaginta ipse, aut pater eius census fuisset usq; ad centum millia: aut cui postea res tanta esset facta: nauis unum cum sex mensuum stipendio daret. qui supra centum millia usq; ad CCC millia: tres nauis cum stipendio annuo. qui supra trecenta millia usq; ad decies aris: quinq; nauis: qui supra decies: septem. senatores octo nauis cû annuo stipendio darent. Ex hoc edicto dati nauis armati, instructiq; ab dominis cum triginta dierum coctis cibarijs naues conscenderunt. Tum primum est factum: ut Classis Romana socijs naualibus priuata impensa paratis completeretur. Hic maior solito apparatus præcipue conterruit Campanos: ne ab obsidione Capuæ bellum



ei us anni Romani inciperent. itaq; legatos ad Annibalē oratum miserunt: ut Capuam exercitum admoueret. ad eam oppugnandam nouos exercitus scribi Romæ: nec ulius urbis defectioni magis infensos eorum animos esse. Id quia tam trepidi nuntiabant: maturandum Annibalanis, ne præuenirent Romani: profectus Arpis ad Tifuram in ueteribus castris super Capuam confedit. inde Numidius, Hispanisq; ad praesidium simul castrorum, simul Capuæ relicti, cum cætero exercitu ad lacum Auerni speciem sacrificandi, re ipsa, ut tentaret Puteolos: quicq; ibi praesidio erant: descendit. Maximus, postquam Annibalem Arpis profectum, & regredi in Campaniam, allatum est: nec die, nec nocte intermisso itinere, ad exercitum redit: & T. Gracchum ab Luceria Beneuentum copias admouere: Q. Fabium prætorum (is filius consulis erat) Luceriā Graccho succedere iubet. In Siciliam eodem tempore duo prætores profecti: P. Cornelius ad exercitum: Octavianus: q; maritimæ oræ, reiq; nauali præses. & ceteri in suas quisq; prouincias profecti. Et quibus prorogatum imperium erat: easdem quas priore anno, regiones obtinuerunt. Ad Annibalē, cū ad lacum Auerni eēt: quinque nobiles iuuenes ab Tarēto uenerunt: partim ad Trasimennū lacum, partim ad Cannas capti, dimissiq; domos cū eadē comitate, qua usus aduersus omnes Romanorū socios Pænnus fuerat. Ii memores beneficiorum eius perpulisse magnam partem se iuuentutis Tarentinæ referunt: ut Annibalē amicitiā ac societatem, quam populi Romani molent: legatosq; ab suis missos rogare Annibalem: ut exercitum propius Tarētum admoueat. si signa eius, si castra conspecta à Tarento sint: haud ullam intercessuram moram, quin urbs dedatur. in potestate iuniorum plebei,

in manu plebis rem Tarentinam esse. Annibal collaudatos eos, oneratosq; ingentibus promissis domum ad cœpta maturanda redire iubet: se in tempore affuturum esse. Hac cum spe dimissi Tarentini. Ipsum ingens cupido inrefferat Tarenti potuendi. urbem esse uidebat cum opulentam nobilemq; tum maritimam, & in Macedoniam opportune uersam: regemq; Philippum hunc portum, si trāsiret in Italiam: cum Brundisium Romani haberēt: periturum. Sacro inde perpetrato, ad quod uenerat: & dū ibi moratur, puastato agro Cumano usq; ad Miseni promontorium, Puteolos repente agmen conuertit ad opprimendum praesidium Romanum. Sex millia hominum erant: & locus munimento quoq; non natura modo tutus. Triduum ibi moratus Pænnus, ab omni parte tentato praesidio. deinde, ut nihil precedebat: ad populandum agrum Neapolitanum magis ira, quam potuenda urbis spe processit. Aduentu eius in propinquum agrum Nolanam mota est plebs, iamdiu auersa ab Romanis, & infesta senatui suo. itaq; legati ad accerendum Annibalē cū haud dubio promisso tradendæ urbis uenerunt. Præuenit inceptum eorum Marcellus consul à primoribus accitus. die uno Sessulam à Calibus, cum Vulturinus amnis traiecientem morante eēt: contenderat. inde proxima nocte sex millia pedum, equitesq; CCC, qui praesidio senatui essent: Nolam introrūsit. & uti à consule omnia impigre facta sunt ad praoccupandam Nolam: ita Annibal tempus terebat: bis iam ante nequicquam tentata re segnior ad credendum Nolanis factus. Iisdem diebus & Q. Fabius consul ad Casilinum tentandum, quod praesidio Punico tenebatur: uenit. Et ad Beneuentum uelut ex composito parte altera Hanno ex Bru-

tijs cum magna pedum equitumq; manu, altera T. Gracchus ab Luceria accessit. qui primo oppidum intravit, deinde, ut Hannonem tria millia ferme ab urbe ad Calorem fluvium castra posuisse, & inde agrum populari audivit: & ipse egressus manibus mille ferme passus ab hoste castra locat: ibiq; concionem militum habuit. Legiones magna ex parte uolontum habebat: qui iam alterum annum libertatem tacite mereri, quam postulare palam maluerant. scelerat tamen hybernis egrediens murmur in agmine esse querentium: nunquam ne liberi militari essent? scripseratq; senatui, non tam quid desiderarent: quam quid meruissent. bona, fortiaq; opera eorum se ad eam diem usum: neq; ad exemplum iusti militis quietam eis, præter libertatem, desisse. De eo permixtum ipsi erat: faceret quod è Rep. duceret esse. Itaq; prius q; cum hoste manum confereret: pronuntiat: tempus uenisse eis libertatis, quam diu sperassent: potiusdæ. postero die signis collatis dimicaturum puro ac patenti campo: ubi sine ullo insidiarum metu uera uirtute geri res posset. Qui caput hostis retulisset: eum se extemplo liberum iussurum esse. qui loco cessisset: in eum seruili supplicio animaduersurum. Suam cuiq; fortunam in manu esse. libertatis auctorem eis non se fore solum: sed consuleni M. Marcellum, & uniuersos patres: qui consulti ab se de libertate eorum sibi permisissent. Litteras inde consulis, ac senatus consulum recitauit. Ad quæ clamor cum ingenti assensu è sublatam. pugnam posebant: signumq; ut daret extemplo, ferociter instabant. Gracchus prælio in postero die pronuntiato, concionem dimisit. Milites latè, præcipue quibus merces nauatæ in unum diem opæ libertas futura erat: animis expediendis quod reliquum diei fuit, consumperunt.

postero die ubi signa cœperunt canere: primi omnium parati, instructiq; ad prætorium conueniunt. sole orto Gracchus in aciem copias eduxit. Nec hostes moram dimicandi fecerunt. Decem & septem millia pedum erant, maxima ex parte Brutij, ac Lucani: eques M. CC. inter quos paucam admodum Italicam: ceteri Numidæ ferè omnes, Mauri q;. Pugnatum est & acriter, & diu. quatuor horis neutro inclinata est pugna. nec alia magis Romanum impediēbat res: quam capita hostium prætia libertati facta. nam ut quiq; hostem impigre occiderat: primum capita ægre inter urbem tumultumq; abscondendo tempus terebat: deinde occupata dextra tenēdo caput, fortissimus quisq; pugnator esse desierat. Quod ubi tribuni militum Graccho nuntiauerunt: neminem stantem iam uulnerari hostem: carnificari acētes: & in dextris militum pro gladijs humana capita esse: signum dari propere iussit: proiicerent capita: inuaderentq; hostem. claram satis, & insignem uirtutem esse: nec dubiam libertatem futuram strenuis uiris. Tum redimite grata pugna est: & eques etiā in hostem emissus. Quibus cum impigre Numidæ concurrissent: nec segnius equitum, q; pedum pugna esset: iterum in dubium adducta res: cum utrinq; duces, Romanus Brutium, Lucanumq; toties à maioribus suis uictos subactosq;, Pœnus mancipia Romana, & ex ergastulo militem uerbis obtereret. Postremo pronuntiat Gracchus: esse nihil, quod de libertate sperarent. nisi eo die fusi, fugatiq; hostes essent. Ea demum uox ita animos accendit: atque renouato clamore uelut alij repente facti, tanta uis se in hostem inuulerunt: ut sustineri ultra non possent. Primo ante signani Pœnorum deinde signa perturbata: postremo tota impulsæ acies: ide haud dubie terga data. ruuntq; fr/

gentes in castra adeo pauidi trepidiq; : ut ne in portis quidem, aut uallo quisquam resisterit: ac propè continenti agmine Romani insecuti, nouum de integro praelium inclusi hostium uallo ediderint. Ibi sicut pugna impeditior in angustijs, ita cædes atrocior fuit. Et adiuuere capiti, qui apto inter tumultum ferro conglobati, Et à tergo ceciderunt Pœnos: Et fugam impediuerunt. itaque minus duo millia hominum ex tanto exercitu, Et ea maior pars equitum cum ipso duce effugerunt. alij omnes capti: aut capti. capta Et signa duodequadraginta. Ex uictoribus duo millia ferme cecidere. præda omnis, pter quam hominum captorum, militari concessa est. Et pecus ex captum est: quod intra dies triginta domini cognouissent. Cum præda honesti in castra redissent: quatuor millia ferme uolonum militum, qui pugnauerant segnius: nec in castra irruperant simul: metu pœnæ collem hard procul castris cæperunt. postero die per tribunos militum inde deducti, concione militum aduocata à Graccho, siu perueniunt. Vbi cum proconsul ueteres milites primum prout cuiusque uirtus atque opera in ea pugna fuerat: militaribus donis donasset: nunc quod ad uolones attineret: omnes ait malle laudatos à se, dignos, indignosq;, quam quenquam eo die castigatum esse. quod bonum factum scilicet: Reipub. ipsiq; esset: omnes eos liberos esse iubere. Ad quam uocem cum clamor ingenti alacritate subleuasset: ac nunc complexi inter se, gratulantesq;, nunc manus ad cælum tollentes bona omnia populo Romano, Gracchoq; ipsi precarentur: tum Gracchus, prius quam omnes iure libertatis æquasset: inquit: neminem nota stre nui, aut ignaui militis notasse uolui. nunc exsoluta iâ fide publica, ne discrimè omne uirtutis, ignauiæq; pereat:

nomina eorum, qui delectata pugna memores secessionem pauloante fecerunt: referri ad me iubebo: citatos que singulos iureiurando adigam: nisi quibus morbus causa erit: non aliter, quam stantes cibum potumq;, quoad stipendia facient: capturos esse. Hanc mulctam ita æquo animo ferentis: si reputabitis: nulla ignauiæ nota leniore uos designari potuisse. Signum deinde colligendi uasa dedit: militesq; prædam portantes agentesq; per lasciuam ac iocum ita ludibundi Beneuentum rediere: ut ab epulis celebri festoq; die actis, non ex acie reuerenti uiderentur. Beneuentani omnes turba effusa cum obuiam ad portas exissent: complecti milites: gratulari: uocare in hospitium. Apparata conuiuia omnibus in proptulo adiuum fuerant: ad ea inuitabant: Gracchumq; orabant: ut epulari permitteret militibus. Et Gracchus ita permisit: in publico epularentur omnes. Ante suas quisque fores prolata omnia. pileati, aut lana alba uelatis capitibus uolones epulati sunt, alij accubantes, alij stantes: qui simul ministrabant: uescebanturq;. Digna res uisu: ut simulacrum celebrati eius diei Gracchus, postquam Romam redijt: pingi iuberet in æde Libertatis: quam pater eius in Auentino ex mulctantiâ pecunia faciendam curauit: dedicauitq;. Dum hæc ad Beneuentum geruntur: Annibal depopulatus agrum Neapolitanum ad Nolam castra mouet. Quem ubi aduentare consul sensit: Pomponio propretore cum eo exercitu, qui super Suessulam in castris erat: accitoto, ire obuiam hosti parat: ne moram dimicandi faceret. Claudium Neronem cum robore equitum silentio noctis per auersam maxime ab hoste portam emittit: circumuectumq; occulte subsequi sensim agmen hostium

iubet: & cum eorum prælium uideret: ab tergo se obijcere. Id errore uiarum, an exiguitate temporis Nero exequi non potuerit: incertum est. Absente eo cum prælium commissum esset: superior quidem haud dubie Romanus erat, sed quia equites non affuerunt in tempore: ratio compositæ rei turbata est. Non ausus insequi cedentes Marcellus, uincens suis signum receptui dedit, plus tamen duo millia hostium eo die caesa traduntur: Romanorum minus CCCC. Solis ferè occasu Nero diem noctemq; nequicquam fatigans equis hominibusq;, ne uiso quem hoste rediens adeo grauius est ab consule increpatus: ut per eum stetit diceret: quo minus accepta ad Cannas redderetur hosti clades. Postero die Romanus in aciem descendit. Pœnis tacita etiã confessione uictus castris se tenuit. Tertio die silentio noctis, ommissa spe Nolæ uindæ, rei nunquam prospere tentatæ, Tarentum ad certiores spes proditiõnis proficiscitur. Nec minore animo res Romanæ domi, quàm militiæ gerebantur. Censures uacui ab operum locandorum cura, propter inopiã ararij, ad mores hominum regendos animum aduertit castigandaq; uitia: quæ, uelut diutinis morbis ægra corpora ex sese gignunt: nata bello erant. Primum eos citauerunt: qui post Cannensem pugnam Remp. deseruissè, Italiaq; excessisse uelle dicebantur. princeps eorum L. Cœlius Metellus: qui quæstor tum forte erat. iussu deinde eo, ceterisq; eiusdem noxæ reis cãm dicere, cum purgari uisissent: pronuntiarunt uerba, orationemq; eos aduersus Remp. habuisse: quo coniuratio deserendæ Italiae causa fieret. Secundum eos citati nimis callidi exoluendi iurisperiti di interpretes: q captiuorum ex itinere regressi clam in castra Annibalis, solutũ, quodiur auerant redimros: re-

bantur. His, superioribusq; illis equi adempti: qui publicum equum habebant, tribusq; mori: ararij omnes facti. Neq; senatu modo, aut equestri ordine regendo cura se censorum tenuit. nomina omnium ex inuicior tabulis excerpserunt: qui quadrienno non militassent: quibus neque uacatio iusta militiæ, neq; morbus causa fuisset. & ea supra duo millia nominũ in ararios relata: tribusq; omnes mori. additumq; inertis censoriæ notæ triste senatus consultum: ut ij oēs, quos censes notassent: pedibus mererent: mitterentq; in Siciliam ad Cannensis exercitus reliquias. cui militiam generi nõ prius q̄ pulsus Italia hostis esset: finium stipendiorum tempus erat. Cum censes ob inopiã ararij se iam locationibus abstinerent adiuu sacrarum tuendarum, curuliumq; equorũ præbendorum, ac similiarum his rerum: conuenere ad eos frequentes: qui hastæ huius generis assuenerant: hortariq; censes: ut omnia prius de agerent: locarentq;: ac si pecunia in arario esset. neminem nisi bello confecto, pecuniam ab arario petiturum esse. Conuenere deinde domini eorum: quos T. Sempronius ad Beneuentũ manu emiserat: accersitosq; se ab triumphis mæsarijs esse dixerunt: ut prius seruorũ acciperet. ceterũ non antequã bello confecto accepturos eẽ. Cũ hæc inclinatio animorũ plebis ad sustinendam inopiam ararij fieret: pecuniæ quoq; pupillares primo, deinde uiduorum cœptæ conferri: nisi quã eas tutius, sanctiusq; deponere credentibus, qui deserabant: q̄ in publicam fidem. inde si quid emptũ, paratumq; pupillis, ac uiduis foret: à quaestore perscriberetur. Manauit ea priuatorum benignitas ex urbe et in castra: ut non eques, non centurio stipendium acciperent: mercenariumq; increpantes uocarent, qui accipisset. Q. Fabius consul ad Casilinum castra habebat:

quod duum millium Campanorum, & septingentorum militum Annibalis tenebatur presidio. Præerat Statius Metius, missus ab Cn. Magio Attellano: qui eo anno Mediasiticus erat: seruitusq; & plebem promiscue armabat: ut castra Romana inuaderet: intento consule ad Casilinum oppugnandum. Nihil eorum Fabium fessellit: itaq; Nolam ad collegam mittit: altero exercitu, dum Casilinum oppugnatur: opus esse: qui Campanis opponatur. uel ipse relicto Nolæ presidio modico ueniret: uel si eum Nola teneret: & necdum securæ res ab Annibale essent. T. Gracchum proconsulem à Beneuento acciurum. Hoc nuntio Marcellus duobus milium millibus Nolæ in presidio relictis, cum cætero exercitu Casilinum uenit. aduentusq; eius Campani iam mouentes sese quiuerunt: ita à duobus consulibus Casilinum oppugnari ceptum. ubi cum multa succedentes temere incenibus Romani milites acciperent uulnera: neq; satis inceptis succederet: Fabius omittendam rem paruam, ac iuxta magnis difficilem, abscedendumq; inde censebat: cum res maiores instarent. Marcellus multa magnis ducibus sicut non aggredienda, ita senel aggressis non dimittenda esse dicendo, quia magna famæ momenta in utraq; partem fierent: tenuit ne incepto abiretur. Vineæ inde, omniaq; alia operum machinationumq; genera cum admo uerentur: Campaniq; Fabium orarent: ut abire Capuam tuto liceret: paucis egressis, Marcellus portam qua egrediebantur: occupauit: cedesq; promiscue omnium circa portam primo, deinde irruptione facta etiam in urbe fieri cepta est. Quinquaginta fere primo egressi Campanorum cum ad Fabium confugissent: presidio eius Capuam peruenierunt. Casilinum inter colloquia, cum

stationemq; petentium fidem, per occasionem captum est. capuani, quiq; Campanorum, quiq; Annibalis milium erant: Romam missi: atq; ibi in carcere inclusi sunt. oppidanorum turba per finitimos populos in custodia diuisa. Quibus diebus à Casilino re bene gesta recessum est: eis Gracchus in Lucanis aliquot cohortes in ea regione conscriptas cum præflecto sciorum in agros hostium prædatum misit. eos effuse palatos Hanno adortus, haud multo minorem, quam à Beneuento acceperat: reddidit hosti cladem: atq; in Brundisios raptim, ne Gracchus assequeretur: concessit. Consules, Marcellus retro, unde uenerat: Nolam redit: Fabius in Samnium ad populandos agros, recipiendasq; armis, quæ defecerant, urbes processit. Caudinus Samnis grauius deuastatus: perusti, populatiq; late agri: prædæ pecudum, hominumq; actæ. oppida uicincta, Comptulteria, Telesia, Cossa, Melæ, Fuisula, & Orbitanium. ex Lucanis Blandæ, Apulorum Anca oppugnata. Milia hostium in his urbibus XXV capta, aut occisa: & recepti per fugam CCC LXX. quos cum Romani mississet consul: uirgis in comitio casti omnes: ac de saxo deiecit. Hæc à Q. Fabio intra paucos dies gesta Marcellum abgerendis rebus ualido aduersa Nolæ tenuit. Et à præflectore Q. Fabio, cui circa Luceriam provincia erat: Accua oppidum per eos dies uicinctum: statuaq; ad Ardoneas comunita. Dum hæc alijs locis ab Romanis geruntur: iam Tarentum uenerat Annibal cum maxima oium, quacumq; ierat, clade. in Tarentino demum agro pacatum cedere agmen cepit. nihil ibi uiolatum: neq; usq; uia excessum est. apparebatq; non id modesta militum, aut ducis iussu, sed ad præliandum Tarentinos aios fieri. Cæterum cum propè iam incen-

bus accessisset: nullo ad conspectum primi agminis, ut  
 rebatur, motu facto, castra ab urbe ferme passus mille lo-  
 cat. Tarentū triduo antequam Annibal ad incerta acer-  
 deret: à M. Valerio propretore, qui classi ad Brundū-  
 sium præerat: missus. Is primorum iuuenute conscripta,  
 dispositiq; ad omnes portas, circaq; muros quæ res postu-  
 labat, stationibus, die ac nocte plurimum intentus, neq;  
 hostibus, neq; dubijs socijs loci quicquam præbuit atenti-  
 tandum. Sicq; diebus aliquot frustra ibi absumptis, An-  
 nibal, cum eorum nemo, qui ad lacum Auerni adissent:  
 aut ipsi uenirent: aut nuntium, litteras ue mitterent: na-  
 na promissa se tenere secutum cernens, castra inde mo-  
 uit. Tum quoq; intacto agro Tarentino, quanquam su-  
 mulata lenitas nihil dum profuerat: tamen spe labefc-  
 etanda fidei haud absistens, Salapiam tendit: eoq; fru-  
 mentum ex agris Metapontino, atq; Heracleſi (iam me-  
 dia æstas exacta erat: & hybernus placebat locus) com-  
 portat. Prædæ uero inde Numidæ, Mauriq; per Salentiū  
 agrum, proximisq; Apulia salus dimissi: unde cætera  
 prædæ haud multum, equorum greges maxime abacti.  
 è quibus ad quatuor millia dom. indæ equibus diuisa.  
 Romam, cum bellum nequaquam contemnendum in Si-  
 cilia oriretur: morsq; tyranni duces magis impigros de-  
 disset Syracusanis: quam causam, aut animos mutas-  
 set: M. Marcello alteri consulum eam prouinciã de-  
 cernunt. Secundum Hieronymi cædem primo tumultua-  
 tum in Leontinis apud milites fuerat: uociferatumq; sero-  
 citer: parentandum regi sanguine coniuratorum esse. de-  
 inde libertatis restituta dulce audium nomen crebro  
 usurpatum, spes facta ex pecunia regia largitionis mi-  
 liti, atq; sanguendi potioribus ducibus, & relata tyranni  
 fœda

fœda scelera, fœdioresq; libidines, adeo mutauere ani-  
 mos: ut insepultum iacere corpus paulo ante desiderati  
 regis paterentur. Cum ceteri ex coniuratis ad exercitum  
 obtinendum remansissent: Theodorus, & Sosis regijs ei-  
 quis quanto maximo cursu poterant, ut ignaros omnium  
 regios opprimerent: Syracusas contendunt. ceterum præ-  
 uenerat non fama solum: qua nihil in talibus rebus est  
 celerius: sed nuntius etiam ex regijs seruis. itaq; Andro-  
 nodorus & insulam, & arcem, & alia, quæ poterat:  
 quæq; opportuna erant: præsidijs firmarat. Hexaphoro  
 Theodorus, ac Sosis post solis occasum iam obscura luce  
 inuecti, cum cruentam regiam uestent, atq; insigne capi-  
 tis ostentarent: transeucti per Thincam, simul ad liberta-  
 tem, simul ad arma uocantis, in Acradinam conuenire  
 iubent. Multitudo pars procurrit, in uias: pars in adium  
 uestibulis stat: pars ex tectis, fenestrisq; prospectant: &  
 quid rei sit, rogitant. omnia luminibus collucet: strepi-  
 tusq; uario complentur. armati locis patentibus congre-  
 gantur. inermes ex Olympij Iouis templo spolia Gallo-  
 rum, Illyricorumq; dono data Hieroni à populo Roma-  
 no, fixaq; ab eo detrahunt, precantes Ionem: ut uolens pro-  
 pitius præbeat sacra arma pro patria, pro deum delu-  
 bris, pro libertate sese armanibus. Hæc quoq; multitudo  
 stationibus per principes regionum urbis dispositis ad-  
 iungitur. In insula inter cetera Andronodorus præsidijs  
 firmat horrea publica. Locus saxo quadrato septus, atq;  
 arcis in modum emunitus capitur ab iuuentute: quæ præ-  
 sidio eius loci attributa erat. mittuntq; nuntios in Acri-  
 dinam: horrea, frumentumq; in senatus potestate esse. Lu-  
 ce prima populus omnis armatus, inermisq; in Acri-  
 dinam ad curiam conuenit. ibi pro concordia ara, quæ in

eo sita loco erat: ex principibus unus nomine Polynæus  
 cōcionem & liberam, & moderatam habuit. Seruitudi-  
 nis, indignitatisq; homines expertos aduersus nouum  
 malum irritatos esse. Discordia ciuilis quas importet cla-  
 des, audisse magis à patribus Syracusanos: quam ipsos ui-  
 disse. Arma quod impigre ceperint, laudare, magis lau-  
 daturum: si non utantur, nisi ultima necessitate coacti. in  
 præsentia legatos ad Andronodorum mitti placere: qui  
 denuntient: ut in potestate senatus, ac populi sit: porta  
 in sula pateant: reddat præsidium. si tutelam alieni re-  
 gni suum regnum uelut facere: eundem se enserere: nullo  
 acrius ab Andronodoro, quam ab Hieronymo repe-  
 rit libertatem. Ab hac concione legati missi sunt. senatus in-  
 de haberi ceptus est. quod sicut regnante Hierone manse-  
 rat publicum consilium: ita post mortem eius ante eam  
 diem nulla de re, neq; conuocati, neq; consulti fuerant.  
 Ut uentum ad Andronodorum est: ipsum quidem moue-  
 bat & ciuium consensus, & cum aliæ occupatæ urbis  
 partes, tum pars insulæ, uelut munitissima, prodita, atq;  
 alienata: sed euocatum eū ab legatis Demarata uxor filia  
 Hieronis, inflata adhuc regis animis ac muliebri spiri-  
 tu, admonet sæpe usurpatæ Dionysij Tyranni uocis: qua  
 pedibus tractum, non insidentem equo relinquere tyran-  
 nidem dixerit debere. facile esse momento quo quis uelit,  
 cedere possessione magna fortuna: facere, et parare eam,  
 difficile atq; arduum esse. paululum sumeret spatij ad  
 consultandum ab legatis. eo uteretur ad accersendos ex  
 Leontinis milites, quibus si pecuniam regiam pollicens  
 esset: omnia in potestate eius futura. Hac muliebria consi-  
 lia Andronodorus neq; tota asprnatus est: neq; ex templo  
 accipit: uitio rem ad opes affectandas ratus esse uiam, si

in præsentia temporis cessisset. itaq; legatos renuntiare  
 iussit: futurum se in senatus, ac populi potestate. Pos-  
 tero die luce prima patefactis insula portis in forum  
 Acradinæ uenit. ibi in aram concordiæ, ex qua pridie  
 Polynæus concionatus erat: ascendit: orationemq; eam  
 orsus est: qua primum cunctationis suæ ueniam petiuit.  
 Se. n. clausas habuisse portas, non separatè suas res à pu-  
 blicis: sed strictis semel gladijs timentem qui finis cædis  
 bus esset futurus: utrum, quod satis libertatis foret: con-  
 tenti nece tyranni essent: an quicumq; aut propinquitate,  
 aut affinitate, aut aliquibus ministerijs regiam contu-  
 gissent: alienæ culpæ reitruādarentur. postquam animi  
 maduerit eos, qui libera essent patriam: seruare etiā li-  
 bertatem uelle: atq; undiq; consuli in medium: non du-  
 bitasse, quin & corpus suum, & cætera omnia, quæ  
 suæ fidei tutelæq; essent: quādo eum, qui mandasset: suis  
 furor absumpsisset patriæ restitueret. Conuersus deinde  
 ad interfectores tyranni, ac nomine appellans Theodor-  
 rum, ac Sofim, faciūs, inquit, memorabile fecistis. sed,  
 mihi credite, inchoata uestra gloria nondum perfecta  
 est: periculumq; ingens manet: nisi communi concordie  
 consulitis: ne libera efferatur res. Post hanc orationem  
 clauas portarum, pecuniæq; regiam ante pedes eorum po-  
 suit. atq; illo quidem die dimissi ex concione laeti, circa  
 omnia sana deū supplicauerunt cum coniugibus, ac  
 liberis. postero die comitia pratoribus creandis habita.  
 creati in primis Andronodorus: cæteri magna ex parte  
 interfectores tyranni. duos etiā absentes, Sopatrum, ac Deo-  
 menem fecerunt. Qui auditus ijs, quæ Syracusis acta erāt:  
 pecuniam regiam, quæ in Leontinis erat: Syracusis deue-  
 ctā quæstoribus ad id ipsum creatis tradiderunt. et ea, quæ

in insula erat, & Acradina: tradita est. muriq; ea pars, quæ ab cætera urbe nimis firmo munimento intersep̄ibat insulam: consensu omnium deiecta est. secuta & cætera res hanc inclinationem animorum ad libertatem. Hippocrates, atq; Epicides audita morte tyranni, quam Hippocrates etiam nuntio interfecto cælare uoluerat: defert à militibus, quia id uisissimum ex præsentibus uidebatur: Syracusas redire. ubi ne suspècti obseruarentur, tanquam nouandi res aliquam occasionem querentes: prætores primum, dein pereos senatum aduenit. Ab Annibale se missos prædicant ad Hieronymum, tanquam amicam, ac socium. paruisse imperio eius: cuius imperator suus uoluerit. uelle ad Annibalem redire. cæterum cum iter uinum non sit, uagantibus passim per totam Sicialiam Romanis armis: petere ut præsidij dent aliquid: quo Locros in Italiam perducantur. gratiam magnam eos parua opera apud Annibalem inuituros. Facile res impetrata abire enim duces regio, cum peritos militiæ, tum egenos eosdem atq; audaces cupiebant. sed quod uolebant: non quam maturato opus erat, gnauiter expediebant. Interim iuuenes militares, & assueti militibus, nunc apud eos ipsos, nunc apud transfugas, quorum maxima pars ex naualibus socijs Romanorum erat: nunc etiam apud infimæ plebis homines crimina serbant in senatum, opum matesq; moliri clam eos atq; struere: ut Syracusæ per speciem reconcilianda scietatis in ditioe Romanorū sint: dein factio, & pauca authores fœderis renouati dominentur. His audiendis, credendisq; opportuna multitudine maior in dies Syracusas pluebat: nec Hippocrati, et Epicidi solum spem nouandarum rerum, sed Andronodoro etiam præbebat. Qui fessus tandem uxoris uocibus

monentis, nunc illud esse tempus occupandi res: dum turbata omnia noua, atq; incognita libertati essent: dum regis stipendijs passus obuerfaretur miles: dum ab Annibale missi duces assueti militibus iuuare possent incœpta: cum Themistio, cui Gelonis filia nupta erat: rem cõsociatam paucos post dies Ariston cuidam tragico affori, cui & alia arcana committere assuerat: incaute aperit. Huic & genus, & fortuna honesta erāt: nec ars, quia nihil tale apud Græcos pudori est: ea deformabat. itaq; fidem potorem ratus, quam patriæ debebat: iudicium ad prætores defert. Qui ubi rem haud uanam esse certis indicijs compererunt: consilijs senioribus, & autoritate eorum præsidio ad foresposito, ingressos curiam Themistium, atq; Andronodorum interfecerunt. & cum tumultus abire in speciem atrociorē causam alijs ignorantibus ortus esset: silentio tandem facto, indicem in curiam introduxerunt. Qui cum ordine omnia edocuisset: & principium coniurationis factum ab Harmonia Gelonis filia nuptijs: quibus Themistio iuncta esset: Afrorum, Hispanorumq; auxiliares instructos ad eadem pratorum, principumq; aliorum: bonaq; eorum prædæ futura interfectioribus pronuntiatum: iam mercenariorum manum assuetam imperijs Andronodori paratam fuisse ad insulam rursum occupandam: singula deinde quæ, per quosq; agerentur: totamq; uiris, armisq; instructam coniurationem ante oculos posuisset: senatus quidē tam iure casti, q̄ Hieronymus, uidebantur. Ante curiam uaria, atq; incerta rerum multitudinis clamor erat. quam ferociter minitantem in uestibulo curiæ corpora a coniuratorū eo metu compresserunt: ut silentes integram plebem in concionem sequerentur. Sopatro mandatum ab Senatu, & à collegijs, ut uerba fa



ceret. Is (tanquam reos agebat) ab antea facta uita orsus, quacumq; post Hieronis mortem scelereste, atque impie facta essent: Andronodorum, ac Themistium arguit fecisse. Quid enim sua sponte fecisse Hieronymum patrum? ac uix dum pubescentem facere potuisse? uti res, ac magistratus eius sub aliena inuidia regnasse. itaq; aut ante Hieronymum, aut certe cum Hieronymo perire eos debuisse. At illos debitos iam morti, destinatosq; alia noua scelera post mortem tyrani molitos. palam primo: cum clausis Andronodorus in insula portis hereditate regni creuerit: quaq; procurator tenuerat: pro domino posederit. proditus deinde ab eis, qui in insula erant: arcum sessus ab uniuerfa ciuitate, quæ Acradinam tenuerat: ne quicquam palam atque aperte petiuium regnum, clam & dolo affectare conatus sit: & beneficio quidem, atq; honore potuerit uincere: cum inter liberatores patriæ insidiator ipse libertatis creatus esset prætor. sed animos eius regios regias coniuges fecisse: alteri Hieronis, alteri Gelonis, filias nuptas. Sub hanc uocem ex omnibus partibus concionis clamor oritur: nullam earum uiuere debere: nec quenquam superesse tyrannorum stirpis. Hac nauis ra multitudinis est. aut seruit humiliter: aut superbedominatur. libertatem, quæ media est: nec spernere modice, nec habere sciunt. & non ferme desunt irarum indulgentes ministri: qui auidos, atque intemperantes publicanorum animos ad sanguinem, & cædes iritant. sic aut tum extemplo prætoris rogationem pronulgant: acceptaq; penè prius, quam pronulgata est: ut omnis regia stirps interficeretur. missiq; à prætoribus Demaratam Hieronis, & Harmoniam Gelonis filiam, coniuges Andronodori & Themistij, interfecerunt. Heraclia erat filia

lia Hieronis, uxor Zosippi: qui legatus ab Hieronymo ad regem Ptolemæum missus, uoluntarium consciuerat exilium. Ea cum ad se quoq; uenire præscisset: in sacrarium ad penates confugit cum duabus filiabus uirginibus, resolutis criminibus, miserabiliq; alio habitu: & ad ea addidit preces: nunc per memoriam Hieronis patris, Gelonisq; fratris: ne se innoxiam inuidia Hieronymi constare sinerent. nihil se ex reno illius, præter exilium uiri, habere. neque fortunam suam eandem uiuo Hieronymo fuisse, quam sororis: neq; interfecto eo causam eandem esse. Quid quod, si Andronodoro consilia processissent: illa cum uiro fuerit regnaturaq; sibi cum cæteris seruitendum? Si quis Zosippo nuntiet: interfectum Hieronymum, ac liberatas Syracusas: cui dubium esse, quin extemplo conscensurus sit nauim: atque in patriam rediturus? Quantum spes hominum fallit. in liberata patria coniugem eius, ac liberos de uita dimicare? quid obstantes libertati, aut legibus? quod ab se cuiquam periculum, à sola, ac propè uidua, & puellis in orbitate de gentibus esse? At enim periculi quidem nihil ab se timeri: inuisam tantum regiam stirpem esse. Ablegant ergo procal ab Syracusis, Siciliaq;: & asportari Alexandriam iuberet ad uirum uxorem, ad patrem filias. Auersis auribus animisq; cassene tempus tereretur, ferrum quosdam expeditentes cernebat. tum omissis pro se precibus, puellis ut saltem parcerent, orare instat: à qua ætate etiam hostes irati abstinerent. ne tyrannos ulciscendo, quæ odissent scelera, ipsi imitarentur. Inter hæc abstractam à penetrabilibus in gulant. in uirgines deinde resperfas matris cruore impetum faciunt. quæ alienante mente simul luctu, metuq;, uelut captæ furore occurfu se ex sacra

rio proripuerunt: ut, si effugium parisset in publicum: impleretur urbem tumultu fuerint. tum quoq; haud magno ædium spatio inter medios tot armatos aliquoties integro corpore euaserunt: tenentibusq;, cum tot ac tam ualidæ eluctandæ manus essent: sese eripuerunt. tandem uulneribus confectæ, cum omnia replessent sanguine: ex animis corruerunt. cædemq; de se miserabilem miserabiliorem casus fecit: quod paulo post nuntius uenit, mutatis repente ad misericordiam animis: ne interficerentur. Ira denum ex misericordia orta: quod adeo festinatū ad supplicium: neq; locus pœnitendi, aut regressus ab ira relictus esset. itaq; fremere multitudo: & in locum Andronadori, ac Themistij (nam ambo prætores fuerant) æmilia poscere: quæ nequaquam ex sententia prætorum futura essent. Stantius est comitijs dies: quo nec opinantibus omnibus, unus ex ultima turba Epicidem nominauit: tū inde alius Hippocratem. crebriores deinde eæ uoces, & cum haud dubio assensu multitudinis esse. Et erat confusa concio, non populari modo, sed militari quoq; turba, magna ex parte etiam perfugis, qui omnia nouare cupiebant: permistis. Prætores dissimulare primo: & trahendam rem esse, postremo uicti consensu, & seditionem inuententes, pronuntiant eos prætores. Nec illi primo statim creati nudare quid uellent: quanquam ægre ferebant, & de inducijs dierum decem legatos isse ad Appium Claudium: & impetratis eis alios, qui de federe antiquo renouando agerent: missos. Ad Murgantiæ tum classem nauium centum Romanus habebat: quod euaderent motus ex cædibus tyrannorum orti Syracusis: quo ne eos ageret noua atque insolita libertas, opperiens. Per eosdem dies cum ad Marcellum uenientem in Siciliam legati Sy

racasani missi ab Appio essent: auditis conditionibus pacis Marcellus posse rem conuenire ratus, & ipse legatos Syracusas, qui coram cum prætoribus de renouando federe agerent: misit. Etiam ibi nequaquam eadem quies, ac tranquillitas erat. postquam Punicam classem accessisset Pachynum allatum est: dempto timore Hippocrates, & Epicides nunc apud mercenarios milites, nunc apud transfugas prodi Romanis Syracusas criminabantur. At uero Appius naues ad hostium portus, quid aliæ paratis hominibus animi accederet opperiens, in statione habere cœpit. In gens in speciem criminibus uanis accesserat fides. ac primo etiam tumultuosè decurrerat multitudo ad prohibendos: si in terram egrederentur. In hacurbatione rerum in concioem uocari placuit. ubi cum alij aliò tenderent: nec procul à seditione res esset: Appollonides principum unus orationem salutarem, ut in tali tempore, habuit. Nec spem salutis, nec perniciem propiorè unquam ciuitatū ulli fuisse. si enim uno animo omnes uel ad Romanos, uel ad Carthaginenses inclinent: nullius ciuitatis statum fortunatiorem, gratiorem uel fore. si aliæ alio trahant res: non inter Pœnos, Romanosq; bellū, atrocius fore: quàm inter ipsos Syracusanos: cum intra eosdem muros pars unaqueq; suos exercitus, sua arma, suos habitura sit duces. itaq; ut idem omnes sentiant: summa uigendum esse. utra scietas sit uilior: longe minorem ac leuioris momenti consultationem esse. sed tamen Hieronis potius, quàm Hieronymi authoritatem sequendam in socijs legendis: uel quinquaginta annis feliciter expertam amicitiam nunc incognite, quondam infideli præferendam. Esse etiam momentū aliquid ad consiliū: qđ Carthaginensibus ita pax negari possit: ut non utique in

præsentia bellum cum eis geratur: cum Romanis extemplo aut pacem, aut bellum habendum. Quo minus cupiditatis, ac studij uisa est oratio habere: eo plus auctoritatis habuit. Adiectum est prætoribus, ac delectis senatorum militare etiam consilium: iussi & duces ordinum, præfectiq; auxiliorum simul consulere. Cum sepe actus esset medijs certaminibus: postremo quia belli cū Romanis gerendi ratio nulla apparebat: pacem fieri placuit: mitiq; cum eis legatos ad rem confirmandam. Dies hæc ita multi intercesserunt: cum ex Leontinis legati priduum finibus suis orantes uenerunt. Legatio peropportuna uisa ad multitudinem inconditam ac tumultuosam exonerandam, ducesq; eius ablegandos. Hippocrates sitor ducere eò transfugas iussus: secuti multi ex mercenariis auxilijs quatuor millia armatorum effecerunt. Et mitentibus, & missis ea lata expeditio fuit. nam & illis, quod iam diu cupiebant: nouandi res occasio data est: & hi sentinam quandam urbis rati exhaustam, latabant. ceterum leuauerunt modo in præsentia uelut corpus ægrum: quo mox in grauiorem morbum recideret. Hippocrates enim finitima prouinciæ Romanæ primo sortibus excursionibus uastare cœpit: deinde cum ad uedos sociorum agros missum ab Appio presidium esset: omnibus copijs impetum in oppositam stationem cum caede multorum fecit. Quæ cum essent nuntiata Marcello: legatos extemplo Syracusas misit: qui pacis fidem ruptã esse dicerent: nec belli defuturam unquam causam: nisi Hippocrates, atq; Epicles non ab Syraculis modo, sed tota procul Sicilia ablegarentur. Epicles ne aut reus criminis absentis fratris præsens esset: aut deesset pro parte sua concitando bello: profectus & ipse in Leontinos, quia sua

sis eos aduersus populum Ro. concitato cernebat: auerte re etiam ab Syraculis cœpit. Nam ita eos pacem pepigisse cum Romanis: ut quicunq; populi sub regibus fuissent: & sua ditionis essent. nec iam libertatis contentos esse: nisi etiam regnent: ac dominantur. Renuntiandum igitur eis esse: Leontinos quoq; æquum censere liberos esse: uel quod in solo urbis suæ tyrannus ceciderit: uel quod ibi primū conclamatum ad libertatem: relictisq; regijs ducibus Syraculis sit concursum. Itaq; aut eximendum id de fœdere esse: aut legem eam fœderis non accipiendam. Facile multitudini persuasum. legatisq; Syracusanorum & de caede stationis Romanæ, querentibus, & Hippocratem atq; Epicidem abire, seu Locros, seu quod aliud mallet: dūmodo Sicilia cederent: iubentibus ferociter resposum est. Neq; mandasse sese Syraculanis: ut pacem profectū cū Romanis facerent: neq; teneri alienis fœderibus. Hæc ad Romanos Syraculani demulerunt, abnuentes Leontinos in sua potestate esse: itaq; integro secum fœdere bellum Romanos cum ijs gesturos. neq; sese defuturos ei bello: ita, ut in potestatem redacti suæ rursus ditionis essent: sicut pax cōuenisset. Marcellus cum omni exercitū profectus in Leontinos, Appio quoq; accito, ut altera parte aggredere tur: tanto ardore militum est usus ob iram inter conditiones pacis interfectæ stationis: ut primo impetu urbem expugnarent. Hippocrates, atq; Epicles postea quã capi muros, refringiq; portas uiderunt: in arcem sese cū paucis receperunt. inde clã nocte Herbesum pfugiunt. Syraculanis octo millia armatorum agmine profectis domo ad Milam flumen natus occurrit: captã urbem esse: cetera falsa musta ueris ferens: eadem promiscuã milium, atq; oppidanorum factam: nec quenquam puberem arbitrari superesse:

direptam urbem: bona locupletum donata. Ad nuntium tam atrocem constat agmen: concitatisq; omnibus, duces (erant autem Sofis, ac Dinonimis) quid agerent consultabant. Erroris speciem haud uanam mendacio prae-buerant uerberati, ac securi percussi transfugae ad duo millia hominum. Caeterum Leontinos, miliumq; aliorum nemo post captam urbem uolans fuerat: suaq; omnia eis, nisi quae primus tumultus captae urbis absumperat: restituebantur. Nec ut Leontinos irent, proditos ad eadem comilitones querentes, percelli potere: nec ut eodem loco certiores nuntium expectarent. Cum ad defectionem inclinatos animos cernerent praetores: sed eum motum haud diuturnum fore: si duces amentiae sublatis essent: exercitum ducunt Megaram. ipsi cum paucis equitibus Herbesum proficiscuntur: spe terris omnibus perditionem urbis potius, quod ubi frustra eis fuit incu-pum: ut agendum rati, postero die Megaris castra mouent: ut Herbesum omnibus copiis oppugnarent. Hippocrates, & Epicides non tam tutum prima specie, quam unum spe undiq; abscissa consilium esse rati, ut se militibus permitterent, & assuetis magna ex parte sibi, & tum fama cadis comilitonum accensis: obuia agmini procedunt. Prima forte signa sexcentorum Cretensum erant: qui apud Hieronymum muerant sub eis: & Annibalis beneficia habebant, capti ad Trasimenum inter Romana auxilia, dimissi: quos ubi ex signis armorum, habitusq; cognouere Hippocrates, atq; Epicides: ramos oleae, ac uelamenta alia supplicum porrigentes orare: ut reciperet sese: receptosq; tutarentur: ne proderent Syracusanis: a quibus mox ipsi trucidandi populo Ro. dederentur. Enimvero conclamant: bonum ut animum haberent: omnem

se cum illis fortunam subituros. Inter hoc colloquium signa consisterant: tenebaturq; agmen: necdum quae morae causa foret, peruenerat ad duces. Postquam Hippocrates, atq; Epicides adesse peruasisse rumor: fremensq; toto agmine erat haud dubie approbantium aduentum eorum: exemplo praetores citatis equis ad prima signa perrexerunt. qui mos ille, quae licentia Cretensum esset, rogatantes, colloquia ferendi cum hoste? iniussuq; praetorum misserunt eos agmini suo? comprehendere, uinciriq; catenis iusserunt Hippocratem. Ad qua nocet tantis extemplo primis a Cretensis clamor est ortus: deinde excipuis ab alijs: ut facile, si ultra tenderent: appareret eis timendum esse. Solliciti, incertiq; rerum suarum Megaram, unde profecti erant: referri signa iubent: nuntiosq; de statu praesentis Syracusas mittunt. Fraudem quoq; Hippocrates addit, inclinatis ad omnem suspicionem animis: & Cretensum quibusdam ad inuicem insidenda missis, uelut intercaptas litteras, quas ipse composuerat: recitat. Praetores Syracusani Marcello suo S. Secundum salutem, ut assolet, scriptum erat. Recte eum, atq; ordine fecisse: quod in Leontinis nulli peperisset. Sed omnium mercenariorum militum eandem esse causam. nec unquam Syracusas quieturas: donec quicquam externorum auxiliorum aut in urbe, aut in exercitu suo esset. itaq; daret operam: ut eos, qui cum suis praetoribus castra ad Megaram haberent: in suam potestatem redigeret: ac supplicio eorum liberaret tandem Syracusas. Haec cum recitata essent: tanto clamore ad arma discursum est: ut praetores inter tumultum pauidi obquiterint Syracusas. & ne fuga quidem eorum seditio compressa est: impetusq; in Syracusanos milites fiebant. nec ab illo temperatum foret: nisi Epicides, atque

Hippocrates ira multitudine obuiam issent: nō a miseri cordia, aut humano consilio: sed ne spem reditus præcederent sibi: & cum ipsos simul milites fidos haberent, simul obsides: tum cognatos quoque eorum, atque amicos tanto uerito primum, dein pignore sibi conciliarent. experitque uana, aut leui aura mobile uulgus esset, militem nocte eo numero, qui in Leontinis circumfessi erant: subornant ut Syracusas perferret nuntium conuenientem eis: que ad Milam falso nuntiata erant: aut horemque se exhibendo, ac uelut uisa, quæ dubia erant, narrando, concitaret iras hominum. Huic non apud uulgum modo fides fuit: sed senam quoque in curiam introductus mouit: ut uaniquidam homines palam ferrent: perbene detestam in Leontinis esse auaritiā, et crudelitatem Romanorum, eadem, si intrassent Syracusas: aut fœdiora etiam, quomaius ibi auaritiæ primum esset: facturos fuisse. Itaque claudendas cuncti portas, et custodiendam urbem tenere, sed non ab eisdem omnes timere: nec eosdem odisse, ad militares penè omnes, partemque magnam plebis inimicum esse nomen Romanum, prætores, optimatumque pauci quanquam inflati uano nuntio erant: tamen ad propius, presentiusque malum cautiore esse. Et iam ad Hexapylum erant Hippocrates, atque Epicles: se rebannique colloquia per propinquos popularium, qui in exercitum erant: ut portas aperirent: sinerentque communem patriam defendi ab impetu Romanorum. Iam uiris foribus Hexapylis aperitis cæpi erant resipi: cum prætores interueniunt. Et primo imperio minisque, deinde autoritate deterrendo, postremo, ut omnia uana erant: obliuimaisiuratis præcibus agebant: ne proderent patriam tyranni aut satellitibus, et tum corruptoribus exercitus. Sed furde

adeo omnium aures concitata multitudine erant: quod non minore inuis, quam foris porta effringentur. effractisque omnibus tuto in Hexapyla agmen receptum est. Prætores in Acradinam cum iuuentute popularium confugiunt. mercenarii milites, perfugaque; et quicquid regionum militum Syracusis erat: agmen hostium augent. Ita Acradina quoque primo impetu capitur: prætoresque, nisi qui inter tumultum effugerunt: omnes interficiuntur. nox cadibus finem feat. Postero die serui ad pileum uocati: et carcere uincti emissi: confusaque hæc omnis multitudine Hippocratem, atque Epicles creant prætores. Syracusaque, cum breue tempus libertas affluisset: in antiquam seruitutem reciderunt. Hæc nuntiata cum essent Romanis: ex Leontinis mota sunt extemplo castra ad Syracusas. Et ab Appio legati per porum missi: forte in quinqueremi erant præmissa quadringenis cum intrasset fauces portus: capitur. legati a gre effugerunt. Et iam non modo pacis, sed ne belli quidem iura relicta erant: cum Romanus exercitus ad Olympium (Iouis id templum est) mille et quingentis passibus ab urbe castra posuit. Inde quoque legatos præmitti placuit. quibus, ne intrarent urbem: extra portam Hippocrates, atque Epicles obuiam cum suis processerunt. Romanus orator non bellum se Syracusanis, sed opem auxiliumque; afferre ait: et iis: qui ex media caede elapsi perfugerint ad se: et eis: qui metu oppres, si fœdiorum non exilio solum, sed etiam morte seruitutem patiantur. Nec eadem nefandam sociorum inultam Romanos passuros. Itaque si eis, qui ad se perfugerunt: tum in patriam reditus pateret: ac cadibus amithores dedantur: et libertas, legesque Syracusanis restuantur: nihil armis opus esse. si ea non fiant: quicunque;

in mora sit, bello persecutoros. Ad ea Epicides, si qua ad se mandata haberent: responsum eis, ait, se daturus fuisse. cum in eorum, ad quos uenerint: manu res Syracusana esset: tum reuertentur. Si bello lacescant: ipsa re in lecturos: nequaquam idem esse Syracusas, ac Leontinos oppugnare. Ita legatis relictis portas clausit. Inde terra mariq; simul cepta oppugnari Syracusæ: terra ab Huxapylo: mari ab Acradina: cuius murus fluctu alluuit. Et quia sicut Leontinos terrore, ac primo impetu ceperant: non diffidebant, uastam, disiectamq; spatio in bene parte aliqua se inuasuros: omnem apparatusum oppugnandarum urbium muris admoerunt. Et habuisset tanto impetu cepta res fortunam: nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset, Archimedes. Is erat uir speculator celi, siderumq; mirabilior tamen inuentor, ac machinator bellicorum tormentorum, operumq; quibus ea, quæ hostes ingenti mole agerent: ipse per leui momento ludificaretur. Murum per inaequales ductum colles, pluraq; alta & difficilia aditu, summissa quædam, & que plantis uallibus adiri possent: ut cuiq; apertum uisum est loco: ita omni genere tormentorum instruxit. Acradina murum, qui, ut ante dictum est, mari alluuit: ex quinque remibus Marcellus oppugnabat. ex cæteris nauibus sagittarij, funditoresq;, & uelites etiam, quorum telum inabile ad remittendum imperitis est: uix quinquam sine uulnere consistere in muro patiebantur. Hi, quia spatio missilibus opus est: procul muro tenebant naues. iuncta alia bimæ ad quinqueremes, demptis interioribus remis, ut latus lateri applicarentur: cum exteriore ordine remora uelut naues agerentur: uartes contabulatas, machinamentaq; alia quatendis muris portabant. Aduersus hunc ualem

ualem apparatum Archimedes uaria magnitudinis tormenta in muris disposuit. in eas, quæ procul erant: nauis saxa ingenti pondere emittebat. propiores leuioribus, eoq; magis crebris petebat telis. postremo ut sui uulnere intacti tela in hostem ingererent: murum ab imo ad summum crebris cubitalibus ferè caueis aperuit. per quæ caua pars sagittis, pars scorpionibus modicis ex occulto petebant hostem. Quæ propius subibant naues: quo interiores ictibus tormentorum essent: in eas tollendas de super murum eminentem ferrea manus firma catenæ illigata, cum iniecta proræ esset: grauiq; libramento plumbi recelleret ad solum: suspensa proræ, nauim in puppim statuebat. dein remissa subito, uelut ex muro cadentem nauim cum ingenti trepidatione nauarum ita undæ affligebant: ut etiam si recta recideret: aliquantum aquæ acciperet. Ita maritima oppugnatio est elusa. omnisq; uis est auersa: ut totis uiribus terra aggredereur. sed ea quoq; pars eodem omni apparatu tormentorum instructa erat, Hieronis impensis curaq; per multos annos, Archimedis unica arte. natura etiam adiuuabat loci: quod saxum, cui imposta muri fundamenta sunt: magna ex parte ita procliuæ est: ut non solum missa tormenta, sed etiam quæ pōdere suo pronoluta essent: grauius in hostem inciderent. eadem causa ad subeundum arduum aditum, instabilemq; ingressum præbebat. Ita consilio habito, cum omnis conatus ludibrio esset: absistere oppugnatione, atq; obfidendo tantum arcere terra mariq; commeanibus hostē placuit. Interim Marcellus cum tertiam ferè parte exercitus ad recipiendas urbes profectus, quæ in motu rerum ad Carthaginenses defecerant: Pelorū, atq; Herbesum dentibus ipsis recæpit. Megaram uero captam diruit: ac dirit

puit, ad reliquorum, ac maxime Syracusanorum terrorem. Per idem ferè tempus & Himilco, qui ad Pachyni promontorium classẽ diu tenuerat: ad Heracleam, quã uocant Minoam: quinque & uiginti millia pedum, tria equum, XII elephantos exposuit. Nequaquam cum tantis copijs ante tenuerat ad Pachynum classẽ, sed postquam ab Hippocrate occupatæ Syracusæ erant: profectus Carthaginem, accinusq; ibi & ab legatis Hippocratis, & litteris Annibalis, qui uenisse tempus dicebat Siciliae per summum decus repetendæ: & ipse haud uanus præfens monitor facile perpulerat: ut quantæ maxime possent, pedum equumq; copie in Siciliam traicerentur. Adueniens Heracleam intra paucos dies, inde Agrigentum recipit. aliarumq; ciuitatum, quæ partis Carthaginensium erant: adeo accessæ sunt spes ad pellendos Sicilia Romanos: ut prostremo etiam qui obsidebantur Syracusis: animos susculerint. & parte copiarum satis defendi urbem posserat, ita inter se munera belli partiti sunt: ut Epicides præfset custodia urbis: Hippocrates Himilconi coniunctus bellum aduersus consulem Romanum gereret. Cum decem millibus pedum, quingentis equibus nocte per intermissa custodijs loca profectus, castra circa Accillas urbem ponebat. Mumentibus superuenit Marcellus: ab Agrigentiam occupato. cum frustra eò præuenire hostem festinans tetendisset: rediens: nihil sibi ratus, quàm illo tempore, ac loco Syracusanum sibi exercitum obuiam fore. sed tamen ueni Himilconis, Pænorumq; ut pote quibus nequaquam eis copijs, quas habebat: par esset quàm poterat maxime intentus, atq; agmine ad omnes casus composito, ibat. Forte ea cura, quæ erat aduersus Pænos præ-

parata: aduersus Siculos usui fuit. Castris ponendis incõpositis, ac dispersis nactus eos, & plerosq; inermes, quod pedum fuit, circumuenit. eques leui certamine inuito, cū Hippocrate Acras per fugi. Ea pugna defugietes ab Romanis cū cohibuisset Siculos, Marcellus Syracusas redijt. & post paucos dies Himilco adiuncto Hippocrate ad flumen Anan, octo ferè inde millia castra posuit. Sub idem ferè tempus & naues longæ quinque & quinquaginta Carthaginensium cum Bomilcare classis præfecto in magnum portum Syracusas ex alto decurrere: et Romana item classis, XXX quinqueremes legione primã Panormi exposuere. uersumq; ab Italia bellũ. adeo uterq; populus in Siciliam intentus fuisse uideri poterat. Legionem Romanam, quæ exposita Panormi erat: uenientem Syracusas prædæ haud dubiæ sibi futurã Himilco ratus, uia decipitur. mediterraneo namq; Pænus itinere duxit: legio maritimis locis classe prosequente ad Appium Claudium Pachynum cum parte copiarum obuiam progressum, peruenit. Nec diuinus Pæni Syracusis morati sunt. & Bomilcar simul parum fidens nauibus suis, duplici facile numero classe aduentantibus Romanis simul inuulsi moram cernens nihil aliud ab suis, q̃ inopia aggravari socios, uelis in alium datis in Africam transijt. Et Himilco secutus nequicquam Marcellum Syracusas, si qua, prius q̃ maioribus copijs iugere tur: occasio pugnandi esset: postquam ea nulla contingerat: tantumq; ad Syracusas & munimento, & uiribus hostem cernebat: ne frustra assidendo, spectandoq; obsidionem socios tempus treret: castra inde mouit ut quocunq; uocasset defectionis ab Romanis spes: admoeret exercitum: ac præfens suas res fouentibus adderet animos. Murgantã primã, pro dito ab ipsi-

qui hanc urbem, hos sacros lacus, lucosq; colitis: ut ita nobis uolentes propitijs aditis: si uita ða, nõ ferenda frãdis causa hoc consilijs capimus. Pluribus uos milites hortarer: si cum armatis dimicatio futura eēt. inermes, incautos ad saietatem trucidabit. Et consulis castra in propinquo sunt: ne quid ab Himilcone, & Carthaniensibus timeri possit. Ab hac adhortatione dimissi corpora curat. Postero die alij alijs locis ad obsidenda iñnera, claudendosq; oppidanis exiuis, pars maxima super theatrum, arcasq; assueti, & ante spectaculum, concionem consunt. Productus ad populum à magistratibus præfectus Romanus, cum consulis de ea re ius ac potestatem esse nõ suam, & pleraq; eadem, quæ pridie, prius dixisset: primo sensim, ac plures reddere clauis: de in iam una uoce id omnes iuberent: cunctantq;, ac different ferociter minitarentur: nec uiderentur ultra uim ultimam dilaturi: tum præfectus toga signum, ut conuenerat, dedit. militesq; intenti dudum ac parati, alij superne in aduersam concionem clamore sublato decurrunt: alij ad exiuis theatri conferti obsistunt. Cæduntur Ennenses cauea inclusi: coaceruanturq; non cæde solum, sed etiam fuga: cum alij super aliorum capita ruerent: atque integri saucijs, uini mortuis incidentes conuularentur. Inde passim discurrunt: & urbis captæ modo fugaq;, & cædes omnia tenet: nibilo remissiore militum ira, quod iure urbã inermem cædebant: quàm si periculum par, & ardor certaminis eos irritaret. Ita Enna aut mislo, aut necessario facinore retenta. Marcellus nec factum improbauit: & prædam Ennensium militibus concessit: ratus timore deterritos, temperaturos proditionibus præsidiorum Siculos. Atque ea clades, ut urbis in media Sicilia sita, cla-

raeq; uel ob insignem munimento naturali locum, uel ob sacrata omnia uestigijs raptæ quondam proserpinæ, prope uno die omnem Siciliam peruasit. & quia cæde infanda rebantur non hominum tantum, sed etiam deorum sedem uiolatam esse: tum uero qui etiam ante dubijs fuerant: defecere ad Pænos. Hippocrates inde Murgantiã, Himilco Agrigentum sese recapit: cum accitã proditoribus nequicquam ad Ennam exercitum adiuuissent. Marcellus retro in Leontinos redit: frumentoq; & comæatibus alijs in castra conuictis, præsidio modo ibi relicto, ad Syracusas obsidendas uenit. inde Apicio Claudio Romam ad consulatum petendum misso, T. Quintium Crispinum in eius locum classi, castrisq;, præcæit ueteribus: ipse hybernacula quinq; nullia passuum Hexapylo (Leontiam uocant locum) communijs edificauitq;. Hæc in Sicilia usque ad principium huius gesta. Eadem æstate & cum Philippo Rege, quod iam ante suspectum fuerat: motum bellum est. Legati ab Orico ad M. Valerium prætorem uenerunt, præsentem classi Brundusio, Calabriaq; circa litoribus, nuntiantes: Philippum primum Apolloniam tentasse, leuibus uiribus CXX flumine aduerso subuectum: deinde, ut ea res tardiore spe fuerit: ad Oricum clam nocte exercitum adiuuisset: eamq; urbem sitam in plano, neq; moenibus, neq; uiris, neq; armis ualidam primo impetu oppressam esse. Hæc nuntiantes orabant, ut opem ferret: hosteq; baud dubium Romanis terra, aut maritimis uiribus arceret: qui ob nullam aliam causam, nisi quod immineret Italia: peterentur. M. Valerius præsidio loci eius relicto T. Valerio legato, cum classe instructa parataq;, et quod longa naues nullum capere non poterant, in onera



rias impofitis, altera die Oricum peruenit: urbemq; eam leui tenente præfidio, quod recedens inde reliquerat Philippus: haud magno certamine recæpit. Legati eò ab Apollonia uenerunt nuntiantes: in obfidiõne feße, quod deficere ab Romanis nollent: eße: neque fußinere ultra uim Macedonum poße: nißi præfidium mittatur Romanum. Facturum fe quæ uellent, pollicens, mille delectorum milium nauibus longis mittit ad hoßium fluminis cū præfecto socium Nauio Criffo, uiro impigro, & perito militiæ. Is expofitis in terram militibus, nauibusq; Oricum retro, unde uenerat, ad cæteram claffem remiffis, milites procul à flumine per uia minime ab regijs obfeßam duxit: & nocte, ita ut nemo hoßium fenñret: urbem eß ingreffus. Die in fequenti quieuerit: dum præfectus iuuentem Apollonianum, armaq; & urbis uires inßpicret. ubi ea uifa, inßpectaq; fatis animorum fecere: fimulq; ab exploratoribus comperit: quanta fecordia, ac negligentia apud hoßes eße: fententia noctis ab urbe fine ullo tumultu egressus, castra hoßium adeo neglecta atq; aperta intravit: ut fatis conßtaret prius plus mille hominum uallum intraffe: quàm quisquã fenñret: ac fi cæde abßtinuiffent: peruenire ad tabernaculum regium potuiffent. Cædes proximorum portæ excitauit hoßes. inde tantus terror, pauorq; omnes occupauit: ut non modo alius quisquam arma caperet: aut castris pellere hoßem cõnarent: fed etiam ipße rex, ficut fomno ex cius erat: propè feminudus fugiens, militi quoq; nediũ regi, uix decoro habitu, ad flumen nauesq; perfugerit. eodem & alia turba effufa eß. Paulo munus tria millia militum i castris aut capta, aut occifa. plus tñ hoßium aliquãto captum, q̄ cæsum eß. Castris direptis, Apolloniæ catapultas, baliftas, tormen-

taq; alia, quæ oppugnanda urbi comparata erant: ad tuenda moenia, fi quando fimilis fortuna ueniffent: Apolloniam deuexere. cætera omnis præda castrorum Romanis conceffa eß. Hæc cum Oricum eßt nuntiatæ: M. Valerius claffem ex templo ad hoßium fluminis duxit: ne nauibus capeffere fugam rex poße. Itaq; Philippus neq; terreftri, neq; nauali certamine fatis fore parem fe fidens, fubductis aut incensis nauibus, terra Macedoniam petijt, magna ex parte inermi exercitu, fpoliatoq; Romana claffis cum M. Valerio Orici hybernauit. Eodem anno in Hispania uarie res geßæ. nam prius quàm Romani annẽ Iberum tranßirent: ingentes copias Hispanorum Mago, & Afdrubal fuderunt. defiffentq; ab Romanis ulterior Hispania: ni P. Cornelius raptim traducto exercitu Iberum, dubijs sociorum animis in tempore adueniffent. Prius ad Castrum Aluum (locus eß inßignis cæde magni Amilcaris) castra Romani habuere. Arx erat munita: et conuexerant ante frumentum, tamen quia omnia circa hoßium plena erant: agmenq; Romanum impune incurfatum ab equitibus hoßium fuerat: & ad duo millia aut moratorum, aut palantium per agros interfecta: ceßere inde Romani propius pacata loca: & ad montem Victoria castra communiuere. Eò Cn. Scipio cum omnibus copijs, & Afdrubal Gifgonis filius, tertius Carthaginienfium dux cum exercitu inßto aduenit: contraq; castra Romana trans fluiuum omnes confedere. P. Scipio cum expeditis clàm profectus ad loca circa uifenda, haud feßellit hoßes: oppreffiffentq; eum in patenibus campis: ni tumultum in propinquo cepiffent. ibi quoq; circumfeßus aduenit fratris obfidiõne eximur. Caftulo urbs Hispania ualida, ac nobilis, & adeo coniuncta societate Po-

nis, ut uxor inde Annibali esset: ad Romanos defecit. Carthaginienses Illinurgum oppugnare adorti: quia praesidium ibi Romanum erat. uidebanturq; inopia eum locum maxime expugnaturi. Cn. Scipio, ut socijs praesidioq; ferret opem: cum legione expedita profectus inter binam castra cum magna caede hostium urbem est ingressus. et postero die eruptione aque felici pugnavit. supra duodecim millia hominum caesa duobus praelys: plus decem millia capta, cum sex & triginta militariibus signis. ita ab Illinurgi recessum est obsidione. Bigera inde urbs (scilicet & haec Romanorum erat) à Carthaginiensibus oppugnari coepta est. eam obsidionem sine certamine adueniens Cn. Scipio soluit. Ad Mundam exinde castra punica mota. & Romani eò confestim secuti sunt. Ibi signis collatis pugnam per quatuor ferme horas egregieq; uincenibus Romanis signum receptum est datum: quod Cn. Scipionis femur tragula confixum erat: paruoq; circa eum caeperat milites: ne mortiferum esset uulnus. Ceterum haud dubium fuit: quin, nisi ea mora interuenisset: castra eo die Punica capi potuerint. iam enim non milites solum, sed elephantum etiam usq; ad uallum acti erant: superq; ipse nouem & triginta elephantum pilis confixi. Hoc quoq; praelio ad duodecim millia hominum dicuntur caesa: prope tria millia capta, cum signis militariibus septem & quinquaginta. Ad Aurin gen inde urbem Pœni recessere. Et ut territis instaret: secutus Romanus. Ibi iterum Scipio lecticula in aciem illam conflavit. nec dubia uictoria fuit. minus tamen dimidio hostium, quam antea, quia pauciores superfuerant, qui pugnaret: occisum. Sed gens nata instaurandis, reparandisq; bellis, Magone ad conquestionem militum fratre misso, breui

repleuit exercitum: animosq; ad tentandum de integro certamen fecit. Alij pleriq; milites, sicut pro parte toties intra paucos dies uicta, eisdem animis, quibus prius, eodemq; euentu pugnaere. plus octo millia hominum caesa: haud multo minus quam mille capta: & signa militaria LVIII. & spolia plurima Gallica fuere: annuli aurei, torques, armillaq; magnus numerus. duo etiam insignes reguli Gallorum (Maenicapto, & Ciusimaro nomina erant) eo praelio ceciderunt. octo elephantum capti: tres occisi. Cum iam res prospere in Hispania essent uerecundia Romanos tandem cepit: Sargentum oppidum, quod causa belli esset: octauum iam annum sub hostium potestate esse. itaq; id oppidum uipulso praesidio Punico recaperunt: cultoribusq; antiquis, quos uis reliquerat belli: restituerunt. & Turdetanos, qui constraeram redactos sub corona uendiderunt: urbemq; eorum deleuere. Haec in Hispania Q. Fabio, M. Claudio consulibus, gesta. Romae cum tribuni plebis noui magistratum inissent: extemplo censoribus P. Furio, & M. Atilio à L. Metello tribuno plebis dies dicta ad populum est. quaestorem eum proximo anno adempto equo tribu uerant: atq; ararium fecerant, propter conuersionem de seceda Italia ad Cannas factam. sed nouem tribunos auxilio uentum eam in magistratu dicere: dimissiq; fuerant. Ne lustrum perficerent: mors prohibuit P. Furium. M. Atilium magistratum se abdicauit. Consularia comitia habita à Q. Fabio Maximo consule. creati consules ambo absentes, Q. Fabius Maximus consulis filius, & T. Sempronius Gracchus iterum. Praetores sunt M. Atilius, et, qui tum aediles curules erant: P. Sempronius Tuditanus, et Cn. Fuluius

*Centimalus, & M. Æmilius Lepidus.* Ludos scenicos quadriduum eo anno primum factos ab curulibus adilibus, memoria proditur. Ædilis Tuditanus hic erat: qui ad Cannas, pauore alijs in tanta clade torpentibus, per medios hostes erupit. Comitijs perfectis ab Q. Fabio consule, designati consules Romam accersiti magistratum inierunt: senatumq; de bello, ac prouincijs suis, prætorumq;, & de exercitibus, quibus quisq; præessent: consuluerunt. Itaq; prouinciæ, atque exercitus diuisi. Bellum undecunq; cum Annibale consulibus mandatam: & exercitus unus: quem ipse Sempronius habuerat: alter: quem Fabius consul. eæ binæ erant legiones. M. Æmilius prætor: cuius peregrina scrs erat: iurisdictionem Attilio collega prætori urbano mandarat: ut Luceriam prouinciã haberet, legionesq; duas: quibus Q. Fabius, qui tum consul erat: prætor præfuerat. prætori Sempronio prouinciã Ariminum, Cn. Fuluius Sueffula, cum binis iisdem legionibus euenerunt: ut Fuluius urbanas legiones duceret: Tuditanus à M. Pomponio acciperet. Prorogata imperia, prouinciæq;: M. Claudio Sicilia, finibus eis: quibus regnum Hieronis fuisset: Lentulo prætori prouinciã uetus: T. Octacilio classis: exercitus nulli additi noui: M. Valerio Græcia, Macedoniaq;, cum legione, & classe, quam haberet: Q. Mutio cum uetere exercitu (duæ autem legiones erant) Sardinia: C. Terentio cum legione una, cui iam diu præerat: Picenum. Scribi præterea duæ legiones urbanae iussæ: & uiginti millia sociorum. His duabus, his copijs aduersus multa simul aut mota, aut suspecta bella munierunt Romanum imperium. Cōsules duabus urbanis legionibus scriptis, supplementoq; in alias lecto, prius quam ab urbe mouerent: prodigia procurat

tunt: quæ nuntiata erant. Murus, ac portæ tactæ. Et Aricia etiam Iouis ædes de cælo tacta fuerat. Et alia ludibria oculorum, auriumq; credita pro ueris. Nauis longarum species in flumine Tarracina, quæ nulla erant: uisæ. Et in Iouis Vicilini templo, quod in Cossano agro est: arma concepisse. Et flumen Amiterni cruentum fluxisse. His procuratis ex decreto pontificum, profecti consules Sempronius in Lucanos, in Apuliam Fabius. Pater filio legatus ad Sueffulam in castra uenit. cum obuiam filius progredereur: lictoresq; uerecundia maiestatis eius tacitè anteirent: prætor undecim fasces equo præuectus senex, ut consul animaduertente proximum lictorem iussit: & ut is descenderet ex equo, inelamauit: non demum desiliens, experiri, inquit, uolui filii: sciam scires cōsulem te esse. In ea castra Classius Albinus Arpinas clā nocte cum tribus seruis uenit, promittens: si sibi præmio foret: se Arpos proditaurum esse. Cum eam tunc rem ad consiliū reuulisset Fabius: alijs pro transfuga uerberandus, necandusq; uideri incipiã animi communis hostis: qui post Cannensem cladem, tanquam cum fortuna fidē stare oporteret: ad Annibalem discessisset: traxissetq; ad defectionem Arpos, tum posse aquam res Romana cōtra spem, uotaq; eius uelut resurgeret: uirpius uideatur nouam referre prodicionem: ut proditio pro septemuirali iudicio esset: semperq; aliud sentiret, infidus socius, uanus hostis: ad Faleriorum, Pyrrhi ue proditorum: terribis transfugis documentum esset. Contra ea consulis pater Fabius, temporum oblitos homines, in medio ardore belli, tanquam in pace, libera de quoq; arbitrari, & agere, aiebat: cum illud potius agendum, atq; eis cogitandum sit: si quo modo fieri possit: ne, qui socij à populo Romano

desciscant: & non nocent. documentum autem ducant statui, oportere: si quis respiciat: & antiquam societatem respiciat. quod si abire ab Romanis liceat: redire ad eos non liceat: quid dubium esset quin breui desiderata ab socijs, Romana res fœderibus Punicis omnia in Italia iuncta uisura sit? Se tamen non eum esse: qui Alitno fidei quicquam censeat habendum: sed mediam consecuturum consilij uiam, neque eum pro hoste neque pro scio in præsentia habitum, libera custodia haud procul à castris placere in aliqua fida ciuitate seruari pro belli tempus. perpetrato bello, tum consultandum: utrum defectio prior plus merita sit pœna: an hic reditus ueniæ. Fabio assensum est. catenisq; ligatus traditus & ipse, & comites: & auri satis magnum pondus, quod secum tum attulerat: ei seruari iussum. Calibus eum interdum soluum custodes sequebantur: nocte clausum asseruabant. Arpis domi primum desiderari, quariq; est cœpius: dein fama per totam urbem uulgata tumultum pro principe amisso fecit: metuq; rerum nouarum extemplo nuntij ad Annibalem missi. quibus nequaquam offensus Pœnus: quia & ipsam ut ambigua fidei uirum suspectum iam pridem habebat: & causam nactus erat tam ditis hominis bona possidendi, uendendiq;. ceterum ut ira magis, quam amantia datum crederent homines: crudelitati quoq; gratuitatem addidit: coniugemq; eius, ac liberos in castra accitos, quaestione prius habita, primum de fuga, deinde quantum auri, argentiq; domi relictum esset: satis cognitis omnibus, uiros combussit. Fabius ab Sueffula profectus, Arpos primum insiuit opi-

pugnare. ubi cum à mille ferè passibus castra posuisset: contemplatus ex propinquo situm urbis moeniaq;, quæ pars uisissima moribus erat: quia maxime neglectam custodia uidit: ea potissimum aggredi statuit. Comparatis omnibus, quæ ad urbes oppugnandas usui sunt: centurionum robora ex toto exercitus delegit: tribunosque uiros fortes eis præfecit: & milites sexcentos, quantum satis usum est: attribuit: eosque, ubi quarta uigilia signum cecinisset, ad eum locum scalas iussit ferre. Porta ibi humilis, & angusta erat, uia infrequenti per desertam partem uiribus. eam portam scalis prius transgressos, ad murum pergere, & ex interiore parte claustra refringere iubet: & tenentes partem urbis cornu signum dare: ut cæteræ copiae adiuuarentur. parata omnia, atque instructa sese habiturum. Ea impigre facta. & quod impedimentum agentibus fore uidebatur: id maxime ad fallendum iuuit. Imber à nocte media corrus custodes, uigilesque dilapsos è stationibus suffragere in tecta coegit: scintilleque primo largioris procella strepitum demolientium portam exaudiri prohibuit: lentior deinde, æqualiorque accedens auribus, magnam partem hominum sepinit. Posteaquam portam tenuerunt: cornicines in uia paribus interuallis dispositos canere iubent: ut consulem excerent. Id ubi factum ex composito est: signa afferni consul iubet: ac paulo ante lucem per effractam portam urbem ingreditur. Tum demum hostes excitati sunt, iam & imbre conuiescente, & propinqua luce. Præsidium in urbe erat Annibalis quinque millia ferè armatorum: & ipsi Arpinitria millia hominum armabant. eos primos Pœni ne quid ab ter

go fraudis esset: hosti opposuerunt. Pugnatum primo in tenebris: angustisq; uisus est: cum Romani non uias tantū, sed tecta etiam proxima portæ occupassent: ne peti superne, ac uulnerari possent. Cogniti inter se quidam Arpiniq; & Romani: atq; inde colloquia cæpta fieri: perquam stantibus Romanis: quid sibi uellent Arpini? quam ob noxam Romanorum, quod ob meritum Pænorum, pro alieni generis ac barbaris Italici aduersus ueteres socios Romanos bellum gererent? & ueluti galem ac stipendiaria Italiam Africæ facerent? Arpinis purgantibus: ignaros omnium se uenium à principibus datos, penè captos oppressosq; à paucis esse. Initio tero plures cum pluribus colloqui. postremo prætor Arpinus ab suis ad consulem deductus: fideq; data inter signa aciesq;, Arpini repente pro Romanis aduersus Carthaginenses arma uerterunt. Hispani quoq; paulo minus mille homines nihil præterea cum consule pacti, quam ut sine fraude Punicum emitteretur præsidium: ad consulem transfulerunt signa. Carthaginensibus portæ patefactæ: emissiq; cum fide in columnas ad Annibalem Salapianam uenerunt. Arpi sine clade ullius, præterquam uiniis ueteris proditoris, noui perisq;, restituti Romanis. Hispanis duplicia cibaria dari iussa: operaq; eorum forti ac fideli perisq; Respu. usq; est. Cū cōsulū alter in Apulia, alter in Lucanis esset: equites CXII nobiles Campani per speciem prædandi ex hostium agro permissi magistratum ab Capua profecti, ad castra Romana, quæ super Suesfulam erant: uenerunt. stationi militum qui essent dixerunt: colloqui esse cum prætore uelle. Cn. Fuluius castris præerat. cui ubi nuntiatum est: X ex eo numero iussit inermibus deduci ad se, ubi quæ postularent audiuit: (nihil autem aliud peti-

bant: ã

bant: q̄ ut Capua recepta, bona sibi restituerentur) in fide omnes accepti. Et ab altero prætore Sempronio Tudita no oppidū Cliternum expugnatum, amplius septem milia hominum capta: et aris, argentiq; signati aliquantū. Romæ fœdum incendium per duas noctes, ac diē unū tenuit. solo æquata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem cum Æquimelio, In gatioq; uico. in templis Fortuna, ac matris Matuta, & Spei extra portam, late uas gatus ignis sacra, profanaq; multa absumpsit. Eodem anno P. & Cn. Cornelij, cum in Hispania res prosperæ essent: multosq; & ueteres reciperent socios: & novos adijcerent: in Africam quoq; sp̄e extenderunt. Syphax erat Rex Numidarum, subito Carthaginensibus hostis factus. ad eum centuriones tres legatos miserunt: qui cum eo amicitiam, societatemq; facerent: & pollicerentur, si p̄feueraret ur gere bello Carthaginenses: gratam eam rem fore senati populoq; Romano: & adnixuros: ut in tempore, & bene cumulatam gratiam referant. Grata ea legatio barbaro fuit. colloquusq; cū legatis de ratione belli gerendi, ut ueterum militum uerba audiuit: q̄ multarum rerum ipse ignarus esset, ex comparatione tam ordinatæ disciplina animaduertit. Tum primum, ut pro bonis ac fidelibus socijs facerent: orauit: ut duo legationem referrēt ad imperatores suos: unus apud se magister rei militaris remaneret: rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse: equis tantum habilem. ita iam inde à principijs gentis maiores suos bella gessisset: ita se à pueris isuetos. sed habere hostem pedestri fidentem Marte: cui se equari robore uirium uelit. & sibi pedites comparandos esse: et ad id multitudinis hominum regnum abundare. sed armandi ordinandiq;, & instruendi eos, artem ignorare. omnis,

Tit. L.

r r

uelut forte congregata, turba sua inscia, ac temeraria est. Facturos se in presentia quod uellet, legati responderunt: fide accepta: ut remitteret extemplo eum: si imperatores sui non comprobassent factum. Q. Statorio nomen fuit: qui ad regem remansit. Cum duobus Romanis legatis, Numida legatos in Hispaniam misit ad accipiendam fidem ab imperatoribus Romanis. iisdem mandauit: ut proinus Numidas, qui intra portas, seu praedia Carthaginensium auxiliares essent: ad transitionem perlicerent. Et Statorius ex multa iuuentute regi pedites conscripsit: ordinatosque proxime morem Romanum instruendo, & decurrendo signa sequi, & seruare ordines docuit: & operi, aliisque in studiis militaribus ita assuescit: ut breui rex non equi magis fideret, quam pediti: collatisque a quo campo signis iusto proelio Carthaginensem hostem superaret. Romanis quoque in Hispania legatorum regis aduentus magno emolumento fuit. namque ad famam eorum transitiones crebra ab Numidis caepa fieri. Ita cum Syphace Romanis iuncta amicitia est. Quod ubi Carthaginenses acciperunt: extemplo ad Galam in parte altera Numidia (Massyla ea gens uocatur) regnantem legatos mittunt. Filium Gala Massansiam habebat, septem & decem annos natum, ceterum iuuenem ea idole: ut iam tum appareret: eius regnum opulentius, quam quod accipisset, facturum. Legati, quoniam Syphax se Romanis iunxisset: ut potentior societate eorum aduersus reges, populosque Africae esset: docent: melius fore Gala quoque Carthaginensibus iungi quamprimum. anteque Syphax in Hispaniam, aut Romam in Africam transeant: opprimi Syphacem, nihil dum praeter nomen ex facere Romano habentem, posse. Facile persuasum Gala, filio deposcente id bellum, ut mitteret exercitum. Qui Car

thaginensium legionibus coniunctis, magno praelio Syphacem deuicit. XXX millia eo praelio hominum caesa dicuntur. Syphax cum paucis equitibus in Maurisios exacie Numidas (extremi prope Oceanum aduersus Gadeis colunt) refugit: affluentibusque ad famam eius undique barbaris, ingentis breui copias armauit. cum quibus antequam in Hispaniam angusto direptam fretu traiceret: Massanissa cum uictore exercitu aduenit. isque ibi cum Syphace in genti gloria perse sine ullis Carthaginensium opibus gessit bellum. In Hispania nihil memorabile gestum: praeterque quod Celtiberum iuuentutem eadem mercede, quae pacta cum Carthaginensibus erat: imperatores Romani ad se perduxerunt, & nobilissimos Hispanos supra CCC inde in Italiam ad sollicitandos populares, qui inter auxilia Annibalis erant: miserunt. Id modo eius anni in Hispania ad memoriam insigne est: quod mercenarium militem in castris neminem, antequam tum Celtiberos, Romani habuerunt.

VM HAEC IN AFRICA,

atq; in Hispania geruntur: Annibal in  
 d agro Tarentino a statem consumpsit, spe  
 per prodicionem urbis Tarentinorū: potiū  
 da ipsorum interim Salentinorum igno

biles urbes ad eum defecerunt. Eodem tempore in Brutijs  
 ex XII populis, qui anno priore ad Pœnos descuerant:  
 Consentini, & Thurini in fidem populi Romani redierunt.  
 Et plures redissent: ni L. Pomponius Veientanus p̄  
 factus sociūm prosperis aliquot populacionibus in agro  
 Bruto iusti ducis speciem nactus, tumultuario exercitū co  
 acto cum Annone conflixisset. Magna ibi uis hominum,  
 sed incondita turba agrestium, feruorumq; caesa, aut ca  
 pta est. minimumq; iactura fuit: quod praefectus inter ca  
 teros est captus: & tum temeraria pugna author, & an  
 te publicanus, omnibus malis artibus & Reipublica, &  
 societatibus infidus, dānosusq;. Sempronius consul in Lu  
 canis multa praelia parua, haud ullum dignum memora  
 tu fecit: & ignobilia oppida Lucanorum aliquot expu  
 gnauit. Quo diutius traheretur bellum: & uariabant  
 secunda, aduersaq; res non fortunam magis q̄ animos  
 hominum: tanta religio, & ea magna ex parte externa,  
 ciuitatem incescit: ut aut homines, aut dij repente alij uir  
 derentur facti. nec iam in secreto modo, atq; intra parietes,  
 temnebantur Romani ritus: sed in publico etiam, ac foro,  
 Capitolioq; mulierum turba erat, nec sacrificantium,  
 nec precantium deos patrio more sacrificali, ac uates ca

perant hominum mentes quorum numerum auxit rus  
 sica plebs, ex incultis diuino bello infestisq; agris ege  
 state, & metu in urbem compulsa: & quasi ex alieno  
 errore facilis: quem uelut ex concessa artis usu exercebat.  
 Primo secreta bonorum indignationes ex audiebantur.  
 deinde ad patres etiam, & ad publicam querimoniam  
 excessit res. incausam grauer ab senatu adiles, triumuiriq;  
 capitales, quod non prohiberent: cum emouere eam nul  
 litudinem è foro, ac disijcere apparuit factorum conati  
 essent: haud procul absuit, quin uiolarētur. Vbi potentius  
 iam esse id malum apparuit: quam ut minores per magi  
 stratus sedarentur. M. Aenilio pratori urbis negotium ab  
 senatu datum est: ut et his religionibus populi liberaret.  
 Is & in concione senatus consulatum recepit: & edixit:  
 ut quicumq; libros uaticinos, precatōnes ue, aut artem sa  
 crificandi cōscriptam haberet: eos libros omnes, litterasq;  
 q; ad se ante Calendas Aprilis deferret: neu quis in pu  
 blico, sacro ue loco nouo, aut externo ritu sacrificaret, ali  
 quot publici sacerdotes morui eo anno sunt: L. Cornelius  
 Lentulus Pontifex Maximus, & C. Papyrius C. F.  
 Masso pontifex, & P. Furius Philus augur, & C. Papyrius  
 Lemasso decemuir factorum. In Lenuli locum M.  
 Cornelius Cethegus, in Papyrii Cn. Seruilii Cepio, pō  
 nifices suffecti sunt. augur creatus L. Quintus Flaminius:  
 decemuir factorum L. Cornelius Lentulus. Comitiorum  
 consularium iam appetebat tempus. sed quia consules à  
 bello intentos amocare non placebat: T. Sempronius con  
 sul comitiorum causa dictatorem dixit. C. Claudium Cē  
 tonem. ab eo magister equitum est dictus Q. Fuluius Flac  
 cus. Dictator primo comitali die creauit consules Q. Ful  
 uium Flaccum magistrum equitum, & Ap. Claudium

*Pulchrum*: cui Sicilia prouincia in prætorâ fuerat. Tum prætores creati Cn. Fuluius Flaccus, Claudius Nero, M. Iunius Syllanus, P. Cornelius Sulla. Comitibus perfectis, dictator magistratu abijt. Ædilis curulis fuit eo anno cñ M. Cornelio Cethego P. Cornelius Scipio: cui post Africanus fuit cognomen. Huic petenti ædilitatem cum obstitissent tribuni plebis, negantes rationem eius habendam esse: quod nondum ad petendum legitima ætas esset: sine, inquit, omnes Quiritis ædilem facere uolunt: satis anorum habeo. Tanto inde fauore ad suffragium ferendum in tribus discursus est: ut tribuni repente incepto destiterint. Ædilitia largitio hæc fuit. Ludi Romani pro temporis illius copijs magnifice facti: & diem unum instaurati: & congi olei in uicos singulos dati. L. Iulius, T. Appullus, & M. Fundanus ædiles plebeijs aliquot matronas apud populum probri accusarunt: quasdam ex eis damnatas in exilium egerunt. Ludi plebeijs per biduum instaurati. & Iouis epulum fuit ludorum causa. Q. Fuluius Flaccus tertium, Ap. Claudius consulatum inuenit. Et prætores prouincias sortiti sunt: P. Cornelius Sulla urbem, & peregrinam: quæ duorum ante fors fuerat: Cn. Fuluius Flaccus Apuliam: Claudius Nero Sueffulam: M. Iunius Syllanus proconsul creatus. Consulibus bellum cum Annibale, & bina legiones decretæ. alter à Q. Fabio superioris anni consule, alter à Fulvio Centimalo acciperet. Prætorum, Fuluij Flacci, quæ Lucræ sub Emilio prætoris, Claudij Neronis, quæ in Piceo no sub C. Terentio fuissent: legiones essent. supplementum in eas quisq; scriberet sibi. M. Iunio proconsuli legiones urbanae prioris anni datae. T. Sempronio Graccho, & P. Sempronio Tuditano imperium, prouincasq; Lucæ

ni, & Gallia cum suis exercitibus prorogata. Item P. Lentulo, quæ uetus prouincia in Sicilia esset: M. Marcello Syracusa, & quæ Hieronis regnũ fuisset: T. Octacilio classis: Græcia M. Valerio: Sardinia Q. Mutio Scauola: Hispania P. & Cn. Cornelij. Ad ueteres exercitus duæ urbanae legiones à consulibus scriptæ: summaq; trium & uiginti legionum eo anno effecta est. Delectum consulũ M. Posthumij Pyrgensis cum magno propè motu rerum factum impedit. Publicanus erat Posthumius: qui multis annis, prærem fraude, auaritasq; neminem in ciuitate habuerat, præter L. Pomponium Veientanum: quæ populantem temere agros in Lucanis ductu Hanonis prioris anno caperant Carthaginenses. Hi, quia publicum periculum erat à ui tempestatis in ijs, quæ portarentur ad exercitus: & ementitæ erant facta naufragia: & ea ipsa, quæ uera renuntiauerant: fraude ipsorum facta erant, non casu: in ueteres, quassatasq; naues paucis, & parui pretij rebus impositis, cum miserissent eas in alto, excerpis in præparatas scaphas nauis: multiplices fuisse merces ementiebantur. Ea fraus indicata. M. Emilio prætoris prioris anno fuerat: ac per eum ad senatum delata: nec tamen ullo senatus consulto notata: quia patres ordinem publicanorum in tali tempore offensum nolebant. populus seuerior undex fraudis erat. excitansq; tandem duo tribuni plebis, Sp. & L. Carulij, cum rem inuisam infamemq; cernerent: ducentum millium aris multam à M. Posthumio dixerunt. cui certa inde cum dies aduenisset: conciliamq; tam frequens plebis adesset: ut multitudinè area Capitolij uix caperet: perorata causa, spes una uidebatur esse: si C. Seruilij Casca tribunus plebis, q. propinquus, cognatusq; Posthumio erat: prius quam ad suffragium



tribus uocarentur: intercessisset Testulis datis, tribuni populum summonerunt: stellasq; allata est, ut sortirentur, ubi Latini suffragium ferrent. Interim publicani Casca instare, ut concilio diem eximeret, populus reclamare. Et forte in cornu primus sedebat Casca: cui simul meus, pudorq; animum uersabat. Cum in eo parum præsidij esset: turbada rei causa publicani per uacuum ni summo occupato loco in eos irruerunt, iurgantes simul cum populo, tribunisq;. Nec procul dimicatione res erat: cum Fuluius consul tribunis, non ne uidetis, inquit, uos in ordinem coactos esse? Et rem ad seditionem spectare? ni pro pere dimittitis plebis concilium. Plebe dimissa, senatus uocatur: et consules referunt de concilio plebis turbato ui atq; audacia publicanorum. Marcum Furium Camillum, cuius exilium ruina urbis secuta fuerit: damnari se ab ingratis ciuibus passum esse. Decemuiros ante, quorum legibus ad eam diem uiverent: multos postea principes ciuitatis iudicium de se populi passos. Posthumium Pyrrigensem suffragium populo per uim extorsisse: concilium plebis sustulisse: tribunos in ordinem coegisse: contra populum Romanum acie introduxisse: locum occupasse: ut tribunos a plebe intercluderet: tribus in suffragium uocari prohiberet. nihil aliud a cade ac dimicatione conuenisse homines, nisi patientiam magistratum: quod reserint in presentia furori atq; audacia paucorum: uindictaq; se, ac populum Romanum passi sint: et comitia, que reus ui, atq; armis prohibeturus erat: ne causa querentibus dimicationem daretur: uoluntate ipsius sustulerint. Hæc cum ab optimo quoq; pro atrocitate rei acta essent: uimq; eam contra Rempublicam perniciosè exempto factam senatus decerneret: confestim Caruilij Tr. Pl.

omissa multa certatione, rei capitalis die Posthumio dixerunt: ac ni uades daret: prehendi à uiatore, atq; in carcerè duci iusserunt. Posthumius uadibus datis, non affuit. Tribuni uocauerunt plebem: quæ ita sciuit. Si M. Posthumius ante Cal. Maias non prodisset: citansq; eo die non respondisset: neq; excusatus esset: uideri eum in exilio esse: bonaq; eius uenire: ipsi aqua, et igni placere interdicti. Singulis deinde eorum, qui turba ac tumultus concitato res fuerant: rei capitalis diem dicere, ac uades postcere coeperunt. primo non dantes, deinde etiam eos, qui dare possent: in carcerem coniiciebant. cuius rei periculum uitantes pleriq; in exilium abierunt. Hunc fraudis publicanorum, deinde fraudem audacia protegens, exitum habuit. Comitia inde pontifici maximo creando sunt habita. Ea comitia nouus pons ex M. Cornelius Cethegus habuit. Tres in genitum certamine petierunt: Q. Fuluius Flaccus consul: qui et ante bis consul: et censor fuerat: et T. Manlius Torquatus, et ipse duobus consulatibus, et censura insignis: et Licinius Crassus: qui adilitatem curulem petiurus erat. Hic senes, honoratosq; iuuenis in eo certamine diuicit. Ante hunc intra centum annos et uiginti nemmo, præter P. Cornelium Caluissam Pontifex maximus creatus fuerat: qui sella curuli non sedisset. Consules cum ægre delectum conficerent: quod inopia iuniorum non facile in utroq;, ut et nouæ urbanae legiones, et supplementum ueteribus scriberetur: sufficiebat: senatus abstinere eos incepto uenit: et triumuiros binos creare iussit: alteros: qui citra: alteros: qui ultra quinquaagesimum lapidem in plateis, forisq;, et in conciliabulis omnem copiam ingeniorum inspicerent: et si qui roboris satis ad ferrendam arma habere uiderentur: etiam si nondum militari ætate

essent: milites facerent. Tribuni plebis, si ijs uideretur: ad populum ferrent: ut qui minores septem & decem annis sacramento dixissent: ijs perinde stipendia procederent: ac si septem & uiginti annorum, aut maiores, milites facti essent. Ex hoc senatus consulto creati triumuiri bini acquisitionem in genitorum per agros habuerunt.

Eodem tempore ex Sicilia litteræ M. Marcelli de postalatis militum, qui cum P. Lennilo militabant: in senatu recitatae sunt. Cannensis reliquæ cladis: hic exercitus erat, relegatus in Siciliam: sicut ante dictum est: ne ante Punici belli finem in Italiam reportaretur. Hi permitti Lennili primores equitum, centurionumq; & robora ex legionibus pedum legatos in hyberna ad M. Marcellum miserunt. è quibus unus potestate dicendi facta. Consulente M. Marcelle in Italiam adissemus: cum primum de nobis, etsi non iniquum, certe triste senatus consultum facti est: nisi hoc sperassemus: in provinciam nos morte regiturbatam ad graue bellum aduersus Siculos simul, per nosq; mitti: & sanguine nostro, uulneribusq; magistratibus satis facturos esse: sicut patrum uemoria. qui capti Pyrrho ad Heracleam erant: aduersus Pyrrhum ipsam pugnantes satis fecerunt. quanquam quod ob meritum nostrum succensus sitis patres conscripti nobis? aut successeritis? Ambos mihi consules, & uniuersum senatum intecti uideor: cum te M. Marcelle intueor. quæ si ad Cannas consulem habuissemus: melior respu. & nostra fortuna esset. Sine quaeso prius quæ de conditione nostra queror: noxia, cuius arguimur: nos purgare. Si non deum ira, nec fato, cuius lege immobilis rerum humanarum ordo seruitur: sed culpa perijimus ad Cannas: cuius tandem ea culpa fuit militum? an imperatorum? Equidem miles nihil unquam

dicam de imperatore eo: cui presertim gratias sciam ab senatu actas: quod non desperauerit de republica: cui post fugam actam sit per omnes annos prorogatum imperium. Cæteros item ex reliquijs cladis eius, quos tribunos militum habuimus: honores petere, & gerere, & provincias obtinere, audiuius. An uobis, uestrisq; liberis ignoscitis facile patres conscripti? in hæc uilia capita scuitis? & consuli, primoribusq; alijs ciuitatis fugere, cum spes alia nulla esset: turpe non fuit? milites utiq; morturos in aciem misistis? Ad Alliam propè omnis exercitus fugit: ad Furcas Caudinas ne expertus quidem certamen, arma tradidit hosti: (ut alias pudendas clades exercituum taceam) tamen tantum absiit ab eo: ut illa ignominia ijs exercitibus inureretur: ut ea urbs Roma per eum exercitum, qui ab Allia Veios transfugerat: recuperaretur: et Caudinæ legiones, quæ sine armis redierant Romam: armata remissa in Samnium, eundem illum hostem subiugum miserunt: qui hac sua ignominia letatus fuerat. Cannensem uero quisquam exercitum fugæ, aut pauoris instigare potest? ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderunt? unde consul cum equitibus quinquaginta fugit? unde nemo superest? nisi quem hostis cadendo fessus reliquit? Cum captiuis redemptio ne gabatur: nos uulgo homines laudabant: quod reipublicæ nos seruassimus: quod ad consulem uenissim redissemus: & speciè iusti exercitus fecissemus. Nunc deteriore conditione sumus: quam apud patres nostros fuerant captiui. quippe illis arma tantum, atq; ordo militandi, locusq; in quo tenderent: in castris est nutatus. quæ tamen semel nauata reipublicæ opera, & uno felici prelio recuperarunt. nemo eorum relegatus in exilium est: nemini spes emerendi

*stipendia adempta. hostis deniq; est datus: cum quo dimi-  
 cantes, aut vitam semel, aut ignominiam finirent. Nos,  
 quibus, nisi quod commissimus ut quisquam ex Cannensibus  
 pugna miles Romanus superesset: nihil obijci potest: non  
 solum à patria procul, Italiaq;, sed ab hoste etiam relegi  
 ti sumus: ubi senescamus in exilio: ne qua spes, ne qua oc-  
 casio abolendæ ignominie, ne qua placandæ animi ire,  
 ne qua demq; benemoriendi sit. Neq; ignominie finem,  
 nec uirtutis præuium petimus: modo experiri animum,  
 & uirtutem exercere liceat. laborem, & periculum peti-  
 mus: ut uiuorum, ut nihilium officio fungamur. Bellum  
 in Sicilia iam alterum annum ingenti<sup>b</sup> dimicatione geri-  
 tur: urbes alias Pænus, alias Romanus expugnat: pedu-  
 um, & e. quinum acies concurrunt: ad Syracusas terra mari-  
 riq; res geritur: clamorem pugnantium, crepantumq; au-  
 morum ex audimus desides ipsi, ac segnes: tanquam nec  
 manus, nec arma habeamus. Seruorum legionibus T.  
 Sæpronius consul toties iam cum hoste signis collatis pu-  
 gnauit. operæ prætiū habent libertatem, ciuitatemq;. pro-  
 seruis saltem ad hoc bellum emptis nobis simul congre-  
 di cum hoste liceat: & pugnando quærere libertatem.  
 Vis tu mari, vis terra, vis acie, vis urbibus oppugnantibus  
 experiri uirtutem? asperrima quæq; ad laborem, pericu-  
 lumq; deponimus: ut quod ad Cannas faciendum fuit:  
 quàm primum fiat. quoniam quicquid postea uiximus:  
 id omne destinatum ignominie est. Sub hæc dicta ad ge-  
 nua Marcelli procubuerunt. Marcellus id nec iuris, nec  
 potestatis sua esse dixit. senatui scripturum se: omniaq; de  
 sententia patrum facturum esse. Hæc litteræ ad nouos con-  
 sules allatæ: ac per eos in senatum recitatæ sunt. consulesq;  
 de his litteris ita decreuit senatus. milibus, qui ad Can-*

nas commilitones suos pugnantem deseruissent: senatui ni-  
 hil uideri Remp. committendam esse. si M. Claudio pro-  
 consuli aliter uideretur: faceret quod è Repub. fideq; sua  
 duceret: dum nequis eorum modè uacaret: neu dono  
 militari uirtutis ergo donaretur: neu in Italiam reporta-  
 retur: donec hostis intra Italiam esset. Comitibus deinde à  
 prætore urbano de senatus sententia, plebisq; scito sunt  
 habita. quibus creati sunt quinque uiri muris, turribusq;  
 reficiendis: & triuuiui bini: uni sacris conquirendis, do-  
 nisq; persignandis: alteri reficiendis ædibus Fortuna, &  
 Matris Matutæ intra portam Carmentalem: sed et Spei  
 extra portam: quæ priore anno incendio consumptæ fue-  
 rât. Tempestates factæ fuere. In Albano monte biduum  
 continenter lapidibus pluuit. Tacta de cælo multa: due  
 in Capitolio ædes: uallum in castris multis locis supra  
 Suesulim: duo uigiles exanimati. murus, turresq; qua-  
 dam Cumis non icte modo fulminibus, sed etiam decus-  
 sæ. Reate saxum in gens uisum uoluitare: sel rubere solito  
 magis, sanguineoq; similis. Horum prodigiorum cau-  
 sa diem unum supplicatio fuit: & per aliquot dies con-  
 sules rebus diuinis operam dederunt: & per eosdè dies  
 sacrum nouendiale fuit. Cum Tarentinorum defectio  
 iam diu & in spe Annibali, & in suspitione Romanis  
 esset: causa forte extrinsecus maturanda eius interuenit.  
 Phileas Tarentinus diu iam per speciem legationis Ro-  
 mæ cum esset: uir inquieti animi, & minime ocium, quo-  
 tum diutino senescere uidebatur: patientis, aditum sibi ad  
 obsides Tarentinos inuenit custodiebantur in atrio Liber-  
 tatis minore cura: quia nec ipsis, nec ciuitati eorum salte-  
 re Romanos expediebat. Hos crebris colloquijs sollicita-  
 tos, corruptis adituis duobus, cum primis tenebris custo-

dia eduxisset: ipse comes occulti itineris factus profugit. Lu  
 ce prima uulgata per urbem fuga est: missi q̄; qui sequeretur,  
 à Tarracina comprehensos omnes retraxerunt. deduc  
 ti in comitio: uirgīs q̄; approbante populo cæsi, de saxo  
 dei ceciderunt. Huius atrocitas pœnæ duarum nobilissima  
 rum in Italia Græcarum ciuitatum animos irritauit, in  
 publice, tum etiam singulos priuatim: ut quisq; tam sede  
 interemptos aut propinquitate, aut amicitia contingebat.  
 Ex ijs tredecim fr̄e iuuenes Tarentini coniurauerunt:  
 quorum principes Nico, & Philomenes erant. Hi prius  
 quam aliquid mouerent, colloquendum cum Annibala  
 ti, nocte per speciem uenandi urbe egressi ad eum profu  
 scuntur. & cum haud procul castris abessent: ceteri iu  
 ua propè uiam sese occultauerunt: Nico, & Philomenes pro  
 gressi ad stationes, comprehēsiq; ultro id petentes, ad An  
 nibalem deducti sunt. Qui cum & causas consilij sui, &  
 quid pararent, exposuissent: collaudati, oneratiq; promisi  
 sis iubentur, ut fidem popularibus facerent prædandi cau  
 sa se urbe egressos: pecora Carthaginensium, quæ passim  
 propulsa essent: ad urbem agere. tuto, ac sine certamine  
 id facturos, promissum est. Conspecta ea præda iuuenem  
 est: minusq; iterum, ac sapius id eos audere, miraculo  
 fuit. Congressi cum Annibale rursus fide sanxerunt:  
 liberos Tarentinos leges, suaq; omnia habituros: neq; ul  
 lum uectigal pœno pensuros: præsidium ue inuitos reca  
 pturos: prodita præsidia Carthaginensium fore. Hæc  
 ubi conuenerunt: tunc uero Philomenes consuetudinem  
 nocte egrediendi, redeundi q; in urbem frequentiore  
 facere: ( & erat uenandi studio insignis ) canes q; &  
 alius apparatus sequebatur: captumq; fermè aliquid,  
 aut ab hoste ex præparato ablatum reportando, dona

bat aut præfesto, aut custodibus portarum. nocte mai  
 xime commere propter meum hostium credebant. Vbi  
 iam eò consuetudinis adducta res est: ut quocunq; noctis  
 tempore sibilo dedisset signum: porta aperiretur: tempus  
 agenda rei Annibali uisum est. Tridui uia aberat. ubi,  
 quo minus mirum esset uno, eodemq; loco statua eum  
 tam diu habere: agrum simulabat. Romanis quoq;  
 qui in præsidio Tarenti erant: suspecta esse iam segnis  
 mora eius desierat. Cæterum posteaquam Tarentum  
 ire constituit: decem millibus peditum, atq; equitum,  
 quos in expeditione uelocitate corporum, ac lenitate ar  
 morum aptissimos esse ratus est: electis, quarta uigilia no  
 ctis signa mouit. præmissisq; octuaginta fr̄e Numidas  
 equitibus præcepit: ut discurrerent circa uias: perlustrar  
 entq; omnia oculis: ne quis agressum procul spectator  
 agminis falleret: prægressos retraheret: obuios occide  
 rent: ut prædonum magis quam exercitus accolis species  
 esset. ipse raptim agmine facto quindecim fermè millium  
 spatio castra ab Tarento posuit. & ne ibi quidem nunt  
 iato quò pergerent, tantum conuocatos milites monuit:  
 uia omnes irent: nec diuertì quenquam, aut excedere  
 ordini agminis paterentur: & in primis intenti ad  
 imperia accipienda essent: neu quid nisi ducum iussu fa  
 cerent, se in tempore editurum, quæ uellet agi. Eadem fer  
 mè hora Tarentum fama peruenerat: Numidas equites  
 paucos populari agros: terroremq; late agrestibus inieci  
 se. Ad quem nuntium nihil ultra monis præfictus Ro  
 manus: quàm ut partem equitum postero die luce prima  
 iuberet exire ad arcendum populationibus hostem. ins  
 terea adeo nihil obedienter curatum est: ut contra pro  
 argumento fuerit illa procuratio Numidarum: Anni,

balem, exercitumq; castris non mouisse. Annibal conu-  
bia nocte mouit, dux Philomenes erat cum solito capte  
uenationis onere, ceteri proditores ea, quæ composita er-  
rant: expectabant. Conuenerat autem: ut Philomenes por-  
tula assuetu uenationem inferens armatos induceret: par-  
te alia portam Temenitida adiret Annibal, ea mediter-  
nea regione oriente spectabat: aliquantum intra mor-  
uia includitur. Cum portæ appropinquaret: edius ex  
composito ignis ab Annibale est: resulsitq; idem redium  
ab Nicone signum. extinctæ deinde utriusq; flama sunt.  
Annibal silentio ducebatur ad portam. Nico ex improviso  
ad portam sopitos uigiles in cubilibus suis obrutit:  
portamq; aperit. Annibal cum pedum agmine ingredi-  
tur: eques subsistere iubet: ut quod res postulet, occurrere li-  
bero capto possent. Et Philomenes portulæ parte alia qua  
commeare assuerat: appropinquabat. nota uox eius, &  
familiare iam signum cum excitasset uigilem, dicentis,  
uix suscinere gradibus bestia onus: portula aperitur. inferen-  
tes aprum duos iuuenes secutus ipse cum expedito uenato-  
re, uigilem incautus miraculo magnitudinis in eos  
qui ferebant uersum, uenabulo traiecit. ingressi deinde tri-  
ginta ferè armati ceteros uigiles obrutit: refringuntq;  
portam maximam. & agmen sub signis confectum irru-  
pit. inde cum silentio in forum ducti Annibali sese com-  
iunxerunt. Tum duo nullia Gallorum Pœnus in treis di-  
uisa partes per urbem dimittit. Tarentinos, & Afros quæ  
maxime frequenter occupare iubet. tumultu orto, Roma-  
nos passim cædit: oppidanis parca, sed ut fieri id posset: præ-  
cipit iuuenibus Tarentinis: ut ubi quem suorum procul  
uidissent: quiescere, et silere, ac bono animo esse iuberent.  
Iam tumultus erat clamorq;: qualis esse in capta urbe so-  
let: sed

let: sed quid rei esset, nemo satis pro certo scire. Tarentini  
Romanos ad diripiendam urbem credere coortos. Ro-  
manis seditio aliqua cum fraude uideri ab oppidanis mo-  
ta. Præfectus primo excitatus tumultus in portam effugit:  
inde accipius scapha in arcem confugit. Terrorem &  
tuba audita ex teatro faciebat. nam & Romana erat,  
& proditoribus ad hoc ipsum præparata: & inscianter à  
Græco inflata, quis, aut quibus signum daret, incertum  
efficiebat. Vbi illuxit: & Romanis Punica, & Gallica ar-  
ma cognita tū dubitationem exemerunt: et Græci Roma-  
nos passim cæde stratos cernentes, ab Annibale captam  
urbem senserunt. Postquam lux certior erat: & Romani  
qui cæditibus superfuerant: in arcem confugerant: contice-  
scebatq; paulatim tumultus: tum Annibal Tarentinos si-  
ne armis conuocare iubet. Conuenere omnes: præterquã  
qui cedentis in arcem Romanos ad omnem ad eundam  
simul fortunam persecuti fuerant. Ibi Annibal benigne  
allocutus Tarentinos, testatusq; quæ præstitisset ciuibus eo-  
rum: quos ad Trasimenum, aut ad Cannas cepisset: si-  
nul in dominationem superbam Romanorum inuectus,  
recipere se in domos suas quenq; iussit: & scribis nomen  
suum inscribere. se domos eas, quæ inscriptæ non essent:  
signo extemplo dato, diripi iussurum. si quis in hospitio  
ciuis Romani (uacuas autem cernebat domos) nomen in-  
scripisset: eum se pro hoste habiturum. Concione dimis-  
sa, cum inuis notatæ fores discrimen pacatæ ab hostili  
domo fecissent: signo dato, ad diripiendam hospitium Roma-  
na passim discursum est. & fuit prædæ aliquantum. Pos-  
tremo die ad oppugnandam arcem ducit. quam cum et ma-  
ri, quo in Peninsula modum pars maior circumluitur:  
& præaltis rupibus, & ab ipsa urbe muro & fossa in-

genti septam uideret: eoq; nec ui, nec operibus expugnabilem esse: ne aut se ipsum cura ueniendi Tarentinos à maioribus rebus morarentur: aut in relictos sine ualido presidio Tarentinos impetum ex arce, cum uellent, Romani facerent: uallo urbem ab arce intersepere statuit: non sine illa etiam spe: cum prohibentibus opus Romanis manum posse conferi: & si ferocius procurrissent: magna cede ita attenuari presidij uires: ut facile per se ipsi Tarentinam urbem ab ijs ueri possent. Vbi cœptum opus est: patefacta repente porta, in muniente is impetum fecerunt Romani. pellicq; se statio passa est: quæ pro opere erat: ut successu cresceret audacia: pluresq;, & longius pulsos persequerentur. Tum signo dato coorti undiq; Pœni sunt: quos instructos ad hoc Annibal tenuerat. nec sustinere impetum Romani. sed ab effusa signa loci angustia eos, impedimentaq; alia opere iam cœpto, alia apparatus operis, morabantur. plurimi in fossam præcipitanti: occisiq; sunt plures in signa, quam in pugna. Inde & opus nullo prohibente fieri cœptum. fossa in gens ducta: & uallum intra eam erigitur: modicoq; post interuallo murum etiam eadem regione addere parat: ut uel sine presidio ueri se aduersus Romanos possent. reliquit tamen modicum presidium: ut simul interfaciendo muro adiuuaret. ipse profectus cum cæteris copijs ad Galesum flumen (quinq; milia ab urbe abest) posuit castra. Ex ijs statim regressus ad inspicendum opus, quod aliquantum opinione eius celerius creuerat: spem cœpit etiam arcem expugnari posse. Et est non alitudine, ut cætera, nitax: sed loco plano posita: & ab urbe muro tantum, ac fossa diuisa. Cum iam machinationum omni genere & operibus oppugnarentur: missum à Metaponto presidium Romanis fecit animimum: ut non

esse ex improviso opera hostium inuaderent. alia disicerunt: alia igni corruerunt. isq; finis Annibali fuit ea parte arcem oppugnandi. Reliqua erat in obsidione spes: nec ea satis efficax. quia arcem tenentes, quæ in peninsula posita imminet faucibus portus mare liberum habebant: urbs contra exclusa maritimis commetibus: propiusq; inopiam erant obsidentes, quam obsessi. Annibal conuocatis principibus Tarentinis omnes præsentis difficultates exposuit: neq; arcis tam munitæ expugnandæ uiam cernere: neq; in obsidione quicquam habere spei: donec mari potiantur hostes. quod si naues sint: quibus commeatibus inuehi prohibeant: ex templo aut abcessuros, aut deduros se hostes. Assentiebantur Tarentini. cæterum ei, qui consilium afferret: opem quoq; in eam rem afferendam esse censebant: Punicas enim naues ex Sicilia accitas id posse facere. suas, quæ sinu exiguo interclusæ essent: cum claustra portus hostis haberet: quem admodum inde in apertum mare euasuras? Euadent, inquit Annibal. multa, quæ impedita natura sunt: consilio expediuntur. urbem enim in campo sitam habetis: planæ, & satis late uia patent in omnes partes. uia, quæ in portum per mediam urbem ad mare transmissa est: plaustris transuehæ naues haud magna mole. & mare nostrum erit: quo nunc hostes potiuuntur: & illinc mari, hinc terra circumferebimus arcem. immo breui, aut relictam ab hostibus, aut cum ipsis hostibus capiemus. Hac oratio non spem modo effectus, sed in gentem etiam ducis admirationem fecit. Contra tracta ex templo undiq; plaustra: inuenta q; inter se: et machina ad subducendas naues admotæ: munitiq; iter: quo facilius a plaustra, minorq; moles in transitu esset. iumentum inde, & homines contracti: & opus impigre captum.

pancosq; post diēs classis instructa, ac parata circumuehi  
tur arcem: & ante ipsum portum anchoras iacit. Hunc  
statum rerum Annibal Tarenti reliquit: regressus ipse in  
hyberna. Caterum defectio Tarentinorum utrum prio  
re anno, an hoc facta sit: in diuersam aures trahunt,  
plures propioresq; atate memoriæ rerum hoc anno tra  
dunt factam. Romæ consules, prætoresq; usq; ante diem  
quintum Cal. Maias Latina tenuerunt. eo die perpetua  
to sacro in monte in suas quisq; prouincias proficiscuntur.  
Religio deinde noua obiecta est ex carminibus Mar  
tiani. Vates hic Martius illustris fuserat. & cum in qui  
silio priore anno ex senatus consulto talium librorum fie  
ret: in M. Æmilij prætoris urbis, qui eam rem agebat:  
manus uenerant. is proutinus nouo prætori Sullæ tradide  
rat. Ex huius Martij duobus carminibus, alterius pos  
sita aucta declarato authoritas euenit, alteri quoq; cui  
ius nondum tempus uenerat: afferebat fidem. Priore car  
mine Cannensis prædicta clades in hæc ferè uerba erat.  
Annem Troiugena Cannam Romana fugæ: ne te alie  
riugena cogant in campo Diomedis conferere manus. Sed  
neq; credes tu mihi: donec complevis sanguine campum:  
multaq; millia occisa tua deferat amnis in pontum ma  
gnum ex terra frugifera: piscibus, atq; anibus, ferisq;  
quæq; incolunt terras: ijs suat esca caro tua. Nam mihi ita  
Iupiter fatus est. Et Diomedis Argiui campos, & Cannâ  
flumen, qui militauerant in ijs locis: iuxta, atq; ipsam cla  
dem, agnoscebant. Tum alterum carinen recitatum: non  
eo tantum obscurius: quia incertiora futura præteritis  
sunt: sed perplexius etiam scripturæ genere. Hostes Ro  
mani si expellere uultis uomicamq;: quæ gentium uenit  
longe: Apollini uouendos censeo ludos: qui quot annis

comiter Apollini fiant. cum populus dederit ex publico  
partem: priuati uti conferant pro se, suisq; ijs ludis facien  
dis prærit prætor is: qui ius populo, plebiq; dabit summû.  
Decemuirî Græcorum hostijs sacra faciunt. Hæc si recte fa  
xitis: gaudebitis semper: fietq; res uestra uelior. Nam is  
dius extinguet perduelles uestros: qui uestros campos pa  
scit placide. Ad id carmen explanandum diem unum  
sumpserunt. postero die senatus consultum factum est: ut  
decemuirî libros de ludis Apollini, req; diuina facienda  
inspicerent. Ea cum inspecta, relataq; ad senatum essent:  
censuerunt patres: Apollini ludos uouendos, faciendosq;  
& quando ludifacii essent: duodecim millia eris prætori  
ad rem diuinam, & duas hostias maiores dandas. Alte  
rum senatus consultum factum est: ut decemuirî sacra Græ  
corum facerent: ijsq; hostijs Apollini bone aurato, & car  
pris duabus albis auratis: Latona bone scemina aurata.  
Ludos prætor in circo maximo cum facturus esset: edi  
xit: ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantam  
commodum esset, conferret. Hæc est origo ludorum Apol  
linarium, uictoria, non ualentinis ergo, ut pleriq; ren  
tur, uotorum. factosq; populus coronatus spectauit. mar  
trona supplicauere. uulgo apertis ianuis in propatulo.  
epulati sunt. celebrq; dies omni carimoniarum genere  
fuit. Cum Annibal circa Tarentum, consules ambo in  
Sammio essent: sed circumfessuri Capuam uiderentur: quod  
malum diuina obfidionis esse solet: iam famem Cam  
pani sentiebant: quia sementem facere prohibuerant eos  
Romani exercitus. itaq; legatos ad Annibalem miserunt,  
orantes: ut prius quam consules in agros suos educerent  
legiones: uiaq; omnes hostium præsidijs insiderentur: fru  
mentum ex propinquis locis conuehi iuberet Capuam.

Annibal Hannonem ex Brutijs cum exercitū in Campaniam transire, & dare operam ut frumenti copia fieret Campanis: iussit. Hanno ex Brutijs profectus cum exercitū, nitabundus castra hostium, consulesq; qui in Samnio erant: cum Beneuento iam appropinquaret: tria passuum millia ab ipsa urbe loco edito castra posuit. inde ex socijs circa populis, quo æstate comportatum erat: deuehi frumentum in castra iussit, præsidij datis: quæ commeatus eos profecerentur. Capuam inde nuntium misit: qua die in castris ad accipiendum frumentum præsto essent, omni undiq; genere uehicularum, iumentorumq; ex agris contracto. Id pro ut cætera, securdâ negligentiaq; à Campanis actum, paulo plus CCCC uehicula missa: & pauca præterea iumenta. ob id castigatis ab Hannone, quod ne fames quidem, quæ mutas accenderet bestias: curam eorum stimulare posset: alia producta dies ad frumentum maiore apparatu petendum. Ea omnia, sicut acta erant: cum enuntiata Beneuentanis essent: legatos decem extemplo ad consules (circa Bonianum castra Romanorum erant) miserunt. Qui cum auditis quæ ad Capuam agerentur, inter se comparassent: ut alter in Campaniam exercitum duceret: Fuluius, cui ea provincia obuenerat: profectus nocte Beneuentum inuenit: est ingressus. Ex propinquo cognoscit: Hannonem cum exercitū parte profectum frumentatum: per questorem Campaniam datū frumentum: duo millia plaustrorum, inconditam, inermemq; alia urbam aduenisse: periculum ac trepidationem omnia agi: castrorumq; formam, & militarem ordinem, unmissis agrefibus ijs ex terris, sublatum. His satis compertis, consul militibus edicit: signa tantum, atq; in proximam noctem expedi-

rent: castra Punica oppugnanda esse. Quarta uigilia profecti, sarcinis omnibus, impedimentisq; Beneuenti relictis, paulo ante lucem cum ad castra peruissent: tantū pauoris iniecerunt: ut si in plano castra posita essent: haud dubie primo impetu capi puerint. altitudo loci, & munimenta defenderunt: quæ nulla ex parte adiri, nisi si arduo ac difficili ascensu poterant. Luce prima prælium ingens accensum est. nec uallum modo mutantur: pernici: sed, ut quibus locus æquior esset: deurbant nitentis per ardua hostes. Vicit tamen omnia pertinax uirtus: & aliquot simul partibus ad uallum, ac fossas peruentum est: sed cum multis uulneribus, ac militum pernicie. Itaq; conuocatis tribunis militum consul abfessendum temerario incepto ait. tutius sibi uideri: reduci eo die exercitum Beneuentum: dein postero castris se hostium iungi: ne exire inde Campani, ne ue Hanno regredi posset. id quo facilius obtineatur: collegam quoq; & exercitum eius se accitum: totumq; eò uersuros bellum. Hæc consilia ducis, cum iam recaptui caneret: clamor militum aspernantū tam seque imperiū disiecit. Proxima porta hostium erat cohors Peligna. cuius præfectus Vibius ereptū uexillum transfuallum hostium traiecit. execratus inde seq; & cohortem, si eius uexilli hostes potiri essent: princeps ipse per fossam, uallumq; in castra irrupit. iamq; intra uallum Peligni pugnabant: cum altera parte Valerio Flacco tribuno militum tertie legionis exprobrante: Romanis ignauiam, qui socijs captorum castrorum cederent decus: T. Pedanius princeps primus centurio, cum signifero signum ademisisset: iam hoc signū: & hic centurio, inquit, intra uallum hostium erit: sequantur q; capiti signum ab hoste prohiberi sunt. Manipulares sui pri-



num transcendentem fossam, dein legio tota secuta est. Iam & consul ad conspectum transgredientium uallē mutato silio, ab reuocandis ad incitandos hortandisq; uersus milites, ostendere in quanto discrimine, ac periculo fortissima cohors sociorum, & cūiuu legio esset. Itaq; pro se quisq; omnes per æqua, atq; iniqua loca, cum uindiq; tela conuerterentur: armaq; & corpora hostes obijcerent: peruadunt: irrumpuntq; multi uulnerati, etiā quouires, sanguisq; desereret: ut intr a uallum hostium caderent: nitebantur. Capta itaq; momēto temporis, uelut in plano sita, nec pernumta, castra. Cades inde, non iam pugna erat: omnibus intra uallum permistis. supra sex millia hostium casa. supra septem millia capiuntur, cum frumentatoribus Campanis, omniq; plaustrorum etiuumentorum apparatu. capta & alia in gens præda fuit: quam Hanno, populabundus passim cum isset: ex sociorum populi Romani agris traxerat. Inde deiectis hostium castris, Beneuentum reditum est. prædamq; ibi ambo consules (nam & Ap. Claudius eò post paucos dies uenit) uendiderunt: diuiseruntq; & donati: quorum opera castra hostium capta erāt. ante alios Vibius Pelignus, & T. Pedanius princeps tertie legionis. Hanno ab Comino Cerito, quò nuntiata castrorum clades est: cū paucis frumentatoribus, quos forte secum habuerat: fugæ magis, quàm inuictis modo in Brutios redijt. Et Campani audita sua pariter, sociorumq; clade, legatos ad Annibalem miserunt: qui nuntiarent: duos consules ad Beneuentum esse: diei iter à Capua: tantum non ad portas, et multos bellum esse. ni propere subueniat: celerius Capuam, quam Arpos, in potestatem hostium uenturam. ne Tarantum quidem, non modo arcem, tantū debere esse: ut

Capuam, quam Carthagini æquare sit solitus desertam, indefensamq; populo Romano tradat. Annibal curæ sibi fore rem Campanam pollicens, in præsentia duo milia equitum cum legatis mittit: quo præsidio agros populationibus possent prohibere. Romanis interim, sicut aliarum rerum, ita arcis Tarentinæ, præsidijq;, quod ibi obsiderentur: cura esse. C. Seruilus legatus ex autoritate patrum à P. Cornelio prætorē in Hetruriam ad frumentum coemendum missus, cum aliquot nauibus honestis in portum Tarentinum inter hostium custodias peruenit. Cuius aduentus qui ante in exigua spe uocati sæpe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant ultro ad trās eundem hostem uocabant, sollicitabantq;, & erat satis ualidum præsidium, traductis ad arcem Tarentinensidam, qui Metaponti erant militibus. Itaq; Metapontini ex templo mem, quo tenebantur, liberati ad Annibalem deferere. Hoc idem eadem ora maris & Thurini fecerunt. mouit eos non Tarentinorum magis defectio, Metapontinorumq;: quibus indidem ex Achæia oriundi etiam cognatione iuncti erant: quàm ira in Romanos, propter obsides nuper interfectos. Eorum amici, cognatiq; litteras ac nuntios ad Hannonem, Magonemq;, qui in propinquo in Brutijs erant: miserunt: si exercitum ad moenia admouissent: se in potestatem eorum urbem tradituros esse. M. Attilius Thurini cum modico præsidio præerat: quem, facile elici ad certamen temere incūdum rebantur posse, non tam militum, quos per paucos habebat, fiducia, quàm iuuentutis Thurinæ. eam ex industria centuriasauerat, armaueratq; ad tales casus. Diuisis copijs: inter se duces pæni cum agrum Thurinum ingressi essent. Hæno cum pedum agmine infestis signis ire ad urbē per

git: Mago cum equitatu tectus collibus ad tegendas infidias oppositus, subsistit. At tinnius peditem tantum agmine per exploratores comperto, in aciem copias educit, et fraudis intestinae, & hostium insidiarum ignarus. Pedestre praelium fuit per seque: paucis in prima acie pugnantibus Romanis Thurinis expectantibus magis, quam adiuvantibus, euentum. & Cathaginensium acies de industria pedem referebat: ut ad terga collis ab equite suo infessi hostem incautum pertraheret. Quo ubi ventum est: coorti cum clamore equites prope in conditam Thuri norum urbem, nec satis fido animo, unde pugnat, stantem, extemplo in fugam auerterunt. Romani, quos circumuentos hinc pedes, hinc eques urgebat: tamen aliquandiu pugnam traxerunt. postremo & ipsi terga uertunt: atque ad urbem fugiunt. Ibi proditores conglobati cum popularium agmen patentibus portis accepissent: ubi Romanos fusos ad urbem ferri uiderunt: conclamant: in stare poenitum: permistosque hostes urbem inuasuros: non prope portas claudant. ita exclusos Romanos prae buere hosti ad caedem. At tinnius tamen cum paucis recaptus. Seditio inde paulisper tenuit: cum alij urbem mendam, inde alij cedendum fortuna, & tradendam urbem uictoribus censerent. ceterum, ut plerumque, fortuna, & consilia mala uicerunt. At tinnio cum suis ad mare ac naues deducto, magis quia ipsi ob imperium in se mite ac iustum consultum uolebant: quam respectu Romanorum: Cathaginenses in urbem accipiunt. Consules à Bene uento in Campaniam agrum legiones ducunt, non ad frumenta modo, quae iam in hybernis erant: corrumpenda: sed ad Capuam oppugnandam: nobilem se consulatum tam opulenta urbis excidio rati facturos: simul

& ingens flagitium imperio dempturor: quod urbitatem propinqua tertium iam annum impunita defectio eēt. Ceterum ne Beneuentum sine praesidio esset: & ut ad subita belli, si Annibal (quod factum haud dubitabant), ad opem ferendam socijs Capuam uenisset: egres uim suscinere possent: T. Gracchum ex Lucanis cum equatu, ac leui armatura Beneuentum uenire iubent. legionibus, statuisque; ad obtinendas res in Lucanis aliquem proficeret. Graccho, priusquam ex Lucanis moueret: sacrificium triste prodigium factum est. ad exta sacrificio perpetrato angues duo ex occulto allapsi labere iecur: conspectisque; repente ex oculis abierunt. id cum aruspicum monitu sacrificium instauraretur, atque intentius exta referata seruaretur: itaque ac tertium uenisse tradunt: libatoque; iocinere intactos angues abuisse. Cum aruspices ad imperatorem id pertinere prodigium promouissent: & ab occultis cauendum hominibus, & filiisque; nulla tamen prouidentia fatum imminens moueri potuit. Flauius Lucanus fuit caput partis eius Lucanorum: (cum pars ad Annibalem defectisset) quae cum Romanis stabat: & iam anno in magistratu erat, ab eisdem illis creatus praetor. Is mutata repente uoluntate locum gratiae apud Poenium querens, neque transire ipse, neque trahere ad defectionem Lucanos satis habuit: nisi imperatoris, & eiusdem hostium prodium capite, ac sanguine scædus cum hostibus sanxisset. ad Magonem, qui in Brutijs praetor erat: clam in colloquium uenit. fideque; ab eo accepta, si Romanum is imperatorem tradidisset: liberor cum suis legibus uenturos in amicitiam Lucanos: deducit Poeniam in locum pacis Gracchum adducturus. Magonem ibi pedites, equitesque; armare, & capere eas latebras, ubi ingentem numerum occideret: iubet. Loco satis inspecto,

atq; undiq; explorato, dies composita gerendæ rei est. Flavius ad Romanum imperatorem uenit. Rem se ait magnam inchoasse: ad quam perficiendam ipsius Græchi opera opus esset. omnium populorum prætoribusq; ad Pœnum in illo communi Italiae motu descissent: perstruasissent: ut redirent in amicitiam Romanorum: quando res quoq; Romana, quæ propè exitium clade Cænensi uenisset: in dies melior, atq; auctior fieret: Annibalis uis ferresceret: ac propè ad nihil uenisset. ueteri delicto haud implacabiles fore Romanos. nullam unquam gentem magis exorabilem, promptioremq; uenia danda fuisse. quoties rebellionem maiorem suorum ignouit? Hæc ab se ait dicta. cæterum ab ipso Graccho eadem hæc audire malle eos præstitit: contingere dextram: id pignus fidei secum ferre. Locum se concilijs edixisse à conspectu amonum, haud procul à castris Romanis. ibi paucis uerbis transigere posse: ut omne nomen Lucanum in fide, ac societate Romana sit. Gracchus fraudem & sermonem rei abesse ratus, ac similitudine ueri captus, cum lictoribus ac turma equitum à castris profectus, duce hospitium in insidias præcipitatus. Hostes subito exorti. & ne dubia proditio esset: Flavius his se adiungit. tela undiq; in Gracchum, atq; equites coniunguntur. Gracchus ex equo defilit: idem cæteros facere iubet: hortaturq;: ut quod unum reliquum fortuna fecerit: id honeste uirtute reliquum autem quid esset paucis à multitudine in ualle sua ac montibus septa circumuentis: præter mortem & id referre: utrum præsentis torpore pecorum modo inulti trucidentur: an toto animo à pauendo, expectandoq; eueni in impetum atq; iram uerso, agentes audentesq; perfuncti hostium cruore inter expulsum inimicorum cumulatam

armasq; & corpora cadant. Lucanum proditorem ac tras fugam omnes petentem. qui eam uictimam præ se ad ineros misisset: eum decus eximium, egregiumq; solatium suæ morti inueniunt. Inter hæc dicta paludamento circum laeuum brachium intorto, (nam ne scuta quidem secum extulerant) in hostes impetum fecit. Maior quam pro numero hominum ediuu pugna. iaculis maxime aperta corpora Romanorum & cum undiq; ex altioribus locis in cauam uallem coniectus esset: transfuguntur. Gracchum iam nudatum præsidio uiuum capere Pœni nituntur. cæterum ille conspicuus Lucanum hospitem inter confortos hostis adeo infestus inuasit: ut parci ei sine multorum pernicie non posset. Ex animem eum Mago extemplo ad Annibalem misit, ponitq; cum captis simul fascibus ante tribunal imperatoris iussit. Hæc uera fama est. Gracchus in Lucanis ad campos, qui ueteres uocantur: periit. Sunt qui in agro Beneuentano propè Calorem fluuium offendant à castris cum lictoribus, ac tribus feruis lauandicæ progressum, cum forte inter salicula inrata ripis laterent hostes: nudum atq; inermem, saxisq; quæ uoluit amnis: propugnantem, interfectum. Sunt qui aruspium cum monitu quinquecentos passus à castris progressum, ualido loco puro ea, quæ ante dicta prodigia sunt: procuraret: ab insidentibus forte locum duabus turmis Numidarum circumuentum scribant. adeo nec locus, nec ratio mortis in uiro tam claro & insigni constat. Funeris quoq; Gracchi uaria fama est. Alij in castris Romanis sepulchrum ab suis: alij ab Annibale (et ea uulgatior fama est) tradunt in uestibulo Punicorum castrorum rogam extructum esse: armatum exercitum decurrisse cum tripudijs Hispanorum, motibusq; armorum & corporum suæ cuiq; genti

assuetis: ipso Annibale omni rerum uerborumq; homi-  
 re exequias celebrante. Hæc tradunt: qui in Lucanis  
 rei gestæ authores sunt. Si illis, qui ad Calorem flu-  
 uium interfectum memorant: credere uelis, capitibus tantum  
 Gracchi hostes potiti sunt. eo delato ad Annibalem,  
 missus ab eo confestim Carthalo: qui in castra Romana  
 ad Cn. Cornelium quæstorem deferret. is funus impera-  
 toris in castris celebrantibus cum exercitu Beneuentanis,  
 fecit. Consules agrum Campanum ingressi cum pa-  
 ssum popularentur: eruptione oppidanorum, & magonis  
 cum equitatu territi, ac trepidi ad signa milites palatis  
 passim renocarunt: & uix dum instructa acie fusi, supra  
 mille & quingentos milites amiserunt. Inde in gens se-  
 rociã superbæ suo pte ingenio genti creuit: multisq; filijs  
 laceßebant Romanos. sed interitiores ad cauendum con-  
 sules una pugna fecerat, incaute atque inconsulte inita.  
 Restituit tamen his animos, & illis nunuit audaciã  
 parua uenas. sed in bello nihil tam leue est: quod non  
 magnæ interdum rei momentum faciat. T. Quintio  
 Crispino Badius Campanus hospes erat per familiaritatem  
 hospitio iunctus. creuerat consuetudo: quod æger Ro-  
 mæ apud Crispinum Badius ante defectionem campu-  
 nam liberaliter, comiterq; curatus fuerat. Tum Badius  
 progressus ante stationes, quæ pro porta stabant: euocati  
 Crispinum iussit. quod ubi est Crispino nuntiatum: tra-  
 tus colloquium amicum ac familiare quæri, manente me-  
 moria etiã in dissidio publicorum fœderum priuati iu-  
 ris, paulum à cæteris processit. Postquam in conspectum  
 uenere: pronocote, inquit, ad pugnam Crispine, Badius.  
 conscendamus equos: summotisq; alijs, uter bello melior  
 sit decernamus. Ad ea Crispinus, nec sibi, nec illi ait hor-

tes deesse: in quibus uirum ostendant, se ab eo, etiã si  
 in acie occurrat: declinaturum: ne hospitali cede dextrã  
 uiolet. conuersusq; abibat. Enimvero ferocius tum Cam-  
 panus increpare molliem, ignauiamq;: & se digna pro-  
 bra in insontem iacere hospitalem hostem appellans si-  
 mulantemq; parcere cui sciat parem se non esse. si parum  
 publicis fœderibus ruptis dirempta simul & priuata  
 iura esse putet. Badium Campanum T. Quintio Crispino  
 Romano palam omnibus, duobus exercantibus audien-  
 tibus, renuntiare hospitium. nihil sibi cum eo consociatũ:  
 nihil fœderatum hospitium cum hoste: cuius patriam, ac pe-  
 nates publicos priuatosq; oppugnatum uenisset. si uir es/  
 set: congregereur. Diu cantantem Crispinum per pulere  
 uirtuales: ne impune insultare Campanum pateretur.  
 itaq; tantum moratus, dum imperatores consuleret: per-  
 mitterent ne sibi extra ordinem in pronocantem hostens  
 pugnare: permissu eorum arma cepit: equumq; conscen-  
 dit: & Badium nomine compellens ad pugnam euocauit.  
 Nulla mora à Campano facta est. infestis equis con-  
 currere. Crispinus supra scutum sinistrum humerũ Ba-  
 dio hasta transfixit: super quẽ delapsus cum uulnere ex  
 equo desiliit: ut pedes iacentem conficeret. Badius prius  
 quã opprimeretur: parma atq; equo relicto, ad suos au-  
 fugit. Crispinus equum, armaq; capta, & cruentam ca-  
 spidem insignis spolijs ostentans, cum magna laude, &  
 graulatione milium ad consules est deductus: laudatusq;  
 q; ibi magnifice: & donis donatus. Annibal ex agro Be-  
 neuẽtano castra ad Capuam cum mouisset: tertio post die  
 quã uenit, copias in aciem eduxit: haudquaquam dur-  
 bibus, quod Campanus absente se paucos ante dies secun-  
 da fuisset pugna: quin multo minus se, suumq; toties uictò

rem exercituum sustinere Romani possent. Ceterum posteaquam pugnari coeptum est: equitum maxime incursu cum iaculis obrueretur: laborabat Romana acies: donec signum equitibus datum est: ut in hostem admitterent equos. itaque equestre prælium erat: cum procul uisus Sempronianus exercitus, cui Cn. Cornelius quaestor præerat: utriusque parti parem metum præbuit: ne hostes non aduenirent. uelut ex composito utrinque signum receptum datum: reducti quoque in castra prope æquo Marte decesserunt: plures tamen ab Romanis primo incursu equitum ceciderunt. Inde consules, ut auerterent Capua Annibalem: non esse, quæ secuta est: diuersi, Fuluius in agrum Cumani, Claudius in Lucanos abiit. Postero die cum uacua castra Romanorum, nuntiatum Annibali esset: et duobus agrumibus diuersos abiisse: incertum primo utrum sequeretur, Appium insinuit sequi. Ille circumducto hoste qua uoluit, alio itinere ad Capuam rediit. Annibali alia in istis locis bene gerendæ rei fortuna oblata est. M. Centenius fuit cognomine Penula, insignis inter primi pili centuriones et magnitudine corporis, et animi. Is perfectus militis, per P. Cornelium Sullam prætorem in senatum introductus petit à patribus: ut sibi quinque millia militum darentur: se periculum et hostis, et regionum, breui operæ pretium facturum: et quibus artibus ad id locorum nostri et duces, et exercitus capti forent: istis aduersus inuentorem usurum. Id non promissum magis stolidè: quàm stolidè creditum: tanquam eadem militares, et imperatoriae artes essent. Data pro quinque octo millia militum: pars dimidia ciues, pars socij. Et ipse aliquantum uoluntarium in itinere in agris conuicit: ac prope duplicato exercitu in Lucanos peruenit: ubi Annibal nequicquam secutus

Claudium

Claudium substitit. Haud dubia res est. quippe inter Annibalem ducem, et centurionem, exercitusque, alterum uincendo ueteranum, alterum nouum totum, et magna ex parte etiam tumultuarium, ac semiermen. Ut conspiceret inter se agmina sunt: et neutra pars detrectauit pugnam extemplo instructæ acies. pugnam tamen ut in nulla pari re duas amplius horas: concitata etiam, donec dux stetit, Romana acie. Posteaquam is non pro uertere fama solum, sed etiam metu futuri dedecoris, si suam temeritate contractæ cladi superesset: obiectans se hostium telis recidit: fusa extemplo est Romana acies. sed adeo ne fugæ quidem iter patuit, omnibus uis ab equite insecus: ut ex tanta multitudinem nix mille euaserint. ceteri passim alij alia peste absumpti sunt. Capua à consulibus interrim summa uel obfideri cepta est: quæque in eam rem opus erant: comportabantur, parabanturque. Castellanum frumentum conuectum: ad uulturni ostium, ubi nunc urbs est: castellum communium: (ante Fabius Maximus numerat) praesidium impostum: ut et mare proximè, et flumen in potestate essent. In ea duo maritima castella frumentum, quod ex Sardinia nuper missum erat: quodque Mutus prætor ex Hetruria coemerat: ab Hostia conuectum est: ut exercitui per hyemem copia esset. Ceterum super eam cladem, quæ in Lucanis accepta erat: Volonnum quoque exercitus, qui uiuo Graccho summa fide stipendia fecerat: uelut ex authoratus morte ducis, ab insignis discessit. Annibal non Capuam neglectam, neque in tanto discrimine desertos uolebat socios: sed prospero ex temeritate unius Romani ducis successu, in alterius ducis exercitusque opprimendi occasionem imminebat. Cn. Fuluium prætorem apuli legatum nuntiant, primo, dum ut

Tit. L.

t t

bes quasdam Apulorum, quæ ad Annibalem descensissent: oppugnaret: intentius rem egisse: postea nimio successu & ipsum, & milites præda impletos in tantam licentiam, securdiamq; effusos: ut nulla disciplina militiæ esset. Annibal cum sæpe aliàs, tum paucis diebus ante expertus qualis sub inscio duce exercitus esset, in Apuliâ castra mouit. Circa Herdoniam Romanæ legiones, & prætor Fuluius erant. quò ubi allatum est hostes aduentare: propè est factum: ut iniussu prætoris signis conuulsis in aciem exirent. nec res ulla magis tenuit: quàm spes haud dubia, suo id arbitrio, ubi uellent, acturos. Noctè in sequenti Annibal, cum tumultuatum in castris, & plerog; ferociter signum ut daret insitisse duca ad arma uocantibus, sciret: haud dubius prosperæ pugnæ occasionem dari, tria millia expeditorum militum in uillis circa uepribusq; & syluis disposuit: qui signo dato simul omnes è latebris exilirent. & Magonem, ac duo fermè millia equitum, quæ fugam inclinaturam credebat: omnia itinera insidere iubet. his noctè præparatis, prima luce in acie copias educat. Nec Fuluius est cunctatus: non tam sua ulla spe, quam militum impetu foruito tractus. itaq; eadem temeritate, qua processum in aciem est: instruit ipsa acies ad libidinem militum forte procurrentium, consentientibus quo loco ipsorum misisset animus: deinde per libidinem, aut metum deserentium locum. prima legio, & sinistra ala primo instructa: et in longitudinem porrecta acies: clamantibus tribunis: nihil introrsus roboris, ac uirium esse: & quacunq; impetum fecissent: hostes perrupturos. nihil, quod salutare esset: non modo ad animum, sed ne ad aures quidem admittent. Et Annibal quidem haud quaquam simili exercitu, neq; ita instructo aderat. ergo

ne clamorem quidem, atq; impetum primum eorum Romanis sustinere. Dux stultitia, et temeritate Ceterio par, animo nequaquam comparandus, ubi rem inclinatum, ac trepidantes suos uidit: equo arrepto cum ducentis ferme equitibus effugit. cætera à fronte pulsa, à tergo atq; alis circumuenta acies eo usq; est caesa: ut ex duodeviginti millibus hominum duo millia haud amplius euaserint. castris hostes positum sunt. Hæ clades super aliam alia Romanam cum essent nuntiata: imgens quidem & luctus, & pavor ciuitatem cepit. sed tamen quia consules, ubi summa rerum esset: ad id locorum prospere gererent: minus his cladibus commouebantur. Legatos ad consules mittunt C. Lectorium, M. Metilium: qui nuntiarent: ut reliquias duorum exercituum cum cura colligerent: darentq; operam: ne per metum, ac desperationem hosti se dederent: id quod post Cannensem accidisset cladem; et ut desertores de exercitu Volonum conquirerent. Idq; negotij P. Cornelio datum: cui & delectus mandatus erat. isq; per fora, consiliabulaq; edixit: ut conquisitio Volonum fieret: ijq; ad signa reducerentur. Hæc omnia intentissima cura acta. Ap. Claudius consul D. Iunio ad ostium Vulturni, M. Aurelio Cotta puteolis præposito, qui, ut quæq; naues ex Hetruria, ac Sardinia accessissent: extemplo in castra mitterent frumentum: ipse ad Capuam regressus Q. Fuluium collegam inuenit Casilino oia importantem, molientemq; ad oppugnandam Capuam. Tum ambo consules circumfuderunt urbem: & Claudium Neronem prætorè ab Sueffula ex Claudianis castris exciuerunt. Is quoq; modico ibi præsidio ad tenendum locum relicto, cæteris cum oibus copijs ad Capuam descendit. ita tria ptoeria circa Capuam erecta: tres exercitus diuersis partibus opus aggressi, fossa ualloq;

circundare urbem parant: & castella excitant modicis intervallis: multosq; simul locis cum prohibentibus opera Campanis eo euentu pugnant: ut postremo portis, muroq; se contineret Campanus. Prius tamen, quam hæc continuarentur opera legati ad Annibalem missi: qui quererentur: desertam ab eo Capuam: ac propè redditam Romanis: obtestarenturq;: ut tunc saltem opem non circūfessis modo, sed etiam circumvallatis ferret. Consulibus litteræ à P. Cornelio prætorè missæ: ut prius quam clauderent Capuam operibus: potestatem Campanis facerent: ut qui eorum uellent: exirent ab Capua: suasq; res secum auferrent. liberos fore: suasq; omnia habituros: qui ante Idus Martias exissent. post eam diem quiq; exissent: quiq; ibi mansissent: hostium futuros numero. Ea pronuntiatā Campanis: atq; ita spreta: ut ultro dicerent contumelias: minarenturq;. Annibal ab Herdonia Tarentum duxerat legiones, spe aut uir, aut dolo arcis Tarentina potius. quod ubi parum processit: ad Brundisium flexit iter: prodi sibi oppidum ratis. ibi quoq; cum frustra tereret tempus: legati Campani ad eum uenerunt, querentes simul, orantesq;. quibus Annibal magnifice respondit: & antea scilicet obsidionem: & nunc aduentum suum consules non laturos. cum hac spe dimissilegati uix regredi Capuam iam duplici fossa, ualloq; circumstantam poterunt. Cum maxime Capua circumvallaretur: Syracusarum quoq; oppugnatio ad finem uenit, præterquam ut ac uirtute ducis exercitusq;: intestina etiam prodicione adiuta. Namq; Marcellus initio ueris icertus utrū Agrigentum ad Himilconem, & Hippocratem uerteret bellum: an obsidione Syracusas premeret: quanquam nec uir capi uidebat posse inexpugnabilem terrestri ac mariâ

mo sui urbem, nec fame: quam propè liberi ab Carthagine comineant alerent: tamen nequid inexpertum relinquere: transiit Syracusanos (erant autem apud Romanos aliqui nobilissimi uiri, inter defectionem ab Romanis, quia ab nouis consilijs abhorrebant: pulsique colloquijs suæ partis tentare hominum animos iussit: & si dem dare: si tradita forent Syracusæ: liberos eos, ac suis legibus uicturos esse. Non erat colloqui copia: quia multorum animi suspecti omnium curam, oculosq; conuerterant: nequid falleret tale admissum. Seruus uanus exul pro transfuga intronissus in urbem, conuentis paucis, initium colloquendi de tali re fecit. deinde in piscatoria quædam nauis rebus operi: circumuectiq; ita ad castra Romana: collocutiq; cum transfugis. & idem sapius eodem modo alij, atq; alij. postremo ad octuaginta facti. & cū iam composita omnia ad prodicionem essent: inditio delato ad Epicidem per Attalum quandam indignantem sibi rem creditam nō esse, necati omnes, & cruciati sunt. Alia subinde spes, postquam hæc uana euaserat: excipit. Damaspippus quidam Lacedæmonius missus ab Syracusis ad Philippum Regem, captus ab Romanis nauibus erat. huius utiq; redimendi & Epicidi cura erat in gens: nec abnuit Marcellus: iam tum Ætolorum, cuius gentis socij Lacedæmonij erant: amicitiam affectantibus Romanis. Ad colloquium de redemptione eius missus medius maxime, atq; utrisq; opportunus locus ad portum Troglorum propter turrim, quam uocant Galeas gram: est uisus. quò cum sapius cominearent: unus ex Romanis ex propinquo murum contemplans, numerando lapides, æstimandoq; ipse secum, qui in fronte paterent: simul aliam dimem muri, quantum proxime coniectura

poterat peruenſus, humilioremq; aliquanto priſtera opi  
uione ſua & cæterorum omnium ratus eſſe, & uel uer  
diocribus ſcalis ſuperabilem, ad Marcellum rem deſert.  
Haud ſpernenda res uiſa, ſed cum adiri locus, qui ob idip  
ſum intentius cuſtodiebatur: non poſſet: occaſio quereba  
tur, quam obuolit tranſſuſſa, nuntians: diem feſtum Diane  
per triduum agi: & quia alia in obſidione deſint: uino  
largius epulas celebrari, & ab Epicæde præbito uniuere  
plebi, & per tribus à principibus diuiſo. Id ubi accipit  
Marcellus: cum paucis tribunorum militum collocauit,  
electiſq; per eos ad rem tantam agendam audendamq;  
idoneis centurionibus militibusq;. & ſcalis in occulto co  
paratis, cæteris ſignum dari iubet: ut mature corpora ca  
rarent: quietiq; darent. nocte in expeditionem euandum  
eſſe. Inde ubi id tempus uifum: quo die epulatis iam, ui  
noq; ſatiatis, principium ſomni eſſet: ſigni unius milites  
ferre ſcalas iuſſit: & ad mille ferè armati tenui agmine  
per ſilentium eò deducti. Vbi ſine ſtrepitus, ac tumultu  
primi euaserunt in murum: ſecuti ordine alij: cum prior  
audacia dubijs etiam animum faceret. Iam mille armat  
torum cæperant partem: cum cæteræ admotæ pluribusq;  
ſcalis in murum euadebant: ſigno ab Hexapylo dato: quo  
per ingentem ſclitudinem erat peruentum: quia magna  
pars in urribus epulati, aut ſopiti uino erant: aut ſemi  
graues: potabant. paucos tamen eorum comprehenſos in  
uilibus interfecerunt. Propè Hexapylon eſt portula. ea  
magna ui refringi cæpta. & è muro ex composito urba  
daum ſignum erat: & iam undiq; non furim, ſed ui ap  
te gerebantur res. quippe ad Epipolas, frequentè cuſtodij  
locum peruentum erat: terrendiq; magis hoſtes erant, q̄  
fallendi, ſicut teriti ſunt. nam ſimulac tubarum eſt audi

tus cantus, clamorq; tenentium muros, partemq; urbis:  
omnia teneri cuſtodes rati, alij per murum ſugere: alij ſa  
lire de muro: præcipitariq; turba pauentium. magna pars  
tamen ignara tanti mali erat: et grauatæ omnibus uino,  
ſomnoq;: & in uafte magnitudinis urbe partium ſenſe  
non ſatis pertinente in omnia. Sub luce Hexapylo effra  
cto Marcellus omnibus copijs urbem ingreſſus, exatuit,  
conuertitq; omnes ad arma capièda, opemq; ſi quam poſ  
ſent, iam captæ propè urbi ferendam. Epicædes ab inſula,  
quam ipſi Naſſon uocant: citato profeſtus agmine, haud  
dubius quin paucos per negligentiam cuſtodum trans  
greſſos murum expulſurus foret: occurrentibus pauidis  
unulatum augere eos dictitans, & maior ac terribiora  
uero afferre, poſtquã conſpexit omnia circa Epipolas ar  
mis completa: laceſſito tantum hoſte paucis miſſilibus,  
retro in Acradinam agmen conuertit: nō tam uim, mul  
titudinemq; hoſtium metuens: q̄ nequa inſtina fraus p  
occaſionem oriretur: clauſasq; iter unulatum Acradinæ,  
atq; inſula inueniret portas. Marcellus ut mœnia ingreſ  
ſus ex ſuperioribus locis urbem omnium ferme illa tēpe  
ſtate pulcherrimam ſubieſtam oculis uidit: illachrymaſſe  
dicunt, partim gaudio tantæ perpetratæ rei, partim uen  
ſta gloria urbis. Athenienſium claſſes demerſæ, & duo  
ingentes exercitus cū duobus clariffimis ducibus deleti  
occurrerant: & tot bella cū Carthaginienſibus tanto cū  
diſcrimine geſta: tot, ac tam opulenti tyrāni, regesq;: præ  
ter cæteros Hiero, cū recentiffimæ memoriæ Rex, tum an  
te oīa, quæ uirtus ei formaq; ſua dederat: beneficij in po  
pulum Roma. inſignis. ea cum uniuerſa occurrerent ani  
mo: ſubiretq; cogitatio: iam illa momento horæ arſura om  
nia: & ad cineres reditura: prius quàm ſigna Acradinæ



*næ admoueret: præmittit Syracusanos: qui inter præsidia Romana, ut ante dictum est: fuerant: ut alloquio leni perlicerent hostes ad dedendam urbem. Tenebant Acradina portas, murosq; maxime transfugæ: quibus nulla erat per conditiones ueniæ spes. ij nec adire muros, nec alloquenquam passi. itaq; Marcellus, postquam id inceptum irritum fuit: ad Euryalum signa referri iussit. Tumulus est in extrema parte urbis uersus à mari, uicq; imminens ferent in agros mediterraneaq; in insula per commodus ad commeatu exapiendos. Præerat huic arca Philodemus Argiuus ab Epicide impositus. ad quem missus à Marcello Sosus, unus ex interfectoribus tyranni, cum longo sermone dilatus per frustrationem esset: renuit Marcello: tempus eum ad deliberandum sumpsisse. Cum is die de die differret: dum Hippocrates, atq; Himilco admouerent castra legionesq;: haud dubius, si in arcem acceptisset eos: delere Romanum exercitum inclusum muris posset: Marcellus ut Euryalum neq; tradi, neq; capi uidit posset: inter Neapolim, & Thicam (nomina partium urbis, & instar urbium sunt) posuit castra: timens ne, si frequentia intrasset loca: contineri à discursu miles auidus prædæ non posset. Legati eò ab Thica, & Neapoli cum insulis, & uelamentis uenerunt, præcantes: ut à cædibus, & ab incendijs parceretur. De quorum precibus quam postulatis magis consilio habito, Marcellus ex omnium sententiâ edixit militibus: ne quis liberum corpus uiolaret: cetera prædæ futura: castraq; tectis parieum pro munitio septa. portis regione platearum patentibus stationes, præsidiaq; disposuit: ne quis in discursu militum impens in castra fieri posset. Inde signo dato milites discurrerunt fractisq; foribus cum omnia terrore, ac tumultu streperent: à cædibus tamen temperatum est. rapinis nullius ante modum fuit: quam omnia diuurna felicitate cumulata bona egressere. Inter hæc & Philodemus, cum spes auxilij nulla esset: fide accepta, ut inuiolatus ad Epidem rediret: deducto præsidio, tradidit tumultum Romanis. Aueris omnibus ad tumultum ex parte captæ urbis, Bomilcar noctem eam nactus, qua propter uim tempestatum stare ad anchoram in salo Romana classis non posset: cum trigintaquinque nauibus ex portu Syracusano profectus, libero mari uela in altum dedit: quinque & L nauibus Epidæ, & Syracusanis relictis edoctisq; Carthaginensibus, in quanto res Syracusana discrimine esset: cum nauibus post paucos dies redit: multis (ut fama est) donis ex Hieronis gratia ab Epidæ donatus. Marcellus Euryalo recepto, præsidioq; addito, una cura erat liber: nequa ab tergo uis hostium in arcem accepta inclusos, impeditosq; mœnibus suos turbaret. Acradinam inde ternis castris per idonea dispositis loca spe ad inopiam omnium rerum inclusos redacturum se arcum sedit. Cum per aliquot dies quietæ stationes utrinque fuissent: repente aduentus Hippocratis, & Himilconis, ut ultro undiq; oppugnarentur Romani: fecit. nam & Hippocrates castris ad magnum portum communitis, signoq; ijs dato, qui Acradinam tenebant: castra uetera Romanorum ad ortus est: quibus Crispinus præerat: & Epidæ eruptionem in stationes Marcelli fecit: & classis Punica litori, quod inter urbem, & castra Romana erat: appulsa est: nequid præsidij Crispino submitti à Marcello posset. Tum multum tamen maiorem hostes præberunt, quam ceser tamen. nam & Crispinus Hippocratem non repulit tantum à munitis: sed insecutus etiam est trepide fugie*

rent: à cædibus tamen temperatum est. rapinis nullius ante modum fuit: quam omnia diuurna felicitate cumulata bona egressere. Inter hæc & Philodemus, cum spes auxilij nulla esset: fide accepta, ut inuiolatus ad Epidem rediret: deducto præsidio, tradidit tumultum Romanis. Aueris omnibus ad tumultum ex parte captæ urbis, Bomilcar noctem eam nactus, qua propter uim tempestatum stare ad anchoram in salo Romana classis non posset: cum trigintaquinque nauibus ex portu Syracusano profectus, libero mari uela in altum dedit: quinque & L nauibus Epidæ, & Syracusanis relictis edoctisq; Carthaginensibus, in quanto res Syracusana discrimine esset: cum nauibus post paucos dies redit: multis (ut fama est) donis ex Hieronis gratia ab Epidæ donatus. Marcellus Euryalo recepto, præsidioq; addito, una cura erat liber: nequa ab tergo uis hostium in arcem accepta inclusos, impeditosq; mœnibus suos turbaret. Acradinam inde ternis castris per idonea dispositis loca spe ad inopiam omnium rerum inclusos redacturum se arcum sedit. Cum per aliquot dies quietæ stationes utrinque fuissent: repente aduentus Hippocratis, & Himilconis, ut ultro undiq; oppugnarentur Romani: fecit. nam & Hippocrates castris ad magnum portum communitis, signoq; ijs dato, qui Acradinam tenebant: castra uetera Romanorum ad ortus est: quibus Crispinus præerat: & Epidæ eruptionem in stationes Marcelli fecit: & classis Punica litori, quod inter urbem, & castra Romana erat: appulsa est: nequid præsidij Crispino submitti à Marcello posset. Tum multum tamen maiorem hostes præberunt, quam ceser tamen. nam & Crispinus Hippocratem non repulit tantum à munitis: sed insecutus etiam est trepide fugie

De rebus  
Pulch.

tem: & Epicidem Marcellus in urbem compulit. satisq;  
iam etiam in posterum uidebatur prouisum: ne quid ab  
repentinis eorum excursionibus periculi foret. Accessit  
& pestilentia, commune malum: quod facile utroriq;  
animos auerteret à belli consilijs. nam tempore autumnu  
ni, & locis natura granibus, multo tñ magis extra ur  
bē, q̄ in urbe, intoleranda uis æstus per utraq; castra om  
nium ferme corpora mouit. & primo temporis ac loū  
uitio & agri erant: & moriebantur. postea curatio ipsa,  
& contactus agrorum uulgebatur morbos: ut aut negli  
cti, desertiq;, qui incidissent: morerentur: aut assidem  
teis, curanteisq; eadem uis morbi repletos secum trahu  
rent: quotidianaq; funera, & mors ob omnium oculos  
esset: & undiq; dies, noctesq; plorans audirentur. postre  
mo ita assuetudine maliefferauerant animos: ut non mo  
do non lachrymis, iustoq; comploratu prosequeretur mor  
tuos: sed ne efferrent quidem: aut sepelirent: iacerentq;  
strata ex anima corpora in conspectu similem quoq; mor  
tem expectantium: mortuiq; agris, ægri ualidos cum  
metu, uim tabe, ac pestifero odore corporum cōficerent.  
& ut ferro potius morerentur: quidam inuadebant soli  
hostium stationes. Multo tamen uis maior pestis Pæni  
rum castra, quam Romana, diu circumsedendq; Syracasat  
celo aquisq; affecerat magis. Ex hostium exercitū Sicili  
ut primum uidere ex granitate loci uulgari morbos: in  
suas quisq; propinquas urbes dilapsi sunt. at Carthagi  
nienses, quibus nusquam recaptus erat: cū ipsi duabus  
Hippocrate... Himilcone ad interuictonem omnes pe  
rierunt. Marcellus, ut tanta uis ingruerat mali: adduxer  
at in urbem suos: infirmaq; corpora testā. & umbratē  
creauerāt. nullā tamen ex Romano exercitū eadem pet

ste absumpti sunt. Deleto terrestri Punico exercitū, Sicu  
li, qui Hippocratis milites fuerant: haud in magna oppi  
da, ceterum & situ, & munimentis tuta, tria millia al  
terq; ab Syracasis, alterq; quindecim ab ostio, & commea  
tus è ciuitatibus suis comportabant: & auxilia acerse  
bant. Interea Bomilcar iterum cū classe profectus Car  
thaginem, ita exposita fortuna sociorū, ut spem faceret.  
non ipsis modo salutarem opem ferri posse: sed Romanos  
quoq; in capta quodammodo urbe capi: perpulit ut ones  
arias naues quam plurimas omni copia reꝝ honestas se  
cum mitterent: classēq; suam auerent. Igitur centum  
triginta nauibus longis, & septuaginta onerarijs profect  
us à Carthagine satis prosperos uentos ad trāiciendū  
in Siciliam habuit. sed ydem uenti superare eum Pachy  
num prohibebant. Bomilcaris aduentus fama primo,  
dein præter spem mora, cum gaudium, & metum inui  
cem Romanis, Syracusanisq; pbuisset: Epicides metuens  
ne, si pgerēt ydē, q̄ tū tenebant, ab oru solis flare p dies  
plures uentū: classē Punicā Africā repeteret: tradita Acta  
dina mercenariorū milium duabus, ad Bomilcarem nauī  
gat. classē in statione uersam in Africam habentem,  
atq; timentem nauale praelium, non tam quod impar uir  
ribus, aut numero nauium esset: (quippe etiam plures  
habebat) quam quod uenti aptiores Romanae, quam  
suae classi flarent: perpulit tandem: ut fortunam naualis  
certaminis experiri uellet. Et Marcellus cum & Sicu  
lum exercitū ex tota in sula conciri uideret: & cum in  
genti commeatu classē Punicam aduentare: ne simul  
terra, mariq; inclusus urbe hostium irgeretur: quanq;  
impar numero nauium erat: prohibere aditu Syra  
casarum Bomilcarem constituit. Duæ classes infestæ et

ca promontorium Pachynum stabant ubi primum tranquillitas maris in altum euexisset: concursura. Itaque cædente iam euro, qui per dies aliquot seuerat: prior Bomilcar mouit. cuius prima classis petere altum uisa est: quo facilius superaret promontorium. ceterum postquam tenderet ad se Romanas naues uidit: incertum qua subita terris re, Bomilcar uela in altum dedit: missisque nuntijs Hieracleam, qui onerarias naues retro in Africam repetere iuberent: ipse Siciliam præteruectus, Tarentum petit. Epicides à tanta repente desinitus spe, ne in obsidione magna ex parte capta urbis rediret: A quingentū nauigat, expectaturus magis euentum, quam inde quicquam mouerit. Quæ ubi in castra Sicularum sunt nuntiata: Epicidæ Syracusis excessisse: à Carthaginensibus relictam insulam: & propè iterum Romanis traditam: legatos de conditionibus dedendæ urbis, explorata prius per colloquia uoluntate eorum, qui obsidebantur: ad Marcellum mittunt. Cum haud fermè discreparet: quomodo quæ ubique regni fuissent: Romanorum essent: Siculis cætera cum libertate, ac legibus suis seruarentur: euocatis ad colloquium ijs, quibus ab Epicidæ credita res erat: missos se simul ad Marcellum, simul ab eo ad exercitum Sicularum aiunt: ut una omnium, qui obsiderentur: quique extra obsidionem essent: fortuna esset: ne uel alteri proprie sibi paciscerentur quicquam. Recepti deinde ab ijs, ut necessarios, hostesque alloquerentur: expositis, quæ pacta iam cum Marcello haberent: oblata spe salutis perpulere eos: ut seam præfectos Epicidæ Polycletem, & Philitionem, & Epicidem, cui Sydon cognomen erat: aggregerentur. Interfuerit ijs, & multitudine ad concionem conuocata, & inopiã, qua ipsi inter se fremere occulte soliti erant: com-

questi: quanquam tot mala urgerent: ne garunt fortunam accusandam esse: quod in ipsorum esset potestate, quando diu ea paterentur. Romanis causam oppugnandi Syracusas fuisse charitatem Syracusanorum, non odium. nam ut occupatas res ab satellitibus Annibalis, deinde Hieronymi, Hippocrate atque Epicidæ audierint: tum bellum mouisse: & obsidere urbem cœpisse: ut crudeles Tyrannos eius, non ut ipsam urbem expugnarent. Hippocrate uero interempto, Epicidæ intercluso ab Syracusis, & præfectis eius occisis, Carthaginensibus omni possessione Siciliae terra marique pulsus, quam superasse causam Romanis: cur non perinde, ac si Hiero ipse uiueret, unicus Romanae amicitiae cultor: incolumes Syracusas esse uelint? Itaque nec urbi, nec hominibus aliud periculi, quam ab semetipsis esse: si occasionem reconciliandi se Romanis prætermisissent: (eam autem, qualis illo momento horæ sit: nullam deinde fore) si simul libertas ab impotentibus tyrannis apparuisset. Omnium ingenti assensu oratio audita est. prætores tamen prius creari, quam legatos nominari placuit. ex ipsorum deinde prætorum numero missi oratores ad Marcellum, quorum princeps, Neque primo, inquit, Syracusani à nobis descinunt: sed Hieronymus, nequaquam tam in uos impius, quam in nos: nec postea pacem tyranni cæde compositam Syracusanus quisquam, sed satellites regum Hippocrates atque Epicidæ, oppressis nobis hinc metu, hinc fraude, turbauerunt. nec quisquam dicere potest: aliquando nobis libertatis tempus fuisse: quod pacis uobiscum non fuerit. Nunc certe cæde eorum, qui oppressas tenebant Syracusas: cum primum arbitrij nostri esse cœpimus: extemplo uenimus ad tradendam arma: dedendos nos, urbem, incenia: nullam recusandam fore

*nunam: quæ imposita à uobis fuerit. Gloriam capte nobilissimæ, pulcherrimæq; urbis Græcarum dii tibi dederunt Marcellæ. quæd unq terra, mariq; memorandū gessimus: id tui triumphī titulo accedit. famæ ne credi malis, quanta urbs à te capta sit: q̄ posteris quoq; eam spectaculo esse. quò quisquis terra, quisquis mari uenerit: nunc nostra de Atheniensibus, Carthaginensibusq; trophæa, nunc tua de nobis ostendat. \* icolumesq; Syracusas familiæ uestræ sub clientela nominis Marcellorum, utelâq; habendas tradas. ne plus apud uos Hieronymi, quàm Hieronis memoria momenti faciât: diutius ille multo amicus fuit, quàm hic hostis: & illius benefacta etiã præsensistis: huius amentia ad perniciem tantum ipsius ualuit. Omnia & impetrabilia, & tuta erant apud Romanos. inter ipsos plus belli, ac periculi erat. nanq; transiugæ tradi se Romanis, ratū mercenariorum quoq; militum auxilia in eundem compulere metuum. arrepsiq; armis prætores primum obruncant: inde ad cædem Syracusanorum discurrunt: quosq; fors obtulit: iratū interfecerunt: atq; omnia, quæ in promptu erant: diripuerunt. nunc, ne sine ducibus essent: sex præfectos creauerunt: ut terni Acradinæ, ac Nassi præessent. Sedato tandem tumultu exquentibus sciscitando mercenarijs, quæ acta cum Romanis essent: dilucere id quod erat, cepit: aliam suam, ac transfugarium causam esse. in tempore legati à Marcellō redierunt: falsa eos suspiciōe incitatos memorantes: nec causam expetendæ pœnæ eorum ullam Romanis esse. Erat ex tribus Acradinæ præfectis Hispanus, Mericus nomine. ad eum inter comites legatorum de industria unus ex Hispanorum auxiliariis est missus. qui sine arbitris Mericum nactus, primum quo in statu reliquisset*

*Hispaniam ( & nuper inde uenerat ) exponit. omnia Romanis ibi obtineri armis. posse eum, si operæ pretium faciât: principem popularium esse: seu militare cum Romanis, seu in patriam reuerti libeat. contra, si malle obsideri pergat: quam spem esse terra mariq; clauso? Motus his Mericus, cum legatos ad Marcellum mititū placuisset: fratrem inter eos mitit. qui per eundem illum Hispanū secretus ab alijs ad Marcellum deductus, cum fidem accepisset: composuissetq; agendæ rei ordinem: Acradinam redit. Tum Mericus, ut suspiciōne proditiōnis auerteret omnium animos: negat sibi placere legatos commere ul tro, citroq;: neq; recipiendum quenquam: neq; mittendū. & quo intentius custodia seruentur: opportuna loca diuidēda præfectis esse: ut suæ quisq; partis tutanda reus sit. Omnes assensu sunt partibus diuidendis. ipsi regio euenit ab Arethusa fonte usq; ad ostium magni portus. id ut scirent Romani, fecit. Itaq; Marcellus nocte nauim onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ad Acradinam iussit: exponiq; milites regione portæ: quæ propè fontem Arethusam est. Hoc cum quarta uigilia factum esset: expositosq; milites portæ, ut conuenerat, recepisset Mericus: luce prima Marcellus omnibus copijs itenia Acradinæ aggreditur: ita ut non eos solum, qui Acradinam tenebant: in se conuerteret: sed ab Nassō etiã agmuna armatorum concurrerent, relictis stationibus suis, ad uim & impetum Romanorum attendim. In hoc tumultu actuariæ naues instructæ iam ante, circumuectæq; ad Nassum armatos exponunt. qui improviso adortū semiplenas stationes, & adaperas fores portæ, quapaulo ante excurrerant armati: haud magno certamine Nassum capere, desertam trepidatione & fuga custodū.*

neq; ullis minus præsidij, aut pertinaciæ ad manendum, quam transfugis fuit: quia ne suis quidem satis credentes se medio certamine effugerunt. Marcellus ut captam esse Nassum didicit: & Acradina regionem unam tenuit: Mericumq; præsidio suis adiunctam: recæpui cecidit: ne regiæ opes, quarum fama maior, quam res erat: diriperentur. Suppresso impetu militum, & ijs, qui in Acradina erant: transfugis spatium, locusq; fugæ datus est: & Syracusani tandem liberi memi, portis Acradina aperitis, oratores ad Marcellum mittunt: nihil petentes aliud, quam cõmunitatem sibi liberisq; suis. Marcellus concilio aduocato, & adhibitis etiam Syracusanis, qui per seditiones pulsi ab domo intra præsidia Romana fuerant: respondit: non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quam paucis his annis malefacta eorum, qui Syracusas tenuerint: ergo populum Romanum esse, sed pleraq; eorum quò debuerint, recidisse: fœderumq; ruptorum ipsos ab se grauiores multo, quam populus Romanus uoluerit: pœnas exegisse. Se quidem tertium annum circum sedere Syracusas: non ne populus referuatam ciuitatem haberet: sed ne transfugarum duces captam, & oppressam tenerent. Quid pauerint Syracusani facere, exemplo uel eos Syracusanorum esse: qui intra præsidia Romana fuerint: uel Hispanum ducem Mericum: qui præsidium tradiderit: uel ipsorum Syracusanorum postremo seruum quidem, sed forte consilium. Omnium sibi laborum, periculorumq; circa mœnia Syracusana terra, mariq; tandem exhaustorum nequaquam tantum fructum esse: quam capere Syracusas potuisse. Inde quæstor cum præsidio ad Nassum ad accipiendam pecuniam regiæ, custodiendamq; missus: diripiendamq; urbs militi data est: custodibus

diuisis

diuisis per domos eorum, qui intra præsidia Romana fuerunt. Cum multa iræ, multa inuidiæ, auaritiæq; fœda exempla ederentur: Archimedes memoria prodium est, in tanto tumultu, quantum capta urbs in discursu diripiendum militum ciere poterat: intentum formis, quas impuluerit descripsit: ab ignaro milite quis esset, interfectum. ægre id Marcellum tulisse: sepulchraq; curam habitam: & propinquis etiam inquisitis honori, præsidioq; nomen, ac memoriam eius fuisse. Hoc maxime modo Syracusæ capta. in quibus prædæ tantum fuit: quantum uix capta Carthagine tum fuisset: cum qua uiribus aquis certabatur. Paucis ante diebus, quam Syracusas caperentur: T. Octacilius cum quinqueremibus octuaginta Vticæ ab Lilybæo transmisit. & cum ante lucem portum intrasset: onerarias frumento honestas cepit: egressusq; in terram, depopulatus est aliquantum agri circa Vticam: prædamq; omnis generis retro ad naues egit: Lilybæum tertio die, quam inde profectus erat: cum centum triginta onerarijs nauibus frumento, prædæq; honestis redijt: idq; frumentum extemplo Syracusas misit, quod ni tam in tempore subuenisset: victoribus, victisq; pariter perniciofa famas instabat. Eadem æstate in Hispania, cum biennio ferme nihil admodum inemorabile factum esset: consilijsq; magis, quam armis bellum gereretur: Romani imperatores egressi hybernis copias coniuerunt: ibi concilium aduocatum: omniumq; in unum conuerunt sententiæ: quando ad id locorum id modo actum esset: ut Asdrubalem tendentem in Italiam retinerent: tempus esse id iam: ut bellum in Hispania finiretur. & satis ad id uirum credebant accessisse, triginta millia Celæberorum ea hyeme ad arma excitata. Tres exercitus erant. Asdrus

Tit. L.

H H

bal Gisgonis filius, & Mago coniunctis castris quinque ferme dierum iter ab Romanis aberat. Propior erat Amilcaris filius Asdrubal, uetus in Hispania imperator. ad urbem nomine Anitorgin exercitum habebat. Eum uolebant prius opprimi duces Romani: & spes erat satis superque; ad id uirum esse. illa restabat cura: ne fuso eo percussi alter Asdrubal, & Mago in amicos salus motesque; recipientes sese, bellum extraherent. Optimum igitur ratum diuisi bifariam copias totius simul Hispania amplecti bellum, ita inter se diuiserunt: ut P. Cornelius duas partes exercitus Romanorum, sociorumque; aduersus Magonem duceret, atque Asdrubalem: Cn. Cornelius cum trina parte ueteris exercitus Celaberis adiunctis cum Asdrubale Barchino bellum gereret. Vna profecti ambo duces exercitusque; Celaberis praegredientibus, ad urbem Anitorgin in conspectu hostium, dirimente amne, ponunt castra. Ibi Cn. Scipio cum quibus ante dictum est copijs, substitit. Et P. Scipio profectus ad destinatum bellum paratem. Asdrubal postquam animaduertit exiguum Romanum exercitum in castris: & spem omnem in Celabero tum auxilijs esse: peritus omnis barbarica, & praecipue omnium earum gentium, in quibus per tot annos militabat perfidia: facili lingua commercio, cum utraque castra plena Hispanorum essent: per occulta colloquia perascitur magna mercede cum Celaberorum principibus: ut copias inde abducant. Nec atrox uisum faciunt: non enim ut in Romanos uerterent arma, agebantur. Et merces, quanta uel pro bello satis esset: dabatur: ne bellum gererent: & cum quies ipsa, tum reditus domum, fructusque uidendi suos, suaque, grata uulgo erant. itaque non duabus facilius, quam multitudine persuasum est. simul ne mentis

quidem ab Romanis erat, quippe tam pauca se ne retinerent. Id quidem cauendum semper Romanis duabus erit: exemplaque; hac uere pro documentis habenda: ne ita externis credant auxilijs: ut non plus sui roboris, suarumque; proprie uirum in castris habeant. Si quis repente sublati Celaberis abeunt: nihil aliud querentibus causam, obstantibusque; ut manerent Romanis respondentes: quod domestico se auocari bello. Scipio postquam socij nec precibus, nec ui retineri poterant: nec se aut parem sine illis hosti esse: aut fratri rursus coniungi uidit posse: nec ullum aliud salutare consilium in promptu esse: retro quantum posset, cedere statuit: in id omni cura intentus: nec ubi hosti equo se committeret loco: qui transgressus flumen propere uestigijs abeuntium insisibat. Per eosdem dies P. Scipionem par terror, periculum maius ab nouo hoste urgebat. Masanissa erat iuuenis: qui eo tempore erat socius Carthaginensium: quem deinde clarum, potentemque; Romanis fecit amicitia. Is tu cum equitatu Numidarum adueniens P. Scipioni occurrit: & deinde assidue dies, noctesque; infusus aderat: ut non uagos tantum procul a castris lignatum, pabulatumque; progressos exciperet: sed ipsi obequitate castris: inuectusque; in medias saepe stationes oia gentium tumultu turbaret. noctibus quoque; saepe incursum repentinum in portis, ualloque; trepidatum est: nec aut locus, aut tempus ullum uacuum a metu ac sollicitudine erat Romanis. compulsi que; intra uallum, adempto rerum omnium usu, cum propere iusta obsidio esset: fuerunt amque; arctiorem eam apparet: si se indibilis, quem cum septem millibus & quingentis Suesfanorum aduentare fama erat: Parris comminxisset: dux cautus & prudens Scipio uictus necessitate: ab eis temerarium capit consilium: ut nocte indibili obr

uiam iret: & quocumq; occurrisset loco: praelium confere-  
ret. Relicto igitur modico praesidio in castris, praepositoq;  
T. Fonteio legato, media nocte profectus cum obuijs hosti-  
bus manus conferuit. Agmina magis, q̄ acies pugnabant,  
superior tamen, ut in tumultuaria pugna Romanus erat,  
caeterum & equites Numida repente, quos fefellisse se dux  
ratus erat: ab lateribus circumfusi magnum terrorem in-  
iungere. Contracto aduersus Numidas certamine nouo, ter-  
tius insuper aduenit hostis, duces Pœni assecuti ab tergo  
iam pugnantes. ancepsq; praelium Romanos circumsteter-  
rat: incertos in quem potissimum hoste, quam ue in pari-  
tem conferti eruptionem facerent. Pugnanti, hortantiq;  
imperatori, & offerenti se, ubi plurimus labor erat: la-  
tus dexterum lancea traiecitur, curensq; is hostium, qui  
in confertos circa ducem impetum fecerat: ut exanimem,  
labentemq; ex equo Sciponem uidit: alacres gaudio cum  
clamore per totam aciem nuntiantes discurrunt: imperu-  
torem Romanum cecidisse. Hac perua gæta passim uox,  
ut & hostes haud dubie pro uictoribus, & Romani pro  
uictis essent: fecit. Fuga confestim ex acie duce amisso fieri  
coepit. caeterum ut ad erumpendum inter Numidas,  
aliaq; leuium armatorum auxilia haud difficilis res erati-  
ta effugere tantum equitum, æquantiumq; equos ueloci-  
tate pedum, uix poterant, casiq; propè plures in fuga, q̄  
in pugna sunt, nec superuissit quisquam: ni præcipitiã  
ad uesperum die nox interuenisset. Haud segniter inde  
duces Pœni fortuna usi, confestim è praelio, uix necessaria  
quiete data militibus, ad Asdrubalem Amilcaris citatum  
agmen rapiunt: non dubia spe, cum copias coniunxissent:  
debellari posse. Quò ubi est uentum: inter exercitus, duci-  
cesq; uictoria recentis letos grauilatio ingens facta: impe-

ratore tanto cum omni exercitu deleta, & alteram pro  
haud dubio parem uictoriam expectantes. Ad Romanos  
nondum quidem fama tantæ cladis peruenerat: sed ta-  
men mœstum quoddam silentium erat, & tacita diuina  
ratio: qualis iam praesagentibus animis imminētis mali  
esse solet. Imperator ipse, præterquam quod ab sciscijs se-  
desertum hostium tantum auctas copias sentiebat: conie-  
ctura etiã, & ratione ad suspicionem acceptæ cladis,  
quã ad ullam bonam spem prouiderat. Quoniam mo-  
do enim Asdrubalem, ac Magonem, nisi defuncto suo fra-  
tre bello, sine certamine adducere exercitum potuisset? quo  
modo autem non obstinisset? aut ab tergo non secutum fra-  
trem? ut, si prohibere quo manus in unum coirent & du-  
ces, & exercitus hostium, non posset: ipse certe cum fratre  
coniungeret copias. His anxius curis id modo esse saluta-  
re in praesens credebat: cedere inde quantum posset. &  
inde una nocte ignavis hostibus, & ob id quietis, aliquã-  
tum emensus est iter. Luce ut senserunt profectos hostes:  
praemissis Numidis, quã poterant maxime citato agmi-  
ne sequi coeperunt. ante noctem assecuti Numida, nunc  
ab tergo, nunc in latera concursantes. Consiſtare coeperunt,  
ac tutari agmen quantum possent. tamen uito: ut simul  
pugnarent: procederentq; Scipio hortabatur: prius quã  
pedestres copie assequerentur. caeterum nunc agendo,  
nunc susinendo agmen, cum aliquandiu haud multum  
procederetur: & nox iam instaret: renocat è praelio suos  
Scipio: & collectos in tumultum quendam, non quidem  
satis tutum, praesertim agmini percusso, editiorem tamen,  
quã caetera circa erant: subducit. Ibi primo impediunt  
tis, & equitum in medium receptis, circumdati pedites  
haud difficulter impetus incurſantium Numidarum ar-

rebant. dein postquam toto agmine tres imperatores cir-  
 tribus iustis exercitiis aderant: apparebatq; parum ar-  
 mis ad tuendum locum sine munimento ualuitos esse:  
 circumspectare, atq; agitare dux cepit: si quomodo posset  
 uallum circum inijcere. sed erat adeo nudus tumultus,  
 & asperi soli: ut nec uirgulta uallo cadendo, nec terra  
 cespiti faciendo, aut ducendæ fossæ, alij ue ulli operi ap-  
 ta inueniri posset: nec sermè quicquam satis arduum,  
 aut abscissum erat: quod hosti aditum, ascensum ue diffi-  
 cilem præberet. omnia fastigio leni subuecta. ut tamen ali-  
 quam imaginem ualli obijcerent: clitellas illi gatas oneri-  
 bus uelut struentes ad altitudinem solitam circumdabatur.  
 cumulo sarcinarum omnis generis obiecto, ubi ad molie-  
 dum clitellæ defuerant. Punico exercitus postquam adue-  
 nere: in tumultum quidem perspicue agmen erexere. mu-  
 nitionis uero facies noua primo eos uelut miraculo quor-  
 dam tenuit: cum duces undiq; uociferarentur: quid stare-  
 tis? & non ludibrium illud uix fœminis, pueris ue moran-  
 dis satis ualidum distraberent, diriperentq;? caprum hos-  
 tem teneri latentem post sarcinas. Hæc contemptim du-  
 ces increpabant. ceterum neq; transilire, neq; moliri one-  
 ra obiecta, nec cadere stipatas clitellas, ipsiq; obrutas sar-  
 cinas, facile erat. Tardatis diu cum amoliti obiecta onera  
 armatis dedissent uiam: pluribusq; idem partibus feret:  
 hæpta iâ undiq; castra erant: pauci ab multis, perculsiq;  
 a uictoribus passim cedebantur. Magna pars tamen mili-  
 tum, cum in propinquas resigisset syluas: in castra P. Scipionis,  
 quibus T. Fonteius legatus præerat: perferunt. Cn. Scipionem alij  
 in tumulto primo impetu hostium ca-  
 sum tradunt. alij cum paucis in propinquam castris na-  
 rim perferuisse. hanc igni circumdatam: atq; ita exustis fo-

ribus, quas nulla moliri poterunt ni captam: omnesq; in-  
 tus cum ipso imperatore occisos. Anno octauo postquam  
 in Hispaniam uenerat, Cn. Scipio, unde trigesimo die  
 post fratris mortem est interfectus. Lucius ex morte eor-  
 rum nõ Romæ maior, quam per totam Hispaniam fuit.  
 quin apud ciues partem doloris & exercitus amissi, &  
 alienata prouincia, et publica trahebat clades. Hispaniæ  
 ipses lugebant, desyderabantq; duces. Cnemum tamen ma-  
 gis: quod diutius præfuerat ijs: priorq; & fauorem occu-  
 pauerat: & specimem iustitiæ, temperantiæq; Romanæ  
 primus dederat. Cum deleuis exercitus, amissaq; Hispani-  
 a uiderentur: uir unus res pditas restituit. Erat in exerci-  
 tu L. Martius Septimij filius, eques Romanus. Impiger  
 iuuenis, amnuq; & ingenij aliquanto quam pro fortu-  
 na, in qua erat nauis: maioris. ad summam indolem ac-  
 cesserat Cn. Scipionis disciplina: sub qua per tot annos  
 omneis militiæ artibus edoctus fuerat. Hic & ex fuga col-  
 lectis militibus, & quibusdam de præsidij deductis,  
 haud contemnendum exercitum fecerat: iunxeratq; cum  
 T. Fonteio P. Scipionis legato. Sed tantum præstitit eques  
 Romanus auctoritate inter milites, atq; honore: ut cas-  
 stris citra Iberum communitis, cum ducem exercitusum  
 comitijs militaribus creati placuisset: subeuntes alij alijs  
 in custodiam ualli, stationesq; donec per omnes suffragi-  
 um iret: ad L. Martium cuncti summam imperij de-  
 uulerunt. Omne inde tempus (exiguum id fuit) munio-  
 endis castris conuehendisq; commensibus consumptum:  
 & omnia imperia milites cum impigre, tum haud qua-  
 quam abiecto animo exequabantur. Ceterum postquam  
 Asdrubalè Gisgonis uenientè ad reliquias belli delèdas  
 transisse Iber, & appropinquare allanum est: signumq;



pugna propinqua ab nouo duce milites uiderunt: recor  
 dati, quos paulo ante imperatores habuissent: quibusq;  
 & ducibus, & copijs freti pro dire ad pugnam soliti es  
 sent: flere omnes repente: & offensare capita: & alij ma  
 nus ad cœlum tendere, deos incusantes: alij strati humi  
 suum quisq; nominatim ducem implorare. neq; sedari la  
 mentatio poterat, excitantibus centurionibus manipula  
 res, & ipso minitante & increpante Martio: quod in mu  
 liebres, & inuiles se proiecissent fleus, potius q̄ ad man  
 dos semetiplos, & rempublicam secum acuerent animos:  
 & ne inultos imperatores suos iacere sinerent: cum su  
 bito clamor, tubarumq; sonus (iam enim propè uallum  
 hostes erant) ex auditur. inde uerso repente in irâ luctu,  
 discurrunt ad arma: ac uelut accensi rabie discurrunt ad  
 portas: & in hostem negligenter, atq; in composita ueni  
 entem incurrunt. Ex templo improuisa res pauorem in  
 cuit pœnis. mirabundiq; unde tot hostes tam subito  
 exorti propè deleto exercitu forent: unde tanta audacia,  
 tanta fiducia sui missis, ac fugatis: quis imperator duobus  
 Scipionibus casis exitisset: quis castris pesseret: quis signū  
 dedisset pugnae: ad hæc tot iam nec opinata primo om  
 nium incerti, stupentesq; referunt pedem: dein ualida  
 impressione pulsi terga uertunt. & aut fugientium ca  
 des foeda fuisset: aut temerarius, periculosusq; sequentū  
 impetus: nā Martius propere recaptui dedisset signum:  
 obstitensq; ad prima signa, quosdam & ipse retinēs, con  
 citatam repressisset aciem. inde in castra auidos aduoc  
 catisq; & sanguinis rediit. Carthaginienses trepide  
 primo ab hostium uallo acti, postq; neminem insequi  
 uiderunt, metui substitisse rati, contemptim rursus, & ser  
 dato gradu in castra abeunt. Par negligentia in castris

custodiendis fuit. nam etsi propinquus hostis erat: tamen  
 reliquias eum esse duorum exercituum ante paucos dies  
 deletorum, succurrebat. Ob hoc cum omnia neglecta  
 apud hostes essent exploratis ijs Martius ad cōsiliū pri  
 ma specie temerarium magis, quam audax animum ad  
 iecit, ut ultro castra hostium oppugnaret: simul facilius  
 esse ratus unius Asdrubalis expugnari castra: quam, si se  
 rursus tres exercitus, ac tres duces inuixissent: sua defendi:  
 simul, aut si successisset cœptis: receperunt se afflictas res:  
 aut si pulsus esset: tamen ultro inferendo arma contemp  
 tum sui dempturum. ne tamen subita res, & nocturnus  
 terror etiam num suæ fortuna cōsiliū perturbaret: al  
 loquendos, adhortandosq; sibi milites ratus, concione ad  
 uocata ita disseruit. Vel mea et ego imperatores nostros u  
 uos, mortuosq; pietas, uel præsens omnium uestrum mi  
 lites fortuna fidem cuius facere potest: mihi hoc imper  
 rium, ut amplum iudicio uestro, ita re ipsa graue, ac se  
 licium esse. quo enim tempore, nisi meus incerorem ob  
 stupefaceret: uix ita compos mei essem: ut aliqua solatia  
 inuenire ægro animo possem: cogor uestrā omnium uir  
 cem (quod difficillimum in luctu est) unus consulari.  
 & ne tum quidem, ubi quoniam modo has reliquias duo  
 rum exercituum patria conseruare possim: cogitatum  
 est: auertere animum ab assiduo incerore libet. præsto est  
 enim acerba memoria: & Scipiones me ambo dies, no  
 ctesq; curis, isomnijsq; agitant: & excitant a se sermo:  
 neu se, neu inuictos per octo ānos in ijs terris milites suos,  
 cōmilitones uestros, neu rempublicam patiar inultam:  
 & suam disciplinam, suaq; instituta sequi iubent. Et ut  
 imperijs uiuorum nemo obedientior me uno fuerit: ita  
 post mortem suam, quod quaq; in re facturos illos fuisset

maxime censeam: id optimum ducere uos quoq; uelim milites: non lamentis, lachrymisq; tanquam extinctos profecti: qui: Cuiuunt enim, uigentq; fama rerum gestarum) sed quotiescunq; occurreret memoria illorum: uelut, si adhortanteis, signumq; dantes uideatis eos: ita prelia inire. Nec alia profecto species hesterno die oculis, animisq; uestris oblata memorabile illud edidit prelium: quo documentum dedistis hostibus: non cum Scip. omnibus extinctum esse nomen Romanum: & cuius populi uis, atq; uirtus non obruta sit Cannensi clade: ex omni profecto seuita fortuna emersum esse. Nunc, qui tantum aufestis sponte uestra: ex periri libet quantum audeatis duce uestro authore. non enim hesterno die cum, signum te captiui dedi, sequentibus effuse uobis turbatum hostem: frangere audaciam uestram, sed differre in maiorem gloriam, atq; opportunitatem uolui: ut postmodum preparati incautos, armati inermes, atq; etiam sopitos, per occasionem aggredi possetis. Nec huius occasionis spem milites forte temere, sed ex re ipsa conceptam habeo. A uobis quoq; profecto si quis querat: quoniam modo pauca multis, uicti a uictoribus castra mutati sitis: nihil aliud rurspondeatis, quam id ipsum: timentes uos, omnia & operibus firmata habuisse: & ipsos paratos, instructosq; fuisse. Et ita se res habet. ad id, quod ne timeatur fortuna facit: minime tuti sunt homines. quia quod ne glexeris: incautum, atq; apertum habeas. Nihil omnium nunc minus metuunt hostes: quam ne obfessi modo ipsi, atq; oppugnati, castra sua ultro oppugnemus. Audeamus quod credi non potest ausuros nos. eo ipso, quod diffillimum uidetur: facillimum erit. Tertia uigilia noctis silenti agmine ducam uos. exploratum habeo: non uigiliarum ordinem,

non stationes iustas esse. clamor in portis auditus, & primus impetus castra cæperit. tum inter torpidos somno, pauentisq; ad nec opinatum tumultum, & inermes in cubilibus suis oppressos illa cædes edamur: à qua uos hesterno die reuocatos agre ferebatis. Scio audax uideri consilium. sed in rebus asperis, & tenuibus fortissima quæq; consilia tutissima sunt. quia si in occasionis momento, cuius præteruolat opportunitas: cunctatus paulum fueris: nequicquam mox omisam queraris. Vnus exercitus in propinquo est: duo haud procul absunt. nunc aggredientibus par aliqua opportunitas est. & iam tentatis uestras, atq; illorum uires. si diem proferimus: & hesternæ eruptionis fama contenti desierimus: periculum est ne omnes duces, omnesq; copie conueniant. tres deinde duces, tres exercitus sustinebimus hostium: quos Cn. Scipio in columi exercitum non sustinuit? Vt diuidendo copias perire duces nostri: ita separati, ac diuisi opprimi possunt hostes. alia belli gerendi uia nulla est. proinde nihil præter noctis proximæ opportunitatem expectemus. Ite dijs bene iuuantibus: corpora curate: ut integri, uigentesq; eodē animo in castra hostium irrupatis: quo uestra mutati estis. Latè & audiere ab nouo duce nouum consilium: & quo audacius erat: magis placebat. reliquum diei expediendis armis, & curatione corporum consumptum: & maior pars noctis quieti data est. quarta uigilia mouere. Erant ultra proxima castra sex millium interuallo distantes aliæ copie Pænorum. V allis caua intererat, condensa arboribus. in huius syluæ medio fermè stadio cohors Romana arte Punica abdiur. Et equites. ita medio itinere intercepto, cæteræ copie silenti agmine ad proximos hostes ductæ. & cum statio nulla proportis, neq;

in uallo custodia essent: uelut in sua castra, nullo usquã obfissente, penetrarere. inde signa canunt: & tollitur clamor, pars semiscipitos hostes cædunt. pars ignes casis stramento arido te et is iniiciunt. pars portas occupant: ut suam intercludant. hostes simul ignis, clamor, cædes, uelut alienatos sensibus, nec audere, nec providere quicquã sinunt. incidunt inermes inter cateruas armatorum. alij ruunt ad portas. alij obseptis iuribus super uallum falliunt. & ut quisq; euaserat: protinus ad castra altera fugiunt. ubi a cohorte, & equibus ex occulto prouenibus circumuenti, cæsiq; ad unum omnes sunt. quanquã etiã, si quis ex ea cæde effugisset: adeo rapim captis propioribus castris in altera transcursum castra ab Romanis est: ut præuenire nuntius cladis non posset. ibi uero quo longius ab hoste aberant: & quia sub lucem pabulatum, lignatum, & prædatum quidam dilapsi fuerant: neglecta magis omnia, ac scilicet inuenire: arma tantum in stationibus posita: milites inermes, aut humi sedentes, acubantesq; aut obambulantes ante uallum, portasq;. Cum his tam securis, solutisq; Romani calentes adhuc ab recenti pugna, ferocesq; uictoria prælium ineunt. itaq; nequaquã resisti in portis potuit. intra portas, concursu ex totis castris ad primum clamorem, & tumultu facto, atrox prælium oritur. diuq; tenuisset: nisi cruenta scuta Romanorum uisa indicium alterius cladis Pœnis, atq; inde pauorem iniecissent. hic terror in fugam auerit omnes. effusiq;, quã iter est: nisi quos cædes oppressit: exuuntur castris. ita nocte, ac die bina castra hostiũ expugnata ductu L. Martij. Ad triginta septem millia hostium cæsa, author est Claudius: qui annales Acilianos ex Græco in Latinum sermonem uerit: captos ad mille octingentos triginta: prædam in

gentem partam: in ea fuisse clypeum argenteum pondocentũ triginta octo cum imagine Barchini Asdrubalis. Valerius Antias una castra Magonis capta tradit: septem millia cæsa hostium: altero prælio eruptione pugnaum cum Asdrubale: decem millia occisa: quatuor millia trecentos triginta captos. Piso quinque millia hominum, cum Mago cedentis nostros effusa, sequeuerit: cæsa ex insidijs scribit. Apud omnes magnum nomen Martij dicitur est. et ueræ gloriæ eius etiã miracula addunt: flammam ei cõcionanti susam è capite sine ipsius sensu cum magno pauore circumstantium militum. monumentumq; uictoriæ eius de Pœnis usq; ad incensum Capitolium fuisse in templo clypeum Martium appellatum, cum imagine Asdrubalis. Quicquid deinde aliquandiu in Hispania res fueret: utrisq; post tantas acceptas inuicem, illat asq; clades cunctantibus periculum summæ rerum facere. Dum hæc in Hispania geruntur. Marcellus captis Syracusis cum cætera in Sicilia tanta fide atq; integritate composuisset: ut nõ modo suam gloriam, sed etiã maiestatem populi Romani augetet: ornamenta, signa urbis, tabulasq;, quibus abundabant Syracusæ: Romam deuexit. Hostium quidẽ illa spolia: & parta belli iure. Cæterum inde primum inuictum miradi Græcarum artium opera, licentiæq; hinc sacra, profanaq; omnia uulgo spoliandi, factum est. quæ postremo in Romanos deos templum idissimum primum, quod à Marcello eximie ornatum est: uerit. uisèbandu. nõ ab externis ad portam Capenam dedicata à Marcello templo, propter excellentia eius generis ornamenta: quorum perexigua pars comparet. Le gationes omnium fermè cõuitatum Sicilia ad eum conueniebant. dispar ut causa earum, ita conditio erat. Qui ante captas Syracusas, aut nõ

desiuerant: aut redierant in amicitiam: ut socij fideles acciperent, cultiq; quos menus post captas Syracusas dediderat: ut uicti à uictore leges acciperent. Erant tamen haud parua reliquia belli circa Agrigentū Romanis: Epiciades, et Hanno, duces reliqui prioris belli, & tertius nouus ab Annibale in locum Hippocratis missus, Libyphrenicus generis Hipponatis, (Mutinē populares uocabant) uir impiger, & sub Annibale magistro omnēis belli artes edoctus. Huic ab Epiciade, & Hannone Numidæ dati auxiliarij. cum quibus ita peruagatus est hostium agrorita socios ad retinendos in fide animos eorum, ferendumq; in tempore cuiq; auxilium, adiit: ut breui tempore totam Siciliam impletet nominis sui: nec spes alia maior apud fauentes rebus Carthaginiensium esset. Itaq; inclusi ad id tempus moribus Agrigenti dux Pannus, Syracusanusq;, non tam consilio Mutinū, q̄ fiducia, magis ausi egredi extra muros, ad Himeram amnem posuerunt castra. Quod ubi perlatum ad Marcellum est: ex templo copias mouit: & ab hoste quatuor ferme millium interuallo confedit: quid agerent, pararent ue, expectauerunt. Sed nullum neq; locum, neq; tempus cunctationi, consilio ue dedit Mutinū, transgressus amnē, ac stationibus hostium cum ingenti terrore, ac tumultu inuectus. Postero die propē iusto praelio compulit hostem intra munimentā, inde reuocatus seditione Numidarum in castris facta, cum trecenti ferme eorum Heracleam Minoam contessissent: ad mutigandos, reuocandosq; eos profectus magno pere monuit duces dicitur: ne absente se cū hoste manus conferent. Id ambo ægre passi duces: magis Hanno, iā ante anxius gloria eius: Mutinē sibi modum facere, de genere Afrum imperatori Carthaginiensi, missō ab se

natu populoq; is perpulit cunctantem Epiciadem: ut trasgressi flumen in aciem exirent. nam si Mutinē opperirentur: & secunda pugna fortuna euenisset: haud dubie Mutinū gloriam fore. Enimvero indignum ratus Marcellus, se, qui Annibalem subnixum uictoria Cannēsi ab Nola reppulisset: his terra, mariq; uictis ab se hostibus cedere: arma prope capere milites. & efferri signa iubet. Ad instruentem exercitum decem effusis equis aduolant ex hostium acie Numidæ, nuntiantes: populares suos prius ea seditione motos, qua trecenti ex nūero suo concesserint Heracleam: dein quod prefectum suum ab obtrestantibus ducibus gloria eius sub ipsam certaminis diem ablegatum uideant: qui uentos in pugna. Gens fallax promissi fidem præstitit. itaq; & Romanis creuit animus, nuntio celeri per ordinem missō: destitutum ab equite hostem esse: quem maxime timuerant: & teriti hostes præterquam quod maxima parte uirium suarum non iuuabantur: timore etiā incusso: ne ab suo ipsi equite oppugnarentur. Itaq; haud magna uis certaminis fuit. Primus clamor, atq; impetus rem decreuit. Numidæ cum in concursu quieti stetitissent in cornibus: ut terga dantes suos uiderūt: fugæ tantum parumper comites facti, postq̄ oēs Agrigentum trepido agmine petentes uiderunt: ipsi metu obsidionis passim in ciuitates proximas dilapsi. Multa millia hominum caesa, captaq;: & VIII elephantū. Hæc ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit. uictor ide Syracusas redijt. Tam fermē in exitu annus erat. itaq; senatus Romanæ decreuit: ut P. Cornelius prætor litteras Capuā ad consules mitteret: dū Annibal procul abesset: nec ulla magni discriminis res ad Capuam gereretur: aliter eorum, si ita uideretur:

ad magistratus subrogandos Romam ueniret. Litteræ acceptis, inter se consules compararunt; ut Claudius comitiâ perficeret: Fuluius ad Capuam maneret. Consules Claudius creauit Cn. Fuluium Centimalum, & P. Sulpitium Seruilium, Quinti filium, Galbam: qui nullum antea curulæ magistratum gississet. Prætores deinde creati L. Cornelius Lentulus, Cornelius Cethegus, C. Sulpitius, C. Calpurnius Piso. Piseni iurisdictio urbana, Sulpitio Sicilia, Cethego Apulia, Lentulo Sardinia euenit. Consulibus: prorogatum in annum imperium est.

Cn. Fuluius

## S E X T V S.

N. FV LVIVS CENTIMALVS,  
P. Sulpitius Galba consules cum Idibus  
Martij magistratum inissent: senatu in  
Capitolium uocato, de Republica, de  
administratione belli, de prouincijs, ex  
erantibusq; patres consuluerunt. Q. Fuluius, & Ap. Claudio prioris anni consulibus prorogatum imperium est: atq; exercitus, quos habebant: decreti. adiectumq;: ne à Capua, quam obsidebant: abscederent: prius quam expugnassent. Ea tum cura maxime intentos habebat Romanos: non tam ob iram: quæ in nullam unquam ciuitatem iniustior fuit: quam quod urbs tam nobilis, ac potens, sicut defectione sua traxerat aliquot populos: ita recepta inclinatura rursus animos uidebatur ad ueteris imperij respectum. Et prætoribus prioris anni, M. Iunio in Hætruria, P. Sempronio in Gallia, cum binis legionibus, quas habuerant: prorogatum est imperium. Prorogatum & M. Marcello: ut proconsul in Sicilia reliquias belli perficeret: eo exercitus: quem haberet. si supplemento opus esset: suppleret de legionibus: quibus P. Cornelius proprætor in Sicilia præisset: dum ne quem militem legeret ex eo numero: quibus senatus missionem, reditumq; in patriam: negasset ante belli finem. C. Sulpitio, cui Sicilia euenerat: duæ legiones, quas P. Cornelius habuisset: decretæ: & supplementum de exercitu Cn. Fuluij: qui priore anno in Apulia fœde casus, fugatusq; erat. Huic generi militum senatus eundem, quem Cannensibus, finem statuerat mili-

Tit. L.

x x

ñe. additum etiam utrorumq; ignominia est: ne in oppi-  
 dis hybernarent: ne ue hyberna propius ullam urbem de-  
 cem millibus passuum adificarent. L. Cornelio in Sardi-  
 nia duæ legiones data: quibus Q. Mutius præfuerat. sup-  
 plementum, si opus esset: consules scribere iussi. T. Octa-  
 uio, & M. Valerio, Sicilia, Græciæq; ora cum legioni-  
 bus, classibusq; quibus præerant: decreta. Quinquaginta  
 Græci cum legione una. centum Siculi cum duabus le-  
 gionibus habebant naues. Tribus & uiginti legionibus  
 Romanis eo anno bellum terræ mariq; est gestum. Primi  
 cipi eius anni cum de litteris L. Martij referretur: res  
 gesta magnifice senam uisæ. simul honoris, quod impe-  
 rio non populi iussu, non ex auctoritate patrum dato,  
 proprætor senam scripserat: magnam partem hominum  
 offendebat. Rem mali exempli esse: imperatores legi ab  
 exercitiis: & solenne auspicatorum conuictorum in ca-  
 stris, & prouincias procul ab legibus, magistratibusq; ad  
 militarem temeritatem transferri. & cum quidam refer-  
 dum ad senatam censerent: melius uisam differri eam con-  
 sultationem: donec proficiscerentur equites: qui ab Martio  
 litteras attulerant. Rescribi de frumento, & uestimentis  
 exercitus placuit: utranq; rem eam curæ fore senati. scri-  
 bi autē, Proprætori L. Martio, nō placuit: ne id ipsum, qd  
 consultationi reliquerant: pro præiudicato ferrent. Dimis-  
 sis equitibus, de nulla re prius consules reuulerunt, omninq;  
 in unum sententiæ congruebant: a gendum cum tribuni  
 plebis esse: primo quoq; tempore ad præibem ferrent: quæ  
 cum imperio mitti placeret in Hispaniam ad eum exer-  
 citum: cui Cn. Scipio imperator præfuerat. Ea res cum tri-  
 bunis acta, promulgataq; est. Sed aliud certamen occupa-  
 uerat animos. C. Sempronius Blesus die dicta Cn. Fuluiū

ob exercitum in Apulia amissum in concionibus uexat  
 bat: multa imperatoris temeritate, atq; inscitia exercitum  
 in locum præcipitem perduxisse dictitans. Neminem,  
 præter Cn. Fuluiū ante corrupisse omnibus uitij legiones  
 suas: quàm proderet. itaq; uere dici posse: prius eos perisse:  
 quàm uiderent hostem: nec ab Annibale, sed ab impera-  
 tore suo uictos esse. Neminem, cum suffragium inerat: satis  
 cernere cui imperium, cui exercitum permittat. Quid in-  
 terfuisse inter T. Sempronium? Cum ei seruorum exer-  
 citus datus esset: breui effecisse disciplina, atq; imperio: ut  
 nemo eorum generis, ac sanguinis sui memor in acie es-  
 set: præsidio socijs, hostibus terrori essent. Cum ad Bene-  
 uentum, aliasq; urbes eos uelut è faucibus Annibalis erep-  
 ptos populo Romano restituisse: Cn. Fuluium Quirinum  
 Romanorum exercitum, honeste genitos, liberaliter edu-  
 catos, seruilibus uitij imbuisse. ergo effecisse: ut & feroces  
 & inquieti inter socios, ignaui & imbelles inter hostes  
 essent: nec impetum modo Pœnorum, sed ne clamorem q-  
 dem sustinere possent. Nec Hercule mirum esse: nulites in  
 acie non stitisse: cum primus omnium imperator fuger-  
 ret. magis mirari se aliquos stantes cecidisse: & non om-  
 nes comites Cn. Fuluij fuisse paucos, ac fugæ. C. Flami-  
 nium, L. Paulum, L. Posthumium, Cn. ac P. Scipiones ca-  
 dere in acie maluisse, quàm deserere circumuentos hos-  
 tus suos exercitus. Cn. Fuluium propè unum nuntium  
 deleti exercitus Romam redisse. Facinus indignum esse:  
 Cannensem exercitum, quod ex acie fugerit: in Siciliam  
 deportatum: ne prius inde dimittatur: quàm hostis ex Ita-  
 lia decesserit: & hoc idem in Cn. Fuluij legionibus nu-  
 per decretum: Cn. Fuluij fugam ex prælio ipsius temerita-  
 te commisso impunitam esse: & eum in gæcia, Iustrisq;

ubi iuuentam egerit: senectutem acturum: milites, quæ nihil aliud peccauerint: quàm quod imperatoris similes fuerint relegatos propè in exilium ignominiosam pati militiam. adeo imparè libertatem Romæ diti ac pauperi, honorato atq; inhonorato esse. Reus ab se culpam in milites transferebat. Eos ferociter pugnam poscentis productos in aciem, non eo, quo uoluerint: quia seruum diei fuerit: sed postero die, & tempore, & loco æque instructos, seu famam, seu uim hostium non sustinuisse. cū effuse omnes fugerent: se quoq; turba ablatum: ut Varronem Cannensi pugna: ut multos alios imperatores. Quid autem solum se restantem prodesse Reipub. potuisse? nisi si mors sua remedio publicis cladibus futuræ esse potuisset. Non se inopia comneatus, non in loca iniqua incaute deductum: non agmine inexplorato uentem insidijs circumuentum. uia aperta, armis, acie uictum. nec suorum animos, nec hostium in potestate habuisse. suum, cuiq; ingenium audaciam, aut pauorem facere. Bis est accusans: pecuniaq; anquisitum. tertio testibus datis, cum præterq; quod omnibus probris onerabatur: iurati permulti dicerent: fugæ pauorisq; initium à prætore ortum: ab eo desertos milites cum haud uanum timorem ducis crederet: terga dedisse: tanta ira accensa est: ut capite anquirendum concio succlamaret. De eo quoq; nouum certamen ortum. nam cum bis pecunia anquisisset: tertio capitis se anquirere diceret: tribuni plebis appellati. cum collegæ negatæt se in mora esse: quo minus, quod ei more maiorum permissum esset: seu legibus, seu moribus mallet: anquireret: quoad uel capitis, uel pecuniæ indicasset priuato: tum Sempronius perduellionis se iudicare Cn. Fuluius dixit: diemq; comitijs ab C. Calpurnio prætore urbis petit. In

de alia spes ab reo tentata est: si adesse iudicio Q. Fuluius frater posset, florens uim & fama rerum gestarum, et propinqua spe Capuæ potuunda. Id cum per litteras miserabiliter pro fratris capite scriptas perisset Fuluius: negassetq; patres è Republica esse abscedi à Capua: prius q̄ dies comitiõrum aderat. Cn. Fuluius exultatum Tarquios abiit. id ei iustum exilium esse, sciuit plebs. Inter hæc uis omnis belliuersa in Capuam erat. obsidebantur tamen acrius, quàm oppugnabantur. nec aut famem tolerare seruitia, ac plebs poterant: aut mittere nuntios ad Annibalè per custodias tam arctas. Inuentus est autem quidam Numida: qui acceptis litteris euasurum se professus, ut promissum præstaret: per media Romana castra nocte egressus, spem accendit Campanis: dum aliquid uirum suspeset: ab omni parte eruptione tentandi. Caterum in multis certaminibus equestria prælia ferme prospera faciebant. pedites superabantur sed nequaquam tam latum uincere, quàm triste uinci ulla parte erat ab obfesso, et propè expugnato hoste. Inuita tandè ratio est: ut quod uiribus deerat: arte æquaretur. Ex oibus legionibus electi sunt iuuenes maxime uigore, ac leuitate corporum ueloces. eis parma breuiores, quàm equestres, & septena iacula quartaenos longa pedes data, præfixa ferro: quale hastis uelitaribus inest. eos singulos in equos suos accipientes equites assuescerunt, & uehi post sese: & desilire perniciousiter: ubi datum signum esset. Postquam assuetudine quotidiana satis intrepide uisum est fieri: in Campum, qui medijs inter castra, murumq; erat: aduersus instructos Campanorum equites processerunt. & ubi ad coniectum teluentum est: signo dato uelites desiliunt. pedestris inde acies ex equitatu repente in hostium equites incurrit: iacu

laq; cum impetu alia super alia emittunt. quibus plurimis in equos virosq; passim coniectis, permultos vulnesauerunt. pavoris tamen plus ex re noua, atq; inopinata iniectam est. & in percussum hostem equites inuicti, suam stragemq; eorum usq; ad portas fecerunt. Inde equitatu quoq; superior Romana acies fuit. Institutum: ut ne lites in legionibus essent. Authore peditem equitum immiscendorum cenurionem Q. Nauium ferunt: honoriq; id ei apud imperatorem fuisse. Cum in hoc statu ad Capuam res essent: Annibalem in diuersum Tarentinæ arcis portundæ, Capuæq; retinendæ traherant curæ, uicium tamen respectus Capuæ: in quam omnium sciorum, hostiumq; conuersos uidebat animos: documento futura: qualemcumq; euentum defectio ab Romanis habuisset. Igitur magna parte impedimentorum relicta in Brutijs, & omni graniore armatura, cum delectis peditem equitumq; quam poterat apertissimis ad maurandum iter, in Campaniam contendit. secuti tamen tam rapidam euntem tres & triginta elephanti. in ualle ocella post Tifata montem imminuentem Capuæ confedit. Adueniens cum castellum Galatiam, praesidio inde ui pulso, cepisset: in circum sedentis Capuam se uertit: praemissis ante nuntijs Capuam: quo tempore castra Romana aggressurus esset: ut eodem & illi ad eruptionem parati portis omnibus sese effunderent. Res nec explorata Romanis ingentem praebuit terrorem. nam alia parte ipse adortus est: alia Campani omnes pedites equitesq;: & cum ijs Punicum praesidium, cui Bostar, & Hanno praerant: erupit. Romani, ut in re trepida, ne ad unam concurrento partem aliq; indefensi relinquerent: ita inter sese copias parati sunt. Appius Claudius Campanis, Fuluius Annibal est opt

positus. Claudius Nero propraetor cum equitibus sextæ legionis, uia, quæ Sueffulam fert: C. Fuluius Flaccus legatus cum sociali equitatu constitit è regione Vulturinamnis. Praelium non solito modo clamore, ac tumultu est ceptum: sed ad alium uirorum equorum armorumq; sonum disposita in muris Campanorum umbellis multitudine tantum cum aeris crepitu, qualis in defectu lunæ silenti nocte aeri solet: edidit clamorem: ut auerteret etiam pugnantium animos. Campanos facile in uallo Appiæ arcebat. Maior uis ab altera parte Fuluium, Annibal & Pœni urgebant. legio ibi sexta loco cessit. qua pulsa, cohortes Hispanorum cum tribus elephantis usq; ad uallum peruasit: ruperatq; mediam aciem Romanorum: & in ancipiti spe, ac periculo erat: utrum in castra pertumperet: an intercluderetur a suis. Quem pavoris legionis, periculumq; castrorum Fuluius ubi uidit: Q. Nauium, primoresq; alios cenurionū hortatur: ut cohortem hostium sub uallo pugnantem inuadant: ac trucident. In summo discrimine rem uerti, aut uiam dandam ijs esse: & minore conatu, quam condensam aciem irrupissent: in castra irrupturos: aut conficiendos sub uallo esse. nec magni certaminis rem fore. paucos esse: & ab suis interclusos: & que: dum pameat: Romanis interrupta acies uideatur: etiam si se utrumq; in hostem uertat: ancipiti pugna metus circumueniuram. Nauius ubi hæc imperatoris dicta accepit: secundum hastam signum ademptum signifero in hostes infert: iacturum in medios eos militans: ut se pro pere sequatur milites: & partem capebant pugna. Ingens corpus erat: & arma honestabant: et sublatum alte signum conuerterat ad spectaculum ciues, hostesq;. cæterum postquam ad signa peruenerat Hispanorum: tum undiq; in



eum tragula cōiecta: & propè tota in unum acies uer-  
 sa. sed neq; hostium multitudo, neq; telorum uis arcere  
 impetum eius uiri poterunt. Et M. Attilius legatus pri-  
 mi principis ex eadem legione signum inferri in cohor-  
 tem Hispanorum coegit. Et qui castris præerant: L.  
 Pontius Licinius, & T. Popilius legati pro uallo acriter  
 pugnant: elephantosq; transgredientes in ipso uallo con-  
 sciunt. quos corporibus cū oppleta esset fossa: uelut ag-  
 gere, aut ponte iniecto, transiunt hostibus dedit. ibi per  
 stragem iacentium elephantos: atrox edita cædes. Alte-  
 ra in parte castrorum iam pulsæ erant Campani, Puni-  
 cumq; præsidium: & sub ipsa porta Capuæ, quæ ad Vul-  
 turnum fert: pugnabatur: neq; tam armati irruentibus  
 Romanis resistebant: quàm quod porta balistis scor-  
 piombusq; instructa, missilibus procul hostes arcebat. et  
 suppressit impetum Romanos: uulnus imperatoris Ap-  
 pij Claudij: cui suos ante prima signa adhortati sub laeuo  
 humero summum pectus gæso ictum est. magna tñ uis ho-  
 stium ante portam est cæsa: cæteri trepidi in urbem com-  
 pulsæ. Et Annibal posteaquam cohortis Hispanorū stra-  
 gem uidit: summaq; uicæ castra hostium defendi: omi-  
 ssa op-  
 pugnatione, recipere signa, & conuerrere agmen peditū,  
 obiecto à tergo equitum, ne hostis instaret: cepit. Legio-  
 num ardor ingens ad hostem insequendum fuit. sed Flac-  
 cus recepti cani iussit, satis ad utrumq; profectum ratus:  
 ut & Campani quàm haud multum in Annibale præsi-  
 dij esset: & ipse Annibal sentiret. Cæsa eo die, qui huius  
 pugnae auctores sunt: octo millia hominum de Anniba-  
 lis exercitū, tria ex Campanis tradunt: signaq; Cartha-  
 ginensibus quindecim adempta: duo de uiginti Campa-  
 nis. Apud alios nequaquam tantam molem pugnae inuenio.

plusq; pavoris, quàm certaminis fuisse: cum inopinato  
 in castra Romana Numidæ, Hispaniq; cum elephantis  
 irrupissent: elephanti per media castra uadentes stragem  
 tabernaculoꝝ ingenti sonitu, ac fuga abruptum uinum  
 cula iumentorum facerent. fraudem quoq; super tumultum  
 adiectam: immisissæ ab Annibale, aliquibus gnaris  
 latine lingue qui iuberent consulum uerbis, quàm amissa  
 castra essent: pro se quenq; milium in proximos montes  
 fugere. sed eam celeriter cognitam fraudem: oppressamq;  
 magna cæde hostium elephantos igni è castris exactos.  
 Hoc ultimum, utcumq; initium, finiumq; est: ante dedi-  
 tionem Capuæ prælium fuit. Medias tunc, qui summus  
 magistratus apud Campanos est: eo anno Seppius Les-  
 sius erat, loco obscuro, tenuiq; fortuna ortus. Matrè eius  
 quondam pro pupillo eo procurantem familiare ostendi-  
 tum, cum respondisset aruspex: summum quod esset im-  
 perium Capuæ, peruenturum ad eum puerum: nihil  
 ad eam spem agnoscentem dixisse ferunt. næ tu perditas  
 res Campanorum narras: ubi summus honos ad filium  
 meum perueniet. Ea ludificatio ueri & ipsa in ueris uerit.  
 nam cum fame, ferroq; urgerentur: nec spes ulla superes-  
 set, ijs qui in spem honorum erant honores detestanti-  
 bus: Lessius querendo desertam ac proditam à primori-  
 bus Capuam, summum magistratum ulanius omnium  
 Campanos cepit. Cæteris Annibal ut nec hostes elici am-  
 plius ad pugnam uidit: nec per castra eorum perirumpi  
 ad Capuam posse: ne suos quoq; commeatu intercluderent  
 noui consules: abscedere irritò incæpto, & mouere  
 à Capua stant castra. multa secū quò iam inde ire pge-  
 ret uolenti subiit animimum impetus caput ipsum belli Ro-  
 mam petendi, cuius rei semper cupitæ præmissam occa-

tionem post Cannensem pugnam, & alij uulgo fremebant: & ipse non dissimulabat: nec opinato pauore ac tumultu non esse desperandum aliquam partem urbis occupari posse. Si Roma in discrimine esset: Capuam extemplo omiffuros aut ambos imperatores Romanos, aut alterum ex ijs, qui si diuisissent copias: utruinq; infirmiore factum, aut sibi, aut Campanis bene gerendæ rei fortunam dauros esse. Vna ea cura angebat: ne ubi abscessisset: extemplo dederentur Campani. Numidam promptum ad omnia audenda donis perlicit: ut litteris acceptis, specie transfugæ castra Romana ingressus altera parte Capuam clam peruadat. Litteræ autem erant adhortatione plenæ. Professionem suam, quæ salutaris illis foret: abstracturam ad defendendam Romam ab oppugnandâ Capua duces, atq; exercitus Romanos, ne desponderent animos. tolerando paucos dies, totam soluueros obfidionem. Inde naues in flumine Vulturno comprehensas duci Casilinum, quod iam ante presidij causa fecerat castellum: iussit. quarum ubi tantam copiam esse, ut una nocte traicti posset exercitus: allatum est: abarijs decem dierum præparatis, deductas nocte ad fluiuium legiones ante lucem traiecit. Id prius quam fieret: ita futurum comperit ex transfugis Fuluius Flaccus senatum Romam cum scripsisset: uarie hominum animi pro cuiusq; ingenio affecti sunt. Ut in re tam trepida, senatu extemplo uocato, P. Cornelius, cui Africæ cognomen erat: omnes duces, exercitusq; ex tota Italia, neq; Capuæ, neq; uulius alterius rei memor, ad urbis presidium reuocabat. Fabius Maximus abscedi à Capua: terreriq; & circumagere ad natus comminationesq; Annibalæ, flagitiosum ducebat. Qui ad Cannas uictor, ire tamen ad urbem ausus nõ

esset: eum à Capua repulsam spem potiundæ urbis Roma capisse? Non ad Romam obsidendam, sed ad Capuæ liberandam obsidione ire Romam. cum eo exercitus, qui ad urbem esset: Ionem fœderum ruptorum ab Annibale testem, deosq; alios defensores esse. Has diuersas sententias media sententia P. Valerij Flacæ uicit. Qui utriusq; rei memor imperatoribus, qui ad Capuam essent: scribendū censuit: quid ad urbem presidij esset. quantas autem Annibal copias duceret: aut quanto exercitum ad Capuam obsidendam opus esset: ipsos scire. si & Romam è ducibus alter & exercitus pars mitti posset: ut ab reliquo & duce, & exercitu Capuarecte obfideretur: inter se compararent Claudius, Fuluiusq;: utri obsidenda Capua: utri ad prohibendam obsidione patriam, Romam ueniendum esset. Hoc senatusconsulto Capuam perlato, Q. Fuluius proconsul, cui, collega ex uulnere ægro, eundem Romam erat: è tribus exercitibus milite electo, ad XV millia perditum, mille equites Vulturnum traducit. inde cum Annibalem Latina uia iurum satis comperisset: ipse per Appia Municipia, quæq; propter eam uiam sunt: Setia, Soram, Laninium præmisit: ut comneatus paratos & in urbibus haberent: & ex agris deuijs in uiam proferrerent: presidiaq; in urbes contraherent: ut sua cuiq; Respublica in manu esset. Annibal quo die Vulturnum est transgressus: haud procul à flumine castra posuit. postero die præter Cales in agrum Sidicinum peruenit. ibi diem unum populando moratus, per Sueffulam, Allifanumq; & Casinatem agrum uia Latina ducit. sub Casinum biduo statim habitata: & passim populações factæ. ide præter Interamnâ, Aquinumq; in Fregeellanum agrum ad Lirim fluiuium uentum. ubi intercasum pontem à Fregeellanis morandi itinereis

causa inuenit. Et Fuluium Vulturnus tenuerat annis, nauibus ab Annibale incensus, rates ad traiciendum exercitum in magna inopia materiae ægre comparantem. traiecit ratibus exercitum, reliquit Fuluius expeditum iter, non per urbes modo, sed circa uiam expositis benigne comitatibus erat. alacresq; milites alius alium, ut adderet gradum memor ad defendendam ire patriam: hortabatur. Romam Fregeggianus nuntius diem nocteq; inire comitatus, in gentem attulit terrorem. tumultuosius, quam allatum erat: concursus hominum affingentium uana auditis totam urbem concitauerat. ploratus mulierum non ex priuatis solum domibus exaudiebatur: sed undiq; matrona in publicum effusa circa deum delubra discurrent, criminibus passis aras uerrentes, mixta genibus, supinas manus ad cælum ac deos tendentes, orantesq;: ut urbem Romanam è manibus hostium eriperent: matresq; Romanas, & liberos paruos inuiolatos seruarent. Senatus magistratibus in foro præsto est: siquid consulere uelint. alij accipiunt imperia: disceduntq; ad suas quisq; officiorum partes. alij offerunt se: siquo usus opere sit. præsidia in arce, in Capitolio, in muris, circa urbem, in monte etiam Albanano, atq; arce Tusculana ponuntur. Inter hunc tumultum Q. Fuluium Procons. profectum cum exercitu à Capua afferunt. cui ne minueretur imperium, si in urbem uenisset: decreuit senatus: ut Q. Fuluius par cum consulibus imperium esset. Annibal infestius perpopulato agro Fregeggiano propter interitos pontes, per Frusinatem, Ferentinatamq;, & Anagninum agrum in Labicanum uenit. inde Algidum Tusculum petijt: nec receptus moenibus infra Tusculum dextrorsus Gabios descendit. inde in pupinam exercitum demisso octo millia passuum à Roma pos-

suit castra. Quo propius hostis accedebat: eo maior caedes fiebat fugientium, præcedentibus Numidijs, pluresq; omnium generum, atq; atatum capiebantur. In hoc tumultu Fuluius Flaccus porta Capena cum exercitu Romanam ingressus, media urbe per Carinas Exquilias contedit. inde egressus inter Exquilinam, Collinamq; portam posuit castra. Ædiles plebis comitatum eò comportarunt. consules, senatusq; in castra uenerunt. ibi de summa Reipub. consultatum. Placuit: consules circa portas Collinam, Exquilinamq; ponere castra: C. Calpurnium prætorem urbanum Capitolio, atq; arcæ præesse: & senatum frequentem in foro contineri: siquid in tam subitis rebus consulto opus esset. Inter hæc Annibal ad Anienem fluuium tria millia passuum ab urbe castra admouit. ibi statim uis positus, ipse cum duobus millibus equitum ad portam Collinam usq; ad Herculis templum est progressus: atq; unde proxime poterat, moenia situmq; urbis obequitans contemplabatur. Id eum tam licenter atq; ociose facere, Flacco indignum uisum est. itaq; immisit equites: submo-ueriq;, atq; in castra redigi hostium equitatum iussit. Cùm commissum prælium esset: consules transfugas Numidarum, qui tum in Auentino ad mille & ducentos erant: media urbe transire Exquilias iusserunt: nullos aptiores inter conualles, tectaq; hortorum, & sepulchra, & cauas undiq; uias ad pugnandum futuros rati. quos cum ex arce, Capitolioq; cliuo publico in equis decurrentes quadam uisissent: captum Auentinum conclamauerunt. Eas res tantum tumultum, ac fugam præbuit: ut nisi castra Punica extra urbem fuissent: effusura se omnis pauidamulatio fuerit. Tunc in domos, atq; in tecta refugioerant: uagosq; in uis suis pro hostibus lapidibus, telisq;

incessebant. nec comprimī tumultus, apeririq; error poterat, refertis itineribus agrestium turba, pecorumq; : que repentinus pavor in urbem compulerat. Equestre præliū secundū fuit: summotiq; hostes sunt. et q̄a multis locis comprimendi tumultus erant: qui temere oriebantur: placuit omnes, qui diftatores, consules, censors ue fuissent: cum imperio esse: donec recessisset à muris hostis. Et diei quod reliquum fuit, & nocte insequenti, multi temere excitati tumultus sunt, compressiq;. Postero die transgressus Anienem Annibal in aciem omnes copias eduxit. nec Flaccus, consulesq; certamen detrectauere. Instructis utrinq; exercitiibus in eius pugna casum, in qua urbs Roma uictori præmiū esset: imber in gens grandine mistus ita utraq; aciem turbauit: ut uix armis retentis in castra sese receperint, nullius rei minore quāam hostium metu & postero die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit. ubi recapsissent se in castra: mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Pœnos uersa est: auditaq; uox Annibalis fertur: potiūda sibiurbis Romæ modo mentem non dari, modo fortunam. Minūere etiā spē eius & aliæ parua, magnaq; res. magna illa: quod cum ipse ad mœnia urbis Romæ armatus sederet: milites sub ue xillis in supplementū Hispaniæ profectos audiuit. parua autem: quod per eos dies eum forte agrū, in quo ipse castra haberet: uenisse nihil ob id diminuto prælio, cognitum ex quodam capiuo est. Id uero adeo superbium, atq; indignum uisum eius soli, quod ipse bello capium possideret: haberetq;: iuentum Romæ emptorem: ut extemplo uocato præcone, tabernas argentarias, que circa forum Romanum tunc essent: inserit uenire. His motus ad Turiam fluiuium castra reuulit, sex millia passi

sum ab urbe. inde ad lucum Feroniæ pergit ire, templū ea tempestate inclytum diuitijs Capenates aliqui accolæ eius erant. primūas frugum eō, donaq; alia pro copia portantes, multo auro argentoq; id exornatum habebant. His omnibus donis tum spoliatum templum. aris æterni, cum rudera milites religione iducti iacerent: post profectionem Annibalis, magni inuenti. Huius populatio templi haud dubia inter scriptores est. Cælius Romæ euentem ab Ereto diuertisse eō Annibalem tradit: iterq; eius ab Reate, Cupilijsq;, & ab Amiterno ordiatur. ex Campania in Samnium, inde in Pelignos peruenisse: præterq; oppidum Sulmonem in Marrucinos transisse: inde Albenſi agro in Masos: hinc Amiternum, Forulosq; uicū uenisse. Neq; ibi error est: quod tanti exercitus ueſtigia intra tam breuis aui memoriam potuerint confundi. isse enim eā constat. tantum id interest: uenerit ne eo itinere ad urbem: an ab urbe in Campaniam redierit. Cæterum non quantum pertinacia ad præmendā obſidio ne Capuam Romanis fuit: tantum ad defendendam Annibali. namq; ex Lucanis in Brutium agrum, ad fretum uero, ac Rhegyu eo cursu contendit: ut propè repentinō aduentu incautos oppræſſerit. Capua etsi nihilo ſegnius oppræſſa per eos dies fuerat: tamen aduentū Flaccū ſenſit. & admiratio orta est: non simul regressum Annibalem. inde per colloquia intellexerunt: relictos se, desertosq;: & spē Capuæ retinendæ deploratam apud Pœnos esse. Accessit edictum proconsulis ex ſenatusconsulto propositum. uulgatumq; apud hostes: ut qui ciuis Campanus ante certam diem transisset: sine fraude esset. nec ulla facta est transiō: metu magis eos, q̄ fide continente: quia maior a in defectione deliquerant: q̄ quibus ignosci posset.

Ceterum quemadmodum nemo priuato consilio ad hostem transibat: ita nihil salutare in medium consulebatur. Nobilitas Remp. deseruerat: neq; in senatum cogi poterat. in magistratu autem erat: qui non sibi honorem adiecit: sed indignitate sua uim ac ius magistratus, quem gerebat: dempsisset. iam ne in foro quidem; aut publico loco principum quisquam apparebat. domibus inclusi patriæ occasum cum suo exitu in dies expectabant. summa cura et omnis in Bostarem, Hannonemq; præfectos præsidij Punici uersa erat, suo, non sociorum periculo sollicitos. Hi conscriptis ad Annibalem litteris non libere modo, sed etiam aspere, quibus non Capuam solum traditâ in manum hostibus, sed se quoq; & præsidium in omnes cruciatus proditos incusabant: abuisse eum in Bruuios, uelut auertentem sese: ne Capua in oculis eius caperetur. at Hercule Romanos ne oppugnatione quidem urbis Romæ abstrahi à Capua obsidenda potuisse. tanto constantiorum inimicum Romanum, quam amicorum Pœnum esse. Si redeat Capuam: bellumq; omne eò uertat: & se, & Campanos paratos eruptioni fore. Non cum Rheginis, neq; Tarentinis bellum gesturos transisse Alpes. Vbi Romana legiones sint: ibi & Carthaginiensium exercitus debere esse. sic ad Cannas, sic ad Trasimenum rem bene gestam: coeundo, conferendoq; cum hoste castra: fortunam tentando. In hanc sententiam litteræ conscriptæ, Numidas proposita mercede iam professis operam, dantur. Hi specie transfugarum cum ad Elaccum in castra uenissent: ut inde tempore captato abirent: famensq; quæ tã diu Capuæ erat: nulli non probabilem causam transitionis faceret: mulier repente Campana in castra uenit, sortum transfugarum unius: indicatq; imperatori Romano:

no: Numidam

no: Numidâ fraude composita transisse: litterasq; ad Annibalem ferre. Id unum ex ijs, qui sibi rem aperuisset: arguere sese paratam esse. Productus primo satis constanter ignorare se mulierem simulabat. paulatim deinde conuictus ueris, cum tormenta posci, & parari uideret: falsus id ita esse: litterasq; prolata: & additum etiam indicio, quod celabatur: & alios specie transfugarum Numidas uagari in castris Romanis. Hi supra LXX comprehensi: & cum transfugis nouis multati uirgis: manibusq; præcis Capuam rediguntur. Conspectum tam triste supplicium fregit animos Campanorum. Concursum ad curiam populi factus coegit Lesium senatum uocare. et primoribus, qui iam diu publicis consilijs aberant: pro palam minabantur: nisi uenirent in senatum: circa domos eorum inuros se: & in publicum omnes ui extracturos esse. Is timor frequentem senatum magistratus præbuit. Ibi cum ceteri de legatis mittendis ad imperatores Romanos agerent. Vibius Virius, qui defectionis ab Romanis author fuerat: interrogatus sententiam negat eos, qui de legatis, & de pace, ac deditione loquantur: meminisse, nec quid facturi fuerint, si Romanos in potestate habuissent: nec quid ipsis patendum sit. Quid uos, inquit, eam deditionem fore censetis: qua quondam, ut aduersus Samnites auxilium impetraremus: nos nostraq; omnia Romanis dedimus? tam è memoria excessit: quo tempore, & in qua fortuna à populo Roma. defecerimus? iam quemadmodum in defectione præsidium, quod poterat emitti: per cruciatum, & ad conuentionem necauerimus? quoniam in obsidentis quàm inimici eruperimus? castra oppugnauerimus? Annibalem uocauerimus ad opprimendos eos? hoc quod recentissimum est: ad oppugnandum

Tit. L.

y y

Romam hinc eum miserimus? A ge contra, quæ illi infeste in nos fecerint repetite: ut ex eo quid speretis habeatis. Cum hostis alienigena in Italia esset: & Annibal hostis: & cuncta bello arderent: omiſſis omnibus, omiſſo ipſo Annibale, ambos conſules, & duos conſulares exercitus ad Capuam oppugnandam miſerunt. alterum animum circumvallatos ineluſoſq; nos fame macerant, & ipſi nobiſcum ultima pericula, grauiffimos labores perpeſſi: circa uallum, ac foſſas ſæpe trucidati: & propè ad extremum caſtris exiit. Sed omittit hæc . uetus, atq; uſitata res eſt: in oppugnanda hoſtium urbe labores, ac pericula pati. illud ira, atq; odij execrabilis iudiciũ eſt. Annibal in gentibus copijs peditum, & equitumq; caſtra oppugnauit: & ex parte cepit . tanto periculo nihil moti ſunt ab obſidione. profectus trans Vulturnum peruſſit Calenum agrum . nihil tanta ſciorum clade auocati ſunt. ad ipſam urbem Romam infeſta ſigna ferri uſſit. eam quoq; tempeſtatem imminentem ſpreuerunt. tranſgreſſus Anienem tria millia paſſuum ab urbe caſtra poſuit: poſtremo ad mœnia ipſa, & ad portas acceſſit: Romam ſe adæperum eis, niſi omitterent Capuam: oſtendit. & non omiſerunt. Feras beſtias cæco impetu ac rabie concitatas, ſi ad cubilia & catulos earum ire pergas: ad opem ſuis ferendam auertas. Romanos Roma circumſeſſa, coniuges, liberi, quorum ploratis hic quoq; propè exaudiebantur: aræ, focî, deũ delubra, ſepulchra maiorum temerata ac uiolata, à Capua non auerterunt. tanta auuiditas ſupplicij expetendi: tanta ſanguinis noſtri hauriēdi eſt ſitis. nec iniuria forſitan. nos quoq; idem feciſſemus: ſi data fortuna eſſet. Itaq; quando aliter dijs immortalibus uiſum eſt: cū mortem ne recuſare quidem debeam: cruciatus, conuulſus

ſiasq; quas parat hoſtis dum liber, dum mei potens ſum: effugere morte præterquam honeſta, etiam leui poſſum: non uidebor apud Claudium, & Q. Fuluium, uictoria inſolenti ſubnixos: neq; uinctus per urbem Romam triuſphi ſpectaculum trahar: ut deinde in carcere, aut ad palium deligatus, lacerato uirgis tergo, ceruicem ſecuri Romano mane ſubiiciam: nec dirui, incendiq; patriam uidebo: nec rapi ad ſuprum matres Campanas, uirginesq; & in gentes uos pueros. Albam, unde ipſi oriundi erant: à ſandamētis prouerunt: ne ſtirpis, ne memoria originum ſuarum extaret: ne dū eos Capuæ parafuros credam: cui infeſtores, q̄ Carthagini ſunt. Itaq; quibus ueſtrum ante ſito cedere, q̄ hæc tot tam acerbæ uideant: in animo eſt: ijs apud me hodie epulæ inſtructæ, paratæq; ſunt. ſaratis uino ciboq; poculum idem, quod mihi datum fuerit: circumferentur. ea poſto corpus à cruciant: animum contumelijs, oculos aures à uidendis audiendisq; omnibus acerbis indignisq; quæ manent uictos: uindicabit . parati erunt: qui magno rogo in propanilo adiuu accenſo corpora ex anima imijciant. Hæc una uia & honeſta, & libera ad mortem, & ipſi uirtutem mirabuntur hoſtes: & Annibal fortes ſcios ſciet ab ſe deſertos, ac proditos eſſe. Hanc orationem Virij plures audierunt cum aſſenſu: q̄ forti animo id, quod probabant: exequi poterunt. Maior pars ſenatus multis ſæpe bellis expertam populi Romani clementiam hæc difidentes ſibi quoq; placabilem fore, le gatos ad dedendam Romanis Capuam decreuerunt: miſeruntq; . Viribium Virium ſeptem & uiginti ferme ſenatores donum ſecuti ſunt . epulatiq; cum eo: & quantum facere poterant, alienatis mentibus uino ab imminentis ſenſu mali, uenerum omnes ſumpſerunt . inde miſſo conuiuio,

dextris inter se datis, ultimoq; complexu, collachryman-  
 tes suum patriaq; casum, alij ut eodem rogo cremaren-  
 tur: manserunt: alij domos digressi sunt. Impletæ cibis ui-  
 noq; uenæ minus efficacem in manuranda morte uim ue-  
 neni fecerunt. itaq; noctem totam pleriq; eorum, & diei  
 insequentis partem ijs cum animam egressent: omnes ta-  
 men prius quàm aperirentur hostibus portæ: expirarunt.  
 Postero die porta Iouis, quæ aduersus castra Romana er-  
 rat: iussu proconsulis aperta est. ea intransissa legio una:  
 & duæ alæ cum C. Fuluiο legato. Is cum omnium pri-  
 mum arma telaq; quæ Capuæ erant: ad se conferenda cu-  
 rasset: custodijs ad omnes portas dispositis, ne quis exire,  
 aut emitæ possit: præsidium Punicum cōprehendit: sena-  
 tum Campanum ire in castra ad imperatores Romanos  
 iussit. quò cum uenissent: extemplo his omnibus catene  
 iniectæ: iussiq; ad quæstores deferre quod auri, argentiq;  
 haberent. auri pondο LXX fuit: argenti tria millia pon-  
 do & CC. senatores quinque: & uiginti Cales in custo-  
 diam, duo de triginta Theanum missi: quorum de sen-  
 tentia maxime descitum ab Romanis constabat. De sup-  
 plicio Campani senatus haudquaquam inter Fuluium,  
 Claudiumq; ueniebat. facilis impetrandæ ueniæ Clau-  
 dius: Fuluij durior sententia erat. Itaq; Appius Romanum  
 ad senatum arbitrium eius rei totum reijciebat. percun-  
 ctandi etiã equum esse potestatem fieri patribus: num  
 communicassent consilia cum aliquibus sociorum Latini  
 nominis Municipiorum? & num ope eorum in bello fo-  
 rent, & Municipiorum adiuti? Id uero minime commit-  
 tendum esse, Fuluius dicere: ut sclicitarentur criminibus  
 dubijs sociorum fidelium animi: & subijcerentur iudici-  
 bus: queis neq; quid facerent, neq; quid dicerent, quicquã

inquam pensi fuisset. itaq; se eam quæstionem oppressu-  
 rum, exincturumq;. Ab hoc sermone cum digressi essent:  
 & Appius quamuis ferociter loquentem collegam, non  
 dubitaret tamen litteras sup tanta re ab Roma expecta-  
 turum: Fuluius ne id ipsum impedimentum incepto fo-  
 ret: dimittens prætorium, tribunus militum, ac præfectis  
 sociorum imperauit: uti duobus mallibus equinum delectis  
 denuntiarent: ut ad tertiam buccinam præsto essent. Cũ  
 hoc equitatu nocte Theanum profectus, prima luce por-  
 tam intrauit: atq; in forum perrexit: concursuq; ad pri-  
 mum equitum ingressum facto, magistratum Sidicinũ  
 citari iussit: imperauitq;: ut produceret Campanos: quos  
 in custodia haberet. Producti omnes: uirgisq; casti: ac secu-  
 ri percussi. Inde citato equo Cales percurrit. ubi cum in  
 tribunali confedisset: productiq; Campani deligantur  
 ad palum: eques citus ab Roma uenit. litterasq; a C. Cal-  
 purnio, populoq; Ro. Fuluiο cum tradidisset: murmur à  
 tribunali totam condionem peruasit: deferri rem integrã  
 ad patres de Campanis. Et Fuluius id ita esse ratus, ac  
 captas litteras, neq; resolutas cum in gremio reposuisset:  
 præconi imperauit: ut listorem lege agere iuberet. Ita de  
 ijs quoq;, qui Calibus erant. sumptum supplicium. tum  
 litteræ lectæ: senatusq; consultum, seruum ad impediendã  
 rem actam: quæ summa ope appropinata erat: ne impe-  
 diri posset. Consurgentem iam Fuluium, Tauræ iubellius  
 Campanus per mediam uadens urbem nomine in-  
 clamauit: & cum mirabundus quidnam sese uellet resi-  
 disse Flaccus: me quoq;, inquit, iube occidi: ut gloriari  
 possis: multo fortiores, quam ipse es: uirum abs te occi-  
 sum esse. Cum Flaccus ne gare profecto satis competentem  
 mentis esse modo prohiberi etiã se, si id uellet: s. C. dice

ret:um Tubellius, quandoquidem, inquit, capta patria, propinquis amicisq; amissis, cum ipse manu mea coniurgen, liberosq; interfecerim: ne quid indigni paterentur: mihi ne mortis quidem copia eadem est: quæ his civibus meis: petatur à virtute iniussa huius uitæ vindicta. atq; ita gladio, quæ veste texerat: per aduersum pectus transfixus, ante pedes imperatoris moribundus procubuit. Quia & quod ad supplicium atinet Campanorum: & pleraq; alia de Flaccii unius sententiâ acta erant: mortuum Appium Claudium sub deditionem Capuæ quidam tradunt. hunc quoq; ipsum Tauræam, neq; sua sponte uenisse Cales: neq; sua manu interfectum: sed cum inter ceteros ad palum deligatus: quia parum inter strepitus exaudiri possent, quæ uociferabatur: silentium fieri Flaccum iussisse: tum Tauræam illa, quæ ante memorata sunt: dixisse: uirum se fortissimum à nequaquam pari ad uirtutem occidi. sub hæc dicta iussu proconsulis præconem ita pronuntiasse. Licet uiro forti adde uirgas: & in eum primum lege age. Lectum quoq; senatusconsultum, priusquam securi ferret: quidam authores sunt. sed quia adscriptum in senatusconsulto fuerit: si ei uideretur: integram rem ad senatum reijceret: interpretatum esse: quid magis è Repub. duceret: æstimationem sibi pernissam. Capuam à Calibus redditum est. Atellaq; & Galatia in deditionem acceptæ. ibi quoq; in eos, qui capita rerum erant: animaduersum. ita ad LXX principes senatus interfecti: trecenti ferme nobiles Campani in carcerem comecti. alij per sociorum Latini nominis urbes in custodias dati, uarijs casibus interierunt. multitudo alia ciuium Campanorum uenundata. De urbe, agroq; reliqua consultiatio fuit: quibusdam delendam censentibus urbem

preualidam, propinquam, inimicam. Ceterum præsentis utilitas uicit. nam propter agrum, quem omni fertilitate terræ satis constabat primum in Italia esse: urbs seruata est: ut esset aliqua aratorum sedes urbi frequētanda multitudo incolarum, libertinorumq; & insitorum, opificumq; retenta. ager omnis, & terra publica populi Romani facta. Ceterum habitari tantum, tanquam urbem, Capuam, frequētariq; placuit: corpus nullum ciuitatis, nec senatus nec plebis concilium, nec magistratus esse. sine concilio publico, sine imperio multitudinem nullius rei inter se sociam ad consensum inhabilem fore. præsertim ad iura reddenda ab Roma quotannis missuros. Ita ad Capuæ res compositæ consilio ab omni parte laudabili. se uere, & celeriter in maxime noxios animaduersum: multitudo ciuium dissipata in nullâ spem reditus: non seuitum incendijs, ruinisq; in terra innoxia, murosq; & ceteris emolumento quaesita etiam apud socios lenitatis species incolumitate urbis nobilissima, opulentissimaq;: cuius ruinis omnis Campania, omnes, qui Campaniam circa accolunt: populi ingenuissimæ: confessio expressa hostibus: quanta uis in Romanis ad expetendas penas ab infidelibus socijs: & quæ nihil in Annibale auxilij ad receptos in fidem mendos esset. Romani proconsules perfuncti, quæ ad Capuam attingebat: cura, Claudio Neroni ex ijs duabus legionibus, quas ad Capuam habuerant: sex millia peditum, & trecentos equites, quos ipse legisset: & socii Latini nominis peditum numerum parem, & octingentos equites decernunt. Eum exercitum Pubolus in naues impositum Nero in Hispaniâ transportauit. Cum Tarraconem nauibus uenisset: expositisq; ibi copijs, & nauibus subductis, socios quoq; nauales multitudinis augendæ cæ



armasset profectus ad Iberum flumen, exercitum ab T. Fonteio, & Martio accepit. inde pergit ad hostes ire. Asdrubal Amilcaris ad Lapides Atros castra habebat in Ausetanis. Is locus est inter oppida Illinurgum, & Mēssam. huius saltus fauces Nero occupauit. Asdrubal, ne in arcto res esset: caduceatorem misit: qui promitteret: si inde missus foret: se omnem exercitum ex Hispania deportaturum. Quam rem cum lato animo Romanus accepisset diem posterum Asdrubal colloquio petiuit: ut Romani leges conscriberent de tradendis arcibus urbium, dieq; statuenda: ad quam praesidia deducerentur: suaq; omnia sine fraude Pœni deportarent. Quod ubi impetrauit: extemplo primis tenebris, atq; inde tota nocte quod grauissimum exercitus erat, Asdrubal quacumq; posset, euadere è saltu iussit. data sedulo opera est: ne nulli ea nocte exirent: ut ipsa paucitas tum ad hostem silentio fallendum aptior, tum ad euadendum per arctas semitas, ac difficiles esset. Ventum insequentem die ad colloquium est: sed loquendo plura, scribendoq;, dedita opera, quae in rem non essent: die consumpto, in posterum dilatum est. addita insequens nox spatium dedit & alios emittendi, nec postero die res finem inuenit. ita aliquot dies disceptando palam de legibus, nocte q; emittendis clam è castris Carthaginensibus absumpta. & posteaquam maior pars emissa exercitus erat: iam ne ijs quidem quae ultero dicta erant: stabatur: minusq; ac minus, cum timore simul fide decrescente, conueniebat. iam ferme pedestres omnes copia euaserant è saltu: cum prima luce densa nebula saltum omnem, camposq; circa intexiuit. quod ubi sensit Asdrubal: mitit ad Neronem: qui in posterum die colloquium differret. illum diem religiosum Carthaginē

fibus, ad agendum quicquam rei esse. Ne tum quidem specta fraus, cum data esset uenia eius diei: extemplo Asdrubal cum equatu, elephantisq; castris egressus sine ullo tumultu in utrum euasit. Hora ferme quarta depulsa sole nebula aperuit diem: uacuaq; hostium castra conspexerunt Romani. Tum demum Claudius Punicam fraudem agnoscens, ut se dolo captum sensit: proficiscentem institit sequi, paratus confluere acie. sed hostis detestabat pugnam, leuia tamen praelia inter extremum Punicum agmen, praecursoresq; Romanorum fiebant. Inter haec Hispaniae populi, nec qui post cladem acceptam defecerant: redibant ad Romanos: nec ulli noni desiciebant. Et Romae senatus, populoq; post receptam Capuam non Italiae iam maior, quam Hispaniae cura erat. & exercitum augeri & imperatorem mitti placebat. nec tamen quem mitterent, satis constabat: quoniam illuc ubi duo summi imperatores intra dies XXX cecidissent: qui in locum duorum succederet: extraordinaria cura deligendus esset. Cum alij alium nominarent: postremum eò decursum est: ut populus proconsuli creando in Hispaniam comitia haberet. diemq; comitijs consules edixerunt. Prima expectauerant: ut qui se tanto imperio dignos crederent: nomina profiterentur. quae ut desinita expectatio est: redintegritas luctus acceptae cladis: desideriumq; imperatorum amissorum. Mœsta itaq; ciuitas propè inops consilij, comitiarum die tamen in Campum descendit. atq; in magistratus uersi circumspectant ora principum, aliorumq; alios inuentium: fremuntq;: adeo perditas res: desperatumq; de Repub. esse: ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere. Cum subito P. Cornelius, illius, qui in Hispania ceciderat, filius, quatuor & uiginti ferme

annos natus, professus se petere, in superiore, unde conspici posset: loco constitit. In quem postquam omnium ora conuersa sunt: clamore ac favore ominati extemplo sunt felix, faustumq; imperium. iussi deinde inire suffragium, ad unum omnes non centuriæ modo, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispaniam iusserunt. Cæterum post rem actam, ut iam resederat impetus animorum, ardorq; silentium subito ortum: & tacita cogitatio: quidnam egressent noui, quod fauor plus ualisset, q̄ ratio atatis: maxime poenitebat. quidam fortunam etiã domus horrebant: nomenq; ex funestis duabus familijs in eas prouincias, ubi inter sepulchra patris, patriuq; res gerendæ essent: proficiscerent. Quam ubi ab re tanto impetu acta sollicitudinem, curamq; hominum auertit: aduocata concione, ita de atate sua, imperioq; mandato, & bello, quod gerendum esset: magno elatoq; animo disseruit: ut ardorem eum, qui resederat: excitaret rursus, inuouaretq;: & impleret homines certioris spei: quàm quantam fides promissi humani, aut ratio ex fiducia rerum subijcere solet. Fuit enim Sapio non ueris tantum uirtutibus mirabilis: sed arte quoq; quadam ab iuuenta in ostentationem earum compositus: pleraq; apud multitudinem aut per nocturnas uisa species, aut uelut diuinitus mente monita, agens: siue ut ipsi capti quadam superstitione animi: siue ut imperia consiliaq;, uelut sorte oraculi missa, sine cunctatione assequerentur. ad hæc iam inde ab initio præparans animos, ex quo togam uirilem sumpsit: nullo die prius ullam publicam, priuatamq; rem egit: quàm in Capitolium iret: ingressusq; ædem consideret: & plerumq; tempus solus in secreto ibi tereret. Hic mos, per omnem uitam seruatus: seu consulto, seu tenere

uulgatæ opinioni fidem apud quosdam fecit: stirpis eum diuinæ uirum esse. reuolitq; famam in Alexandro Magno prius uulgatam, & uanitate, et fabula parem: an quis immanis concubini concæptum: & in cubiculo matris eius per se uisam prodigij eius speciem: interuentuq; hominum euolutam repente, atq; ex oculis elapsam. His miraculis nunq; ab ipso elusa fides est: quin potius aucta arte quadam, nec abnecendi tale quicquam, nec palam affirmandi. Multa alia eiusdem generis, alia uera, alia assimulata, admirationis humana in eo iuuenes exceperant modum. quibus freta tunc ciuitas atã hanc quaquam maturæ, tantam molem rerum, tantumq; imperium permisit. Ad eas copias, quas ex uetere exercitu Hispania habebat: quæq; à Puteolis cum Claudio Nerone traiectæ erant: decemmillia peditum, & mille equites adduntur. & M. Iunius Syllanus prætor adiutor ad res gerendas datus est. Ita cum XXX nauium classem (omnes autem quinqueremes erant) ostijs tyberinis profectus præter oram Tusci maris Alpes, atq; Gallicum sinum, & deinde Pyrenes circumuectus promontorium, Emporijs urbe græca (oriundi & ipsi à Phocæa sunt) copias exposuit. inde sequi nauibus iussit, Tarraconem pedibus profectus conuentum omnium sciorum (etenim legationes ad famam aduentus eius ex omni se prouincia effuderant) habuit. naves ibi subduci iussit remissis quatuor triremibus Massiliensium: quæ officij causa ab domo profectæ fuerant. Responsum inde legationibus suspensis uarietate tot casuum: dare cepit: ita elato ab ingenti uirtutum suarum fiducia animo: ut nullum ferox uerbū ex cederet: ingensq; omnibus, quæ diceret: cum maiestas inesset, tum fides. Profectus ab Tarracone, & ciuitates

sociorum, & hyberna exercitus adiit: collaudauitq; milites: quod duabus tantis cladibus deinceps icti, provinçia obtinuisse: nec fructum secundarum rerum sentire hosteis passi, omni cis Iberum agro eos arcuissent: sociosq; cum fide mutati essent. Martium secum habebat cum tanto honore: ut facile appareret: nihil minus eum uereri: quæne quis obstaret gloriæ suæ. Successit inde Neroni Syllanus: & in hyberna noui milites deducti. Scipio omnibus, quæ ad eunda, agendaq; erant: mature aditis, peractisq;, Tarraconem concessit. Nihilominor fama apud hostes Scipionis erat: quàm apud ciues, sociosq;: & diuina quædam futuri: quo minus ratio timoris reddi poterat: eo opportune maiorem inferens metum. In hyberna diuersi concesserant. Asdrubal Cisgonis usq; ad Oceanum, et Gades: Mago in mediterranea maxime supra Castulonensem saltum. Asdrubal Amilcaris filius proximus Ibero circa Saguntum hybernauit. Aestatis eius extremo, quo capta est Capua: & Scipio in Hispaniam uenit: Punica classis ex Sicilia Tarentum acata ad arcendos commeatatus præsidij Romani, quod in arce Tarentina erat: clauserat quidem omneis ad arcem à mari aditus: sed assidendo diutius arctiorem annonam socijs, quàm hosti facebat. non enim tantum subuehi oppidanis per pacata litora, apertosq; portus præsidio nauium Punicarum poterat: quantum frumenti classis ipsa turba nauali mista ex omni genere hominum absumebat: ut arcis præsidium etiam sine inuecto, quia ibi paucè erant: ex ante præparato sustentari posset: Tarentinis classiq; ne inuectum quidem sufficeret. tandè maiore gratia, quàm uenerat, classis dimissa est. annona haud multum laxauerat. quia remoto maritimo præsidio, subuehi frumentum non poterat.

rat. Eiusdem æstatis exitu M. Marcellus ex Sicilia provinçia cum ad urbem uenisset: à C. Calpurnio prætore senatus ei ad ædem Bellonæ datus est. ibi cum de rebus ab se gestis disseruisset: questus leniter non suam magis, quàm militum uicem, quod provinçia confecta exercitum deportare non licuisset: posulauit: ut triumphanti urbem inire liceret. id non impetrauit. Cum multis uerbis actum esset: utrum minus conueniret: cuius nomine absentis ob res prospere ductu eius gestas supplicatio decreta foret: & dijs immortalibus habitus honos: ei præsentim negare triumphum: an quem tradere exercitum successori iussissent: quod nisi manere in provinçia bello non decernerent: tunc quasi de bello triumphare: cum exercitus testis uerit, atq; immeriti triumphum abesset: medium uisum: ut ouans urbem iniret. Tribuni ple. ex auctoritate senatus ad populum tulerunt: ut M. Marcello, quo die urbem ouans iniret: imperium esset. Pridie quàm urbem iniret: in Monte Albano triumphauit. inde ouans multam præ se prædam in urbem inuulit. Cum simulachro captarum Syracusarum Catapultæ, balistæq;, & alia omnia instrumenta belli lata: & pacis diuina, regiq; opulentiæ ornauit: argenti arisq; fabrefacta uasa: & alia suppellex, pretiosaq; uestis, & multa nobilia signa: quibus inter primas Græciæ urbes Syracusæ ornata fuerant. Punica quoq; uictoria signum, octo ducti elephantum. Et non minimum fuisse spectaculum cum coronis aureis præcedentes Sosius Syracusanus, & Mericus Hispanus. quorum altero nocturno Syracusas, introitum erat: alter Nassum, quodq; ibi præsidij erat: prodiderat. His ambobus ciuitas data. & quingena iugera agri: Sossidi in agro Syracusano: qui aut regis, aut hostium populi Romani fuisset:

& *ædes Syracusis cuius uellet eorum: in quos belli iure animaduersum esset: Merico, Hispanisq; qui cum eo trās fierant: urbs, agerq; in Sicilia ex ijs, qui à populo Romano descēssent: iussa dari. id M. Cornelio mandatū: ut ubi ei uideretur: urbem, agrumq; eis assignaret. in eodē agro Belligeni, per quem ille *Ætus* ad transitionem Mericus erat. CCCC iugera agri decreta. Post profectio nem ex Sicilia Marcelli Punica classis octo millia peditū; tria Numidarum equinum exposuit. Ad eos *Murgeni* descuerunt terræ. secutæ defectionem earum *Hybla*, & *Magella* sunt: & ignobiliores quædam aliæ. Et *Nurida* præfecto *Mutine* uagī per totam Siciliam sociorum populi Romani agros urebant. Super hæc exerçans Romanus iratus, partim quod cum imperatore non deuenisset ex prouincia esset: partim quod in oppidis hyberna re uetiū erant: segni frangebantur muliā: magisq; eis author ad seditionem, quam animus deerat. Inter has difficultates *M. cornelius* prætor, & militum animos nunc consulando, nunc castigando sedauit: & ciuitates omnes, quæ defecerant: in deditioem redegit: atq; ex his *Murgeniam* Hispanis, quibus urbs agerq; debebatur: ex *S. C.* attribuit. Consules cum ambo *Apuliam* prouinciā haberent: minusq; iam terroris à *Pœnis*, & *Annibale* esset: sortiri iussi *Apuliam* *Macedoniāq; prouincias*. *Sulpitio* *Macedonia* euenit: isq; *Leuino* successit. *Fuluius* *Romani* comitiōrum causa accersitus cum comitiā consilibus rogandis haberet: prærogatiua centuria iuniorum declarauit *T. Manlium Torquatū*, & *T. Octālium Manliū*, qui præsens erat: gratulandi causa cum turba coiret: nec dubius esset consensus populi: magna circumspisus turba ad tribunal consulis uenit: penitq; ut pauca sua*

uerba audiret: centuriamq; quæ ualisset suffragium: reuocari iuberet. Erectis omnibus expectatione, quidnā postulatū esset: oculorum ualitudinem excusauit. Impudētē & gubernatorem, & imperatorem esse: qui, cum alienis oculis ei omnia agenda sint: postulet sibi aliorū capita, ac fortunas committi. proinde si uideretur: & redire in suffragium centuriam iuniorum iuberet: & meminisset in consulibus creandis belli, quod in Italia sit: temporumq; Reipublica. uixdum requiescere aureis à strepitu, & tumultu hostili: quo paucos ante menses asserderint propē mania Romana. Post hæc cum centuria frequens succlamasset: nihil se mutare sententia: eos demq; consules dictū esse: tum *Torquatus*, neq; ego uestros, inquit, mores consul ferre potero: neq; uos imperium meum. redire in suffragium: & cogitate: bellum Punicum in Italia, & hostium ducem *Anniablen* esse. Tum centuria & auctoritate mota uiri, & admirantium circa fremittu, petit à consule: ut centuriam seniorum citaret. uelle sese cum maioribus natu colloqui: & ex auctoritate eorum consules dicere. Citatis centuria senioribus, datum se creto in ouili cum his colloquendi tempus. Seniores de tribus consulendum dixerunt esse: duobus iam plenis honorum, *Q. Fabio*, & *M. Marcello*: & si utiq; nouum aliquem aduersus *Pœnos* consulē creari uellent: *M. Valerium Leuiniū* egregie aduersus *Philippum Regem* terra, mariq; res gessisse. Ita de tribus consultatione data, senioribus dimissis, iuniores suffragium ineunt. *M. Marcellum Claudium* fulgentem tum Sicilia domita, & *M. Valerium*, absentes consules dixerunt. auctoritatem prærogatiuæ omnes centuriæ secutæ sunt. Eludant nunc antiqua mirantes. non equidem, si qua sit sapientium ciui

tas: quam docti fingunt magis, quam norunt: aut prius  
 opes graviores, temperatiorēq; à cupidine imperij, aut  
 multitudine melius moratam censent fieri posse. Censuram  
 uero iuniorum seniores consulerē uoluisse: quibus  
 imperij suffragium mandaret: uix ut uerisimile sit: pu-  
 rentum quoq; hoc seculo uilis leuissq; apud liberos aucto-  
 ritas fecit. Prætoriam inde comitiā habita. P. Manlius Val-  
 lens, & L. Manlius Acidemus, et C. Lefforus, & L. Cin-  
 cius Alimentus, creati sunt. Fortē ita incidit: ut comitijs  
 perfectis nuntiarentur: T. Offaculum, quem T. Manlio,  
 nisi interpellatus ordo comitorum esset collegam obse-  
 rem daturus fuisse uidebatur populus: mortuum in Sici-  
 lia esse. Ludi Apollinæres & priore anno fuerant: & eo  
 anno ut fierent, repente Calpurnio prætori senatus de-  
 creuit: ut in perpetuum uouerentur. Eodem anno prodigi-  
 a aliquot uisa, nuntiataq; sunt. In eadē Concordia Vi-  
 ctoria, quæ in culmine erat: palmis ista, decussaq; ad  
 Victorias, quæ in ante fixæ erant: hastis: naq; inde produ-  
 dit. Et Anagnina, & Fregeilis nuntiatum est numerum, por-  
 tasq; de caelo raptas. & in foro Sacerdotum sanguinis  
 uos per diem totum fluxisse. & Ereti lapidibus pluisse. &  
 Reate mulam peperisse. Ea prodigia hostijs maioribus  
 sunt procreata: & obsecratio in unum diem populo in-  
 dicta: & nouendiale sacrum. Sacerdotes publici aliquot  
 eo anno mortui sunt: nouisq; sufficitur in locum M. Emi-  
 lij Numidæ decemuirij sacrorum M. A. melius Lepidus:  
 in locum M. Pomponij Mathonis pontificis C. Linius:  
 in locum Sp. Caruilij Maximi auguris M. Seruilij. T.  
 Offaculus Crassus pontifex quia ex acto anno mortuus et  
 ratideio nominatio in locum eius non est facta. C. Clau-  
 dius flamen dialis, quod extra perperam dederat: Flami-  
 nio abiit.

nio abiit. Per idem tempus M. Valerius Leuinus, tentat-  
 tis prius per secreta colloquia principum animis, ad in-  
 dictum ante ad id ipsum concilium Aetolorum classe ex-  
 pedita uenit. Vbi cum Syracusis, Capuamq; captas in-  
 fidem, in Italiaq; rerum secundarū successum ostentasset:  
 adiecitq; iam inde à maioribus traditum morem Ro-  
 manis colendi socios: ex quibus alios in ciuitatem, atq;  
 æquum secum accipissent: alios in ea forma haberēt  
 ut socij esse, quàm cives mallent: Aetolos eo, in maiore fe-  
 cturos honore: quod gentium tras, marinarum in amicitia  
 primi uenissent. Philippum eis, & Macedonas graues  
 accolas esse. quorum se uim, ac spiritum etiam siccasse: &  
 eò redactum esse: ut non his modo urbibus, quas per uim  
 ademissent Aetolis: excedant: sed ipsam Macedoniam  
 infestam habeant. Et Acarnanes, quos a grefferent Aeto-  
 li à corpore suo diremptos: restitutum se in antiqua  
 formulam iurisq; ac ditionis eorum. Hæc dicta, promiss-  
 saq; à Romano imperatore Scopas, quitum prætor gen-  
 tis erat: & Dorimachus princeps Aetolorum affirmare  
 runt: auctoritatem suā minore cum uerecundia, & ma-  
 iore cum fide uim, maiestatemq; populi Ro. extollentes.  
 maxime tamen spes potius mouebat Acarnania. Igitur  
 conscriptæ conditiones: quibus in amicitiam, societas  
 temq; populi Ro. uenerent. additumq; ut si placeret: uel  
 lentq; eodem iure amicitia Elej, Lacedemonijq; & Ar-  
 talus, & Pleurans, & Scerdileus essent: Aste Attalus,  
 hi Thracum, & Illyricorum reges. Bellum ut extemplo  
 Aetolicum Philippo terra gererent. Nauibus ne minus  
 XX quinque remibus adiunaret Romanus. Urbium  
 Corcyra tenus ab Aetolia incipienti solum, terraq; &  
 muri cum agris, Aetolorum, alia omnis præda populi

Ro. esset. Darentq; operam Romanis: ut Acarnaniam Ætoli haberent. Si Ætoli pacem cum Philippo facerent: scelerum adscriberent: ita ratam eorum pacem: si Philippus arma ab Romanis, socijsq; quicq; eorum ditioris essent: abstinuisset. Item si populus Ro. scedere iungeretur Regi: ut caueret: ne ius ei belli inferendi Ætolis, socijsq; eorum esset. Hæc conuenerunt. conscriptaq; biennio post, Olympie ab Ætolis, in Capitolio ab Romanis, ut testata sacris monumentis essent: sunt posita. Moræ causa fuerant retenti Romæ diutius legati Ætolorum. nec tamen impedimento id rebus gerendis fuit. & Ætoli extemplo mouerunt aduersus Philippum bellum: et Leuinus Zacynthi (parua insula est, propinqua Ætolie urbem unam eodem, quo ipsa est, nomine, habet: eam, præter arcem, uicinitate) & Oleniada, Naxumq; Acarnanum captas Ætolis contribuit. Philippum quoq; satis implicatum bello finitimo ratus, ne Italiam Pœnosq; & pacta cum Annibale posset respicere: Corcyram ipse se recepit. Philippo Ætolorum defectio Pellæ hybernanti allata est. itaq; quia primo uere moturus exercitum in Græciam erat: Illyricos, finitimosq; eius urbes alterno metu quietas ut Macedonia haberet: expeditionem subitam in Oriciorum, atq; Apolloniatarum fines fecit: egressosq; Apolloniatas cum magno terrore, ac timore compulsi intra muros. uastatis proximis Illyricis, in Pelagoniam eadē celeritate uerūt iter. inde Dardanorum urbem sitam in Macedonia, transitum Dardanis facturam cepit. His raptim actis, memor Ætolicis iunctisq; cum eo Romani belliper Pelagoniam, & Nymphæum, & Boeiam in Thessaliam descendit ad bellum secum aduersus Ætolos capeffendū: (incitari posse homines credebat), & relicto ad fauces Thessalie

Perseo cum quatuor millibus armatorum ad arcendos aditus Ætolos, ipse, prius q̄ maioribus occuparetur rebus: in Macedoniam, atq; inde in Thraciam exercitum, ac Medos eduxit. Incurrere ea gens in Macedonia solita erat: ubi regem occupatum externo bello, ac sine presidio esse regnum sensisset. Ad Phragandas igitur uastare agros, & urbem Lampharniam, caput arcemq; Mædica oppugnare cepit. Scopas ubi profectum in Thraciam regem, occupatumq; ibi bello audiuit: armata omni iuuentute Ætolorum, bellum inferre Acarnaniam parat. Aduersus quæ se Acarnanum gens, & uiribus impar, & iam incenia Oleuados Naxumq; amissa cernens, Romanamq; insuper arma in gruere, ira magis instruit, q̄ consilio bellum. coniugibus, liberisq; & senioribus supra L X annos in proximam quam Epirum missis ab XV ad L X annos coniurant: nisi uictores se non redituros. qui uictus acie excessisset: eum nequis urbe tecto mensa lare reciperet: diram execrationem in populares, obtestationem q̄ sanctissimam potuerunt, aduersus hospites composuerunt. precantiq; simul Epirotas sunt: ut qui suorum in acie cecidissent: eos uno timulo cōtegerent: adhiberentq; humanis titulum. Hic siti sunt Acarnanes: q̄ aduersus uim, atq; iniuriam Ætolorum pro patria pugnantes mortē occubuerunt. Per hæc incitatis animis, castra in extremis finibus suis obuam hosti posuerunt. nuntijs ad Philippum missis, quanto res in discrimine esset: omittere Philippum id, quod in manibus erat, coegerunt bellum: iam Pharnia per deditionem recepta, & prospero alio successu rerum. Ætolorum impetum tardauerat primo coniurationis fama Acarnanum: dein de auditus Philippi aduentus regredi etiā in intimos coegit fines. Nec Philippus quam ne opprimerentur Acari

*nanes, itineribus magnis ierat: ultra Clinem est progressus. inde cum audisset reditum Aetolorum ex Acarnania: & ipse Pellā rediit. Leuinus ueris principio à Corcyra profectus nauibus: superato Leucate promontorio, cum uenisset Naupactum: Anticyram inde se petiurum edixit: ut praesto ibi Scopas, Aetoliq; essent. Sita Anticyra est in Locride laua parte sinum Corinthiacū intrantibus. breue terra iter eò, breuis navigatio ab Naupacto est. Tertio fermè post die utriq; oppugnari cœpta est. grauior à mari oppugnatio erat: quæ & tormenta, machinæq; omnis generis in nauibus erant: & Romani inde oppugnabāt. itaq; intra paucos dies recepta urbs per deitionem, Aetolis traditur. præda ex pacto Romanis cessit. Litteræ Leuino redditæ: consulem eum absentem de Claranum: & successorem uenire P. Sulpitium. cæterum diurno ibi morbo implicatus serius spe omnium Romam uenit. M. Marcellus cum idibus Martijs consulatum inisset: senatum eo die moris modo causa habuit: professus nihil se absente collega, neq; de republica, neq; de prouincijs acturum. Scire se frequentes Siculos propè urbem in uillis obrectatorum factorum suorum esse. quibus tantū abesse ut per se non liceat palam Romæ crimina edita, fictaq; ab inimicis uulgare: ut ni simularent aliquem sibi timorem absente collega dicendi de consule esse: ipse eis extemplo daturus senatum fuerit: ubi quidem collega uenisset: non passurum quicquam prius agi: quam Siculi in senatum introducantur. delectum propè à M. Cornelio per totam Siciliam habuit: ut quamplurimi quæsum de se Romam uenirent. eundem litteris falsis urbem plesse: bellum in Sicilia esse: ut suam laudem minuat. Moderati animi gloriam eo die adeptus consul sena*

tum dimisit. ac propè iustitiam omnium rerum fuit uidebatur: donec alter consul ad urbem uenisset. Ocium, ut solet, excitauit plebis rumores. belli diurnitate, & uastatos agros circa urbem, quæ infesto agnune isset An nibal: & exhaustam delectibus Italiam, & pro Repu. Cannis exercitus caesos, que rebantur: & consules bellicosos ambos, uiros acres nimis & feroces creatos: qui uel in pace tranquilla bellum excitare possent: nedum in bello respirare ciuitatem forent passuri. Interrupit hos sermones nocte, quæ pridie quinquatrijs fuit: pluribus simul locis circa forum incendium ortum. eodem tempore seipsem tabernæ, quæ postea quinq; Æ argentariæ, quæ nunc nouæ appellantur: arserè comprehensa postea priuata adificia: (neq; enim tum basilicæ erant) comprehensæ latumia: forumq; piscatorium, & atrium regium. aedes Vestæ uix defensa est, tredecim maxime seruorum opera: quæ in publicum redempti, ac manumissi sunt. nocte, ac die continuatum incendium fuit. nec ulli dubium erat: humana id fraude factum esse: quod pluribus simul locis, & ijs diuersis, ignes coorti essent. itaq; consul ex auctoritate senatus pro concione edixit: qui quorum opera id cõstatum incendium profiteretur: præmium fore, libero per cuniam, seruo libertatem. Eo præmio inductus Campanorum Calaniorum seruus (Mannus ei nomen erat) indicauit: dominos, & quinque prætere a iuuenes nobiles Campanos, quorum parentes à Q. Fuluius securi percussifuerant: id incendium fecisse: uulgoq; factus est alia: ni comprehendantur. Comprehensi: familiarumq; eorum. & primo eleuabatur index, indiciumq; pridie eum uerberibus castigatum ab dominis discessisse: per iram, ac leuitatem ex re fortuita crimen commentum. cæterum ut

coram coarq̄uebantur: & quaestio ex ministris facinor  
 vis foro medio haberi ceptæ est: fassi omnes: atq; in  
 dominos, seruosq; conscios animaduersum est. iudici li  
 bertas data: & XX millia æris Consuli Leuino Cap  
 puam prætereunti circumfusa multitudo Campano  
 rum est, obsecrantium cum lachrymis: ut sibi Romam  
 ad senatum ire liceret oratum: si qua misericordia  
 tandem flecti possent: ne se ad ultimum perditum irent:  
 nomenq; Campanorum à Q. Flacco deleri sinerent.  
 Flaccus sibi priuatam similitatem cum Campanis ne  
 gare ullam esse: publicas inimicitias & hostileis esse:  
 & futuras: quoad eo animo in populum Romanum  
 esse sciret. nullam enim in terris gentem esse, nullum infri  
 stio rem populum nomini Romano. id eo se mœnibus in  
 clusos tenere eos: quia siqui euasissent aliqua: uelut feras  
 bestias per agros uagari: & laniare, & trucidare quod  
 cunq; obuium detur. alios ad Annibalem transfugisse: al  
 ios ad Romam incendendam profectos. inuenturum in  
 semivsto foro consulem uestigia sceleris Campanorum.  
 Vesta ædem penitam: & æternos ignes: & condinam in  
 penetrati fatale pignus imperij Romani. se minime cen  
 sere uinum esse: Campanis potestatem intrandi Romana  
 mœnia fieri. Leuinus Campanos iureiurando à Flacco  
 adactos, quinto die, quàm à senatu responsum accepis  
 sent: Capuam redituros: se qui se Romam iussit. Hac cir  
 cumsusus multitudinē simul siculis obuiam egressis pote  
 statem Romam ad eundem fecit: clarissimarum urbium ex  
 cidio celeberrimis uiris uictos bello accusatores in urbem  
 ad lucens. De Rep. tamen primum, ac de prouincijs am  
 bo consules ad senatum reuolare. ibi Leuinus quo statu Ma  
 cedonia, et Græcia Ætoli, Acarnanes, Locriq; eēt: quaq;

ibi res ipse egisset terra mariq; exposuit. Philippum inse  
 rentem bellum Ætolis in Macedoniam retro ab se com  
 pulsum, ad intima penitus regni abyssis: Legionemq; inde  
 deduci posse. classē satis esse ad arcendum Italia regem.  
 Hæc de se, deq; prouincia: cui præfuerat. Consulū de  
 prouincijs communis relatio fuit. Decreuere patres: ut al  
 teri consuli Italia bellumq; cum Annibale prouincia es  
 set: alter classē, cui T. Octacilius præfuisse: Siciliamq;  
 prouinciam cum L. Cincio prætorē oblineret. Exercitus  
 eis duo decreti: qui in Hetruria, Galliaq; essent. eæ qua  
 morerant legiones urbanae. duæ superioris anni in He  
 truriam: duæ, quibus Sulpitius consul præfuisse: in Galliã  
 mitterentur. Gallia, & legionibus præfesset: quem consul,  
 cuius Italia prouincia esset: præfesset. In Hetruriam  
 C. Calpurnius post præturam, prorogato in annum im  
 perio missus. Et Q. Fuluius Capua prouincia decreta: pro  
 rogatumq; in annum imperiū. Exercitus ciuium, socio  
 rumq; minui iussus: ut ex duabus legionibus una legio  
 quinque millia pedum, & trecenti equites essent: dimissis,  
 qui plurima stipendia haberent: & sociorum septem  
 millia pedum, & trecenti equites relinquerentur: eadē  
 ratione stipendiorum habitā in uetribus militibus dimit  
 tendis. Cn. Fuluius consuli superioris anni, nec de prouin  
 cia Apulia, nec de exercitu, quem habuerat: quicquā mu  
 tatum: tantum in annum prorogatum imperium est. P.  
 Sulpitius collega eius omnem exercitum, præter socios na  
 uales, iussus dimittere est. Item ex Sicilia exercitus, cui M.  
 Cornelius præfesset: ubi consul in prouinciam uenisset: di  
 miti iussus. L. Cincio prætori ad optinendam Siciliã Cā  
 nenses milites dati, duarum instar legionum. Totidem le  
 giones in Sardiniam P. Manlio Vulsoni prætori decre



ta: quibus L. Cornelius in eadem provincia priore anno præfuerat. Urbanas legiones ita scribere consules iussit: ne quem militem facerent: qui in exercitu M. Claudij, M. Valerij, Fulvijq; fuissent: ne ue eo anno plures, quam una & XX Romanae legiones essent. His senatus consultis perfectis, sortiti provincias consules. Sicilia & classis Marcello, Italia cum bello aduersus Annibalem Leui no euenit. Que scrs, uelut iterum captis Syracusis, ita exanimauit Siculos expectatione sortis in consulum conspectu stantibus: ut comploratio eorum, flebilesq; uoces, & extemplo oculos hominum conuerterent: & postmodum sermones præbuerint. Circumabant enim senatum cum ueste sordida, affirmantes: se non modo suam quisq; patriam, sed totam Siciliam relicturos: si eò Marcellus iterum cum imperio redisset. nullo suo merito eum anteim placabilem in se fuisse: quid iratum, quod Romam de se questum uenisse Siculos sciat: facturum? obrui Ætnæ ignibus, aut mergi freto, satius illi in insula esse: quam uelut dei noxæ inimico. Hæ Siculorum querelæ, domos primū nobilium circumlatæ, celebratæq; sermonibus, quos paritū misericordia Siculorum, paritū inuidia Marcelli excitabat: in senatum etiam peruenierunt. Postulatum à cōsulibus est: ut de permutandis provinciis senatum consulerent. Marcellus, si iam audiū ab senatu Siculi essent: aliam forsitan futuram fuisse sententiam suam, dicere. nunc ne quis timore frenari eos dicere posset: quo minus de eo libere querantur: in cuius potestate mox futuri sint: si collegæ nihil interisit: mutare se provinciam paratum esse. deprecari senatus præiudicium. nam cum extra sortem collegæ optionem dare provincie iniquum fuerit: quanto maiorem iniuriam, immo contumeliam

esse: sortem suam ad eum transferri? Ita senatus, cum quid placeret, magis ostendisset: quam decreuisset: dimittitur. Inter ipsos consules permutatio provinciarum rapite fato Marcellum ad Annibalem facta est: ut ex quo primus aduersæ pugnae gloriam cæperat: in eius laudem postremus Romanorum imperatorum, prosperis tum maxime bellicis rebus, caderet. Permutatis provinciis, Siculi in senatum introducti multa de Hieronis Regis fide perpetua erga populum Ro. uerba fecerunt, in gratiam publicam auertentes. Hieronymū, ac postea Hippocratem, & Epicidem tyrannos, cum ob alia, tum propter defectionem ab Romanis ad Annibalem, inuisos fuisse sibi. ob eam causam & Hieronymum à principibus iuuentutis propè publico consilio interfectum: & in Epicidis, Hippocratisq; eadem septuaginta nobilissimorum iuuenum coniurationem factam. quos Marcellimora destitutos, quia ad prædictum tempus exercitum ad Syracusas non adiuuisset: indicio facto, omnes ab tyrannis interfectos. Eam quoq; Hippocratis, atq; Epicidis tyrannidem Marcellum excutisse, Leontinis crudeliter direptis. Nunquam deinde principes Syracusanorum desisse ad Marcellum transire: polliceriq; se urbem, cum uellet: ei tradituros. sed eum primo ui capere maluisse: deim cum id neq; terra, neq; mari, omnia expertus, potuisset: auctores traditarum Syracusarum februm ararium Sosin, & Mericum Hispanum, quam principes Syracusanorum habere, toties id nequicquam ultro offerentis, præoptasse: quo scilicet iustiore de cā uenustissimos socios populi Ro. trucidaret: ac diriperet. Si non Hieronymus ad Annibalē defecisset: sed populus Syracusanus, & senatus: si portas Marcellum Syracusani publice, & non, oppressis Syracusa

nis, tyranni eorum Hippocrates, et Epicides clausissent: si Carthaginensium animis bellum cum populo Romano gessissent: quod ultra, quod fecerit: nisi ut deleret Syracusas: facere hostiliter Marcellum potuisse? Certe prae moenia, et tecta exhausta urbis, sacra fracta, ac spoliata deum delubra, dijs ipsis, orrumentisq; eorum ablatis, nihil relictum Syracusis esse. bona quoq; nullis adempta: ita, ut ne nudo quidem solo, reliquis direptis, alere sese, ac suos possent. Orare se patres conscriptos: ut si nequeat omnia: saltem quae comparant: cognosciqu; possint: restitui dominis inbeant. Talia conquestos cum excedere ex templo, ut de postulatis eorum patres consuli possent: Levinus iussisset: maneant: inquit Marcellus: ut coram his respondeam: quando ea conditione pro uobis patres conscripti bella gerimus: ut uictos armis accusatores habeamus: duae captae hoc anno urbes, Capua Fulvium reum, Marcellum Syracusae habeant. Reductus in curiam legatus, tum consul, Non adeo maiestatis, inquit, populi Romani, imperijq; huius oblitus sum patres conscripti: ut si de meo crimine ambigeretur: consul disturnus causam, accusantibus Graecis, fuerim. sed non quid ego, fecerim, in disquisitionem uenit: sed quid isti pati debuerint, qui si non fuerunt hostes: nihil interest: nunc, an uino Hierone Syracusas uiolauerim. sin autem descuerunt: legatos nostros ferro atq; armis perierunt: urbem, ac moenia clauserunt: exercitumq; Carthaginensium aduersus nos tutati sunt: quis passos esse hostilia, cum fecerit: indignatur? Tradetes urbem principes Syracusanorum aduersatus sum: Sosim, et Mericum Hispanum, quibus tantam rem crederem: potiores habui? Non estis extremi Syracusanorum: quippe qui alijs humilitatem obijciatis quis est uestrum:

qui se mihi portas aperturum, qui armatos milites meos in urbem accepturum promiserit? O distis et execramini eos, qui fecerunt: et ne hic quidem contumelias in eos dicens parcitis, tantum abest ut et ipsi tale quicquam facturi fueritis. Ipsa humilitas eorum patres conscripti, quae isti obijciunt: maximo argumento est: me neminem, qui nauatam operam Reip. nostrae uelit: auersum esse. Et aut equam obsiderem Syracusas: nunc legatis mittendis, nunc ad colloquium eundo, tentari pacem: et posteaquam neq; legatos uiolandi uerecundia erat: nec mihi ipsi consgresso ad portas cum principibus responsum dabatur: nullis terra mariq; exhaustis laboribus, tandem ui atq; armis Syracusas capi. Quae captis acciderint: apud Annibalem, et Carthaginenses, uictosq; iustus, quam apud uictoris populi Romanum quereretur. Ego P. C. Syracusas spoliatas si ne gauisus essem: nunquam spolijs earum urbem Romam exornarem. quae autem singulis uictor aut ademi: aut dedi: cum belli iure, tum ex cuiusq; merito satis scio me fecisse. ea uos rata habeatis P. C. necne magis Reip. interest, quam mea. mea quippe fides exoluta est: ad Rempub. pertinet: ne acta mea rescindendo, alios in posterum seigniores duces faciatis. Et quoniam coram et Sicalorum et mea uerba audistis patres conscripti: simul templo excedemus: ut me absente liberius consuli seratus possit. Ita dimissis Siculis, et ipse in Capitolium ad delatum discessit. Consul alter de postulatis Sicalorum et patres reuulit. Ibi cum diu de sententijs certatum esset: et magna parsenatus, primcipe eius sententiae T. Malio Torquato, cum tyrannis bellum gerendum fuisse censerent, hostibus et Syracusanor, et populi Romani: et urbem recipi: non capi: et receptam legibus antiquis, et libertate

stabilire: non fessam miseranda seruitute bello affligi: inter tyrannorum, & ducis Romani certamina præmium uictoris in medio positam urbem pulcherrimam, ac nobilissimam perijisse, horreum atq; ærarium quondam populi Romani: cuius munificentia ac donis multis temporibus hoc deniq; ipso punico bello adiuta ornataq; Res pub. esset. Si ab inferis existat Rex Hiero, fidissimus imperij Romani cultor: quo ore aut Syracusas, aut Romam ei ostendi posse? cum ubi semirutam ac spoliatam patria respexerit: ingrediens Romam, in uestibulo urbis, propè in porta, spolia patriæ suæ uisurus sit? Hæc, taliaq; cum ad inuidiam consulis, miserationemq; Siculorum dicerentur: mitius tamè decreuerunt patres causa Marcelli. Quis gerens bellum, uictorq; egressus: ata habenda esse. in reliquum curæ senatui fore rem Syracusanam: mandauitq; consuli Leuino: quoad sine iactura Reip. fieri posset: fortunis eius ciuitatis consuleret. Missis duobus senatoribus in Capitolium ad consulem, uti rediret in curiam: & in introductis Siculis, senatus consultum recitatum est. legatq; benigne appellati, ac dimissi, ad genua se Marcelli consulis proiecerunt, obsecrantes: ut quæ deplorandæ, ac leuandæ calamitatis causa dixissent: ueniam eis daret: & in fidem, & clientelam se, urbemq; Syracusas acciperet. post hæc consul clementer appellatos eos dimisit. Campanis deinde senatus datus est. quorum oratio miserabilior, causa durior erat. neq; enim meritas penas negare poterat: nec tyranni erant: in quos culpam conferrent. sed satis pœnam pœnarum, tot ueneno absumptis, tot securi percussis senatoribus, credebant. paucos nobilium superstitesse: quos nec sua conscientia, ut quicquam de se grauius consulerent: impulcrit: nec uictoris ira capitis damnauerit.

eos libertatem sibi, suisq; & bonorum aliquam partem orare, ciues Romanos, affinitatibus pleriq; & propinquis iam iam cognationibus ex connubio uenusto iunctos. Summotis deinde è templo, paulisper dubitatum: an accersendus à Capua Q. Fuluius esset: (mortuus enim post captam Claudius consul erat) ut coram imperatore, qui res gessisset: sicut inter Marcellum, siculosq; discaptatum fuerat: discaptaretur. dein cum M. Atilium, C. Fuluium fratrem Flacci legatos eius, atq; Minutium, & L. Venurium Philonem item Claudij legatos, qui omnibus generis rebus affuerant: in senatu uiderent: nec Fuluium auocari à Capua, nec differri Campanos uisum: interrogatus sententiam M. Atilius Regulus: cuius ex ijs, qui ad Capuam fuerant: maxima auctoritas erat: In consilio, inquit, arbitror me fuisse consulibus Capua capta. cum quaereretur: ec quis Campanorum de Rep. nostra benemeritis esset: duas mulieres compertum est, Vestiam Oppiam Atellanam Capuæ habitantem, & Fauclam Cluuiam, quæ quondam quæstum corpore fecisset: illam quondam sacrificasse pro salute, & uictoria populi Romani: hanc captiuis e gentibus alimenta clam suppeditasse: cæterorum omnium Campanorum eundem erga nos animum, quem Carthaginensium, fuisse, securiq; percussos à Q. Fulvio fuisse magis, quorum dignitas inter alios, quàm quorum culpa eminebat. Per senatum agi de Campanis, qui ciues Romani sunt: iniussu populi non uideo posse. idq; & apud maiores nostros in Sutrianis factum est: cùm defecissent: ut M. Antistius tribunus pl. prius rogationem ferret: sciretq; plebs: uti senatui de Sutrianis sententiæ dicendæ ius esset. Itaq; cenfeo: cum tribunus ple. agendum esse: ut eorum unus plures ue rogationem ferant ad ple-

bem: qua nobis statuendi de Campaniis fiat. L. Atti-  
 lius tribunus ple. ex auctoritate senatus plebem in hac  
 uerba rogauit. Omnes Campani, Attellani, Calatini, Sa-  
 batini, qui se dederunt in arbitrium ditionemq; popu-  
 li Romani Fulvio proconsuli, quaq; una secum dedide-  
 runt, agrum, urbemq; diuina, humanaq; utensiliaq; sine  
 quid aliud dederunt: de ijs rebus quid fieri uelitis, nos  
 rogo Quirites. Plebes sic iussit. Quod senatus maxima  
 pars censet: qui assidens: id uolumus: iubemusq;. Ex hoc  
 plebiscito, senatusconsultus Oppia, Cluuiaq; primum bo-  
 na, ac libertatem restituit. si qua alia premia petere a sena-  
 tu uellent: uenire eas Romam. Campani in familias sin-  
 gulas decreta facta: qua non opera pretium est omnia  
 enumerare. Aliorum bona publicanda: ipsos, liberosq; eo-  
 rum, et coniuges uendendas: extra filias: quae uisissint:  
 prius quam in populi Romani potestatem uenirent. alios  
 in uincula condendos: ac de his posterus consulendum,  
 aliorum Campanorum summam etiam census distinxi-  
 runt: publicanda necne bona essent pecua captiua, praeter  
 equos, & mancipia, praeter puberes uirilís sexus, & om-  
 nia, quae solo non continerentur: restituenda censuerunt do-  
 minis. Campanos omnes, Attellanos, Calatinos, Sabati-  
 nos, extra quam qui eorum aut ipsi, aut parentes eorum  
 apud hostes essent: liberos esse iusserunt: ita, ut nemo eor-  
 um ciuis Romanus, aut Latini nominis esset: ne ue quis  
 eorum, qui Capuae fuissent: dñ porta clausa essent: in ur-  
 be, agro ue Campano intra certam diem maneret. locus,  
 ubi habitarent: trans Tyberim, qui non contingeret Tybe-  
 rim: daretur. qui nec Capuae, nec in urbe Campana, quae  
 a populo Romano defeçisset: per bellum fuissent: eos cis  
 Lirim omnem Romam uersus: qui ad Romanos transsi-

sent: prius quam Annibal Capuam ueniret: cis Vulturnum  
 emouendos censuerunt: ne quis eorum propius ma-  
 re XV millibus passuum agrum, aedificium ue habe-  
 ret. qui eorum trans Tyberim emoti essent: ne ipsi, posse-  
 ri ue eorum ussiam pararent: haberent ue nisi in Veien-  
 te, aut Sutрино, Nepefino ue agro: dñ ne cui maior, quam  
 quinquaginta iugerum agri modus esset. Senatorum  
 omnium, quiq; magistratus Capuae, Attellae, Galatiae gres-  
 sissent: bona uenire Capuae iusserunt. libera corpora, quae  
 uenudari placuerat: Romam miti: ac Romae uenire.  
 Signa, statuas aeneas, quae capta de hostibus dicerentur:  
 quae eorum sacra, ac profana essent: ad pontificum colle-  
 gium reiecerunt. Ob hac decreta maiores aliquanto,  
 quam Romam uenerant: Campanos dimiserunt. nec iam  
 Q. Fuluij leuitiam in sese, sed iniquitatem deum atq; exe-  
 crabilem fortunam suam incusabant. Dimissis Siculis,  
 Campanisq;, delectus habitus. scripto deinde exercitu,  
 de remigum supplemento agi coeptum. in quam rem-  
 cum neq; hominum satis, nec ex qua pararentur: stipen-  
 diumq; acciperent: pecuniae quicquam ea tempestate in  
 publico esset: edixerunt consules ut priuatim ex censu, or-  
 dinibusq;, sicut antea, remiges darent cum stipendio, cu-  
 barijsq; dierum triginta. Ad id edictum tantus fremitus  
 hominum, tanta indignatio fuit: ut magis dux, quam  
 materia seditioni deesset. Secundum Siculos, Campanosq;  
 q; plebem Romanam perdendam, lacerandamq; sibi con-  
 sules sumpsisse. per tot annos tributo exhaustos mil reliq;  
 praeter terram nudam ac uastam, habere. tecta hostis  
 incendisse: seruos agricultores Republicam abduxisse:  
 nunc ad militiam paruo aere emendo: nunc remiges im-  
 perando. siquid cui argenti, aeris ue fuerit: stipendio re-

*migum*, & tribuitis annuis ablatum: se ut dent, quod non habent: nulla vi, nullo imperio cogi posse. bona sua uenderent: in corpora, quæ reliqua essent: uerent. ne un de redimantur quidem, quicquam superesse. Hæc non in occulto, sed propalam in foro, atq; oculis ipsorum consulum ingens turba circumfusi frenebant: nec eos sedaque cōsules nunc castigando, nunc consilando poterant. Spatiū deinde his tribuere se, dareq; ad cogitandum dixerunt: quo ipsi ad rem inspiciendam, expediendamq; usi sunt. Senatum postero die habuerunt de remigum supplemento. ubi cum multa disseruissent: cum æqua plebis recusatio esset: uerterunt orationem eò: ut dicerent: priuatis id, seu æquum, seu iniquum onus iniungendum esse. nam unde, cum pecunia in arario non esset: paratos nauales socios? quomodo autem sine classibus, aut Siciliam obtineri, aut Italia Philippū arceri posse? aut ita Italia litora esse? Cum in hac difficultate rerum consilium hæeret: ac propè torpor quidam occupasset hominum mentes: tum Leuinus consul magistratus senatui, & senatus populo sicut honore præstat: ita ad omnia, quæ dura atq; aspera essent: subeunda ducem debere esse. siquid iniungere inferiori uelis: id prius in te, ac tuos si ipse iuris staueris: facilius omnes obediens habeas. nec impesa grauis est: cum ex ea plus quàm pro uirili parte sibi quenq; capere principum uiderint. Itaq; ut classem habeat, quam ornare uolumus: populus Romanus: priuatos sine recusatione remiges dare, nobismetipsis primum imperemus. aurum, argentum, æs signatum omnes senatores crastina die in publicum conferamus: ita ut annulos sibi quisq; & coniugi, & liberis, & filio bullam: & quibus uxor, filia' ue sunt: singulas uncias auri, pondo relinquunt ari

genti. qui

genti. qui curuli sella sederunt: equi ornamenta, & libras pondo, ut salinum, patellamq; deorum causa habere possint. ceteri senatores libram argenti tantum. æris signati quina millia in singulos patresfamilie relinquamus. Cæterum omne aurum, argentum, æs signatum, ad triuuiros mensarios extemplo deferamus: nullo ante senatus cōsulto facto: ut uoluntaria collatio, & certamen adiuuanda Reip. excitet ad emulandum animos primum equestris ordinis, dein reliquæ plebis. hanc unam uiam, multa inter nos collocuti, consules iuenimus. Ingreddimini dijs bene iuuantibus. Resp. incolumis, & priuatas res facile saluas præstat. publica prodendo, uia nequicquam seruas. In Hæc tanto animo consensum est: ut gratia uitro consilibus agerentur. senatus inde misso, pro se quisq; aurum, argentum, & æs in publicum conferunt, tanto certamine in iello: ut prima inter primos nomina sua uellent in publicis tabulis esse: ut nec triuuiui accipiendo, nec scribæ referendo sufficerent. Hunc consensum senatus, equester ordo est secutus: equestris ordinis plebs. ita sine edicto, sine cohortatione magistratus: nec remige in supplementum, nec stipendio Resp. eguit: paratisq; omnibus ad bellum, consules in prouincias profecti sunt. Neq; aliud magister pus belli fat: quo Carthaginienfes, Romaniq; pariter uarijs casibus iniustis magis in ancipiti spe, ac neuu fuerint. Nam Romanis & in prouincijs, hinc in Hispania aduersæ res, hinc prospera in Sicilia, luctum, & læticiam miscuerant: & in Italia, cum Tarentum amissum damno, & dolori: tum arce cum presidio retenta præter spem, gaudium fuit: & terrorem subitum, pauoremq; urbis Romana obsessæ et oppugnatae, Capua post dies paucos capta in læticiam uerit. Tranmarinæ quoq; res quadam uice.

Tit. L.

&amp; &amp;

penſatæ. Philippus hoſtis tempore haud ſatis opportuno factus: Ætoli noui adſciſi ſocij: Attalusq; Aſiæ Rex: iam uel deſpondente fortuna Romanis imperium orientis. Carthaginienſes quoq; Capuam amiſſam, & Tarentum capuam aquabant: & ut ad mœnia urbis Romæ nullo prohibente ſe perueniſſe in gloria ponebāt: ita pigebat iri in incepti: pudebatq; adeo ſe ſpretos: ut ſedentibus ipsis ad Romana mœnia, alia porta exercitus Romanus in Hiſpaniam duceretur. Ipſæ quoq; Hiſpaniæ quo propius ſpem uenerant: tantis duobus ducibus exercitibusq; caſis, debellatum ibi: ac pulſos inde Romanos eſſe: eo plus ab L. Martio tumultuario duce, ad uanū & irrium uictoriam redactam eſſe, indignationis prebebant. Ita æquante fortuna, ſuſpenſa omnia utrinq; erant, integra ſpe, integro metu: uelut illo tempore primum bellum inciperent. Annibalem ante omnia angebat: quod Capua pertinacius oppugnata ab Romanis, quàm deſenſa abſe, multorum Italiae populorum animos auerterat: quos neq; omnes tenere præſidijs, niſi uellet in multas, paruasq; partes carpere exercitum: quod minime tum expe diebat: poterat: nec deductis præſidijs ſpei liberā, uel obnoxiam timoris ſociorum relinquere fidem. Præceps in auaritiā & crudelitatem animus ad ſpolianda, que ueri nequibat: ut uafata hoſti relinquerentur: inclinauit. Id ſædum conſilium cum incepto, tum etiam exitu fuit. neq; enim indigna patientium modo ab alienabamur animi: ſed ceterorum etiam, quippe ad plures exemplum, quàm calamitas pertinebat. Nec conſul Romanus tentandis urbibus, ſicunde ſpes aliqua ſe offendiſſet: deerat. Salapia princeps erant Daſius, & Blactius: Daſius Annibali amicus: Blactius quantum ex tuto poterat, rem Roma

nam ſouebat: & per occultos nuntios ſpem proditiōis fræerat Marcello: ſed ſine cunctatus, & tum quoq; magis inopia conſilij poſioris, quàm ſpe effectus, Daſium appellabat. at ille cum ab re ameuſus, tum amulo potentatus inimicus, rem Annibali aperit. Acceſſito utroq; Annibal cum pro tribunali quædam ageret, mox de Blactio cogniturus: ſtarentq; ſummoto populo accuſator, & reus: Blactius de proditiōe Daſium appellabat. Enimvero ille uelut in manifeſta re exclamat: ſub oculis Annibalis ſecum de proditiōe agi Annibali, atque eis, qui aderant: quo audacior res erat. minus ſimilis ueriuſa eſt. æmulationē proſeſſo, atque odium eſſe: & id crimen afferri: quod, quia teſtem habere non poſſet: liberius ſingeretur. Ita inde dimiſſi ſunt. nec Blactius ante abſtint tam audaci incepto: quàm idem obuindendo, docendoq; quàm ea res ipsis, patriæq; ſalutaris eſſet: pernicit: ut præſidium Punicum, (hi autem Numida erant) Salapiaq; traderetur Marcello. Nec ſine cæde multa tradi ponit. longe fortis ſimi equitum toto Punico exercitu erant. itaq; quanquā improuiſa res fuit. nec uſus equorum in urbe erat: tamen armis inter tumultum captis, et eruptionem tentauerunt: & cum euadere nequirent: pugnantes ad ultimum occubuerunt. nec plus quinquaſaginta ex his in poteſtatem hoſtium uiuenerunt. plusq; aliquanto damni hæc ala equitum amiſſa Annibali, quàm Salapia fuit: nec deinde unquam Pænus, quo longe plurimum ualuerat: equitatu ſuperior fuit. Per idem tempus cum in arce Tarentina uix inopia tolerabilis eſſet: ſpē omnem præſidiū, quod ibi erat, Romanū, præfectusq; præſidij atq; arcis M. Linius in comenſibus ab Sicilia miſſis habebat. q. ut tuto præterueheret

ventur oram Italia: classis uiginti ferme nauium Rhegi  
 stabat. Præerat classi, commeatibusq; D. Quintius obscu  
 ro genere ortus, cæterū multis fortibus factis gloria mili  
 tari illustris. primo quinque naues, quarum maxima due  
 triremes à Marcello ei traditæ erant: habuit: postea rem  
 impigre saepe gerenti, tres additæ quinqueremes: postre  
 mo ipse à socijs, Rhegynisq; & à Velia, & à Pesto debi  
 tas ex fœdere exigendo, classem XX nauium, sicut ante  
 dictum est effecit. Huic ab Rhegyo profectæ classi Demo  
 crates cum pari classe nauium Tarentinorum numero,  
 quindecim millia ferme ab urbe ad Sacripotum obuius  
 fuit. Velis tum forte iprouidus futuri certaminis Romani  
 nus ueniebat: sed circa Crotonem Sibarimq; suppleuerat  
 remigio naueis: instructamq; & armatam egregie pro  
 magnitudine nauium classem habebat. & tum forte sub  
 idem ferè tempus & uenti uis omnis cecidit: et hostes in  
 conspectu fuere: ut ad componenda arma menta, expedie  
 dumq; remigem ac militem ad imminens certamen satis  
 temporis esset. Raro aliàs tantis animis iustæ concurre  
 runt classes: quippe cum in maioris discrimen rei, quam  
 ipsæ erant: pugnarent: Tarentini: ut recupata urbe ab Ro  
 manis post centesimum propè annum, arcem etiam liberi  
 rarent: spem commeatus quoq; hostibus, si nauali prælio  
 possessione maris ademissent interclusuri: Romani: ut re  
 tenta possessione arcis, ostenderent: non ui aut uirtute, sed  
 proditione ac furto Tarentum amissim. Itaq; ex utraq;  
 parte signo dato cum hostris concurrissent: neq; retro nauem  
 inhiherent: nec dirimi ab se hostes paterentur: quã  
 quis indeptus nauem erat, ferre à iniecta manu: ita confu  
 rebant ex propinquo pugnam: ut non missilibus tantum,  
 sed gladijs etiam propè collato pede præliarentur. Proræ

inter se iniectæ hærebant: puppes alieno remigio circum  
 agebantur. ita in arcto stipatæ erant naues: ut uix ullum  
 telum in mari uanum intercederet. frontibus uelut pedes  
 stris acies uigebant: peruiæq; naues pugnantibus erant. In  
 signis tamen inter cæteras pugna fuit duarum: quæ pri  
 mæ agminis concurrerant inter se. in Romana naue ipse  
 Quintius erat: in Tarentina Nico: cui Perconi fuit cogno  
 men: non publico modo, sed priuato etiam odio iniuis atq;  
 infestus Romanis: quod eius factionis erat: quæ Tarentū  
 Annibali prodiderat. Hic Quintium simul pugnantem,  
 hortantemq; suos, incautum hasta transigit. ille atq; præ  
 ceptis cum armis præcudit ante proram. uictor Tarentinus  
 in urbatam duce amisso nauem impigre transgressus cū  
 summouisset hostes: et proraiam Tarentinorum esset: pup  
 pim male conglobatū uerentur Romani: repente & alia  
 puppi triremis hostium apparuit. Ita in medio circum  
 uerata Romana nauis capitur. hinc cæteris terror iniectus:  
 ut prætoriam nauem captam uidere: fugientesq; passim,  
 alie in alto mersæ: alie in terram remis abreptæ, mox  
 prædæ fuere Thurinis, Metapontinisq; ex onerarijs, quæ  
 cum commeatu sequebantur: per pauca in potestatem ho  
 stium uenere: alie ad incertos uentos hinc atq; illinc obli  
 qua transferentes uela, in altum euectæ sunt. Nequaquã  
 pari fortuna per eos dies Tarentures gesta: nam ad qua  
 tuor millia hominum frumentarum egressa cū in agris  
 passim uagarentur: Linius, qui arcæ præsidioq; Romano  
 præerat: intentus in omnes occasiones gerendæ rei, C. Per  
 sium impigrū uix cum duobus millibus armatorum: ex arte  
 emisit. qui uage effusus per agros, palatosq; ad ortus cū  
 diu passim cecidisset: paucos ex multis trepida fuga ince  
 dentes, semiapertis portarum foribus, in urbē compulit:

ne urbs eodem impetu caperetur. Ita æquatæ res ad Tarentum: Romanis uictoribus terra, Tarentinis mari spumens spes, quæ in oculis fuerat: utrosq; frustrata pariter. Per idem tempus Leuinus consul iam magna parte anni circumacta, in Siciliam ueteribus nouisq; socijs expectans cum uenisset: primum ac potissimum omnium ratus Syracusanis noua pace inconditas componere res, Agrigentum inde, quod belli reliquum erat: tenebaturq; a Carthaginensium ualido præsidio: duxit legiones. Et affuit fortuna incepto. Hanno erat imperator Carthaginensium: sed omnem in Mutine, Numidisq; sperepositam habebat. Per totam Siciliam uagus prædas agebat ex socijs Romanorum: neq; intercludi ab Agrigento ui, aut arte ulla, nec quom erumperet ubi uellet, prohiberi poterat. Hæc eius gloria quia iam imperatoris quoq; fame officiebat: postremo in inuidiam uertit: ut ne bene gesta quidem res iam Hannoni propter authorem satis læta essent. propter quæ postremo præfecturam eius filio suo edidit: ratus cum imperio auctoritatem quoq; ei inter Numidas ereparium, quod longe aliter euenit. nam ueterem fauorem eius sua insuper inuidia auxit. neq; ille indignitatem iniuriæ uilit: confestimq; ad Leuinum occultos nuntios misit de tradendo Agrigento. per quos ut est facta fides: composuitq; rei gerendæ modus: portam ad mare ferentem Numidæ cum occupassent, pulsas inde custodibus, aut casis: Romanos ad idipsum missos i urbem accaperunt. et cum agmine iam in media urbis, ac forum magno tumultu iretur: ratus Hanno non aliud, quam tumultum ac secessionem (id quod & ante acciderat) Numidarum esse, ad comprimendam seditionem processit. atq; ille, cum ei multitudo maior, quam Numidarum procul uisa: & cla-

mor Romanus haudquaquam ignotus ad aures accidisset: prius quam ad ipsum telli ueniret: cepisset fugam, per auersam portam emissus: in sumpto comite Epicide, cum paucis ad mare peruenit: naclisq; opportune paruum nauigium, relicta hostibus Sialia, de qua per tot annos certatam erat: in Africam traiecerunt. alia multitudo Pænorum, Siculorumq; ne tentato quidem certamine cum cæci in fugam ruerent: clausisq; exitus essent: circa portas cæsa. Oppido recepto Leuinus, qui capita rerum Agrigentæ erant: uirgis casos securi percussit: cæteros, prædamq; uendidit: omnem pecuniam Romanam misit. Fama Agrigentorum cladis Siciliam cum perussisset: omnia repente ad Romanos inclinauerunt. Prodita breui sunt XX oppida: sex ui capta. uoluntaria deditione in fidem uenerunt ad quadraginta. Quarum ciuitatum principibus cum prociuisq; merito consul præmia, pœnasq; exoluisset: coegissetq; Siculos positos tandem armis ad agrum colendum animos conuertere: ut esset non incolarum modo alimentis frugifera insula: sed urbis Romæ, atq; Italia (id quod multis sæpe tempestatibus fecerat) annonam leuaret: ab Agatirna inconditam multitudinem secum in Italiam trasuevit. Quatuor millia hominum erant, misti ex omni colluione, exules, oberati, capitalia auspi pleriq; & cum in ciuitatibus suis, ac sub legibus uixerant: & postquam eos ex uarijs causis fortuna similis conglobauerat: Agatirna per latrocinia, ac rapinam tolerantes uitam. Hos neq; relinquere Leuinus in insula, nam primum noua pace coallescente, uelut materiam nouandis rebus, satis tuum ratus est: & Rhegynis usui fueri erant ad populandam Brutium agrum, affuetam latrocinij quærentibus manuum. Et quod ad Sicilia atinet: eo anno debellatum est. In Hi-



sp̄ania p̄ncipio ueris P. Sc̄pio nauibus deductis, euocatisq; edicto Tarraconem sc̄ciorum auxilijs, classem, onerariasq; ostium inde Iberi fluminis petere iubet. eodem legiones ex hybernis conuenire cum iussisset: ipse cū quingentis millibus sc̄ciorum ab Tarracone profectus ad exercitum est. quò cum uenisset: alloquendos maxime ueteres milites, qui tantis superauerant cladiibus, ratus, concione aduocata ita disseruit. Nemo ante me nouus imperator militibus suis, prius quàm opera eorum usus esset: gratias agere iure, ac merito potuit. me uobis, prius quàm prouinciam, aut castra uiderem: obligauit fortuna: primum: quòd ea pietate erga patrem, patriumq; meum, uiuos, mortuosq; fuistis: deinde: quòd amissam tanta clade prouincie possessionem integram & populo Romano, & successori mihi uirtute uestra obtinuistis. Sed cum iam benignitate deum id paremus, atq; agamus: non ut ipsi maneamus in Hispania: sed ne Pœni maneant: nec ut pro ripa Iberi stantes arceamus transitu hosteis: sed ut ultro transeamus: transferamusq; bellum: uereor ne cui uestrū maius id, audaciusq; consilium, quòd aut pro memoria cladum nuper acceptarum, aut pro etate mea uideatur. Aduersè pugna in Hispania nullius in animo, quàm meo minus oblitari possunt. quippe cui pater, & pater in trā XXX dierum spatium, ut aliud super aliud cumlaretur familiaris nostræ sanus: interfecti sunt, sed ut familiaris penè orbitas, ac solitudo frangit animum: ita publica cum fortuna, tum uirtus desperare de summa rerum prohibet, eò factò: quo donata nobis sc̄rs est: ut magnis omnibus bellis uicti uicerimus. Vetera omittò: Porſenam, Gallos, Sānites. à Punicis bellis incipiam. Quot classes, quot duces, quot exercitus priore bello amissi sunt? iam quid hoc bello me

morem? omnibus aut ipse affuicladibus: aut quibus abfuit: maxime unus omnium eas sensi. Trebia, Trasimenus, Cannæ, quid aliud sunt: quàm monumenta occisorum exercituum, consulumq; Romanorum? adde defectionem Italia, Sicilia, maioris partis Sardinie: adde ulimum terræ ac pauorem, castra Punica inter Anienem et mœnia Romana posita, & uisum propè in portis uictorem Annibalem. In hac ruina rerum stetit una integra, atq; immobilis uirtus populi Romani. hæc omnia strata humi erexit: ac sustulit. Vos omnium primi milites post Cannensem cladem uadenti Asdrubali ad Alpes, Italiamq; qui sese cum fratre coniunxisset: nullum iam nomen esset populi Romani: ductu, auspicioq; patris mei obstitistis. & hæc secūda res illas aduersas sustinuerūt. Nunc benignitate deum omnia secūda, prospera, in dies lætiora ac meliora in Italia, Siciliaq; geruntur. In Sicilia Syracusæ, Agrigentū capium: pulsi tota isula hostes receptaq; prouincia in ditiorum populi Romani est. In Italia Arpi recapti: Capua capta: iter omne ab urbe Roma trepida fuga emensis Annibal in extremum angulum agri Brutij compulsus nihil iam maius præcatur deos quàm ut incolūm cedere, atq; abire ex hostiū terra liceat. Quid igitur minus conueniat milites: quòd cum alia super alias clades cumlarentur: ac dii propè ipsi cum Annibale starent: uos hic cum parentibus meis (æquentur. n. ipsi etiam honore nominis) sustinuisse labantem fortunam populi Romani: nunc eosdem, quia illic omnia secūda, lætaq; sunt: animis desicere? Nuper quoq; quæ acciderunt: uinam tam sine meo luctu, quàm uestro transissent. Nunc dii immortales imperij Romani præsidēs, qui centurijs omnibus, ut mihi imperiū iuberent dari: fuerunt authores: idē augurijs, auspicijs, ac p̄ncipijs

nos etiam uisus omnia lata, ac prospera portendunt. amimus. quoque uerus, maximus mihi ad hoc tempus uates, præagitur: uestram Hispaniam esse breui tempore: hinc omne Punicum nomen maria, terrasque sæda fuga implerurum. Quod mens sua sponte diuinat: idem subiicit ratio haud fallax. Vexati ab ijs socij nostram fidem per legatos implorant. tres duces discrepantes, propè ut descenderint alij ab alijs: trifariam exercitus in diuersissimas regiones distrahere. eadem in uiros ingruit fortuna: quæ nos afflixit. nam & deseruntur ab socijs: ut prius ab Celabris nos: & diduxere exercitus: quæ patri, patruoque: uero causa exitij fuit. nec discordia inter se in coire eos in unum sinet: neque singuli nobis resistere poterunt. Vos modo milites fauete nomini Scipionij, soboli imperatorum uestrorum, uelut accisis recrecenti stirpibus. agite milites uetres, nouum exercitum, nouumque: ducem traducite Iberum: traducite in terras cum multis fortibus factis sæpe à uobis peragratas. Breui faciam: ut quemadmodum nunc nascitatis in me patris, patriusque similitudinem oris, uultusque, & lineamenta corporis: ita in genij, fidei, uirtutisque exemplum, ac efficiam uobis reddam: ut reuixisse, aut renati sibi quisque Scipionem imperatorem dicat. Hac oratione accensis militum animis, relicto ad præsidium regionis eius M. Syllano cum tribus millibus pedum, & trecentis equitibus, cæteras omnes copias (erant autem uiginti quinque millia pedum, duo millia & quingenti equites) Iberum traiecit. Ibi quibusdam suadenibus, ut, quoniam in treis tam diuersas regiones discessissent Punici exercitus: proximam aggredirentur: periculum esse ratur, ne eo facto in unum omnes contraheret: nec par esset unus tot exercitibus: Carthaginem Nouam interim oppugnare

statuit: urbem tum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam, (ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniæ obfides erant) sitam præterea tam opportune ad traiciendum in Africam: nam super portum satis amplum quantæuis classis: & nescio an unam Hispaniæ oram: quæ nostro adiacet mari. Nemo omnium quod irent sciebat, præter C. Lælium. Is classe circummissus ita moderari cursum nauium iussus erat: ut eodem tempore exercitus offenderet: & classis portum intraret. Septimo die ab Ibero Carthaginem uentum est. simul terra, marique castra ab regione urbis, qua in Septentrionem uersa est: posita. his ab tergo (nam frons natura ita erat) nullum obiectum uallum. Cæterum sita Carthago sic est. Sinus est maris medie ferè Hispaniæ ora, maxime africo uento oppositus, quinquecentos passus introrsus retractsus, paulo plus passuum in latitudinem patens. huius in ostio sinus parua insula obiecta ab alto portum ab omnibus uentis, præterque africo, tutum facit. ab intimo sinu peninsula excurret, tumulus is ipse, in quo ædita urbs est ab ortu solis, et à meridie cincta mari: ab occasu stagnum claudit, paulum, & ad septentrionem fuscum, incertæ altitudinis: ut cumque exstruat mare. continenti urbem in quatuorcentos ferè & quinquaginta passus patens coniungit. Vnde cum tam parui operis munificio esset: non obiectum uallum imperator Romanus: seu fiduciam hosti superbe ostentans: sine ut subeanti sæpe ad mœnia urbis recursus pateret. Cætera, quæ munienda erant: cum perfecisset: naues èt in portum uelut maritimam quoque ostentans obfidiõem, instruxit. circumuectusque classe cum monuisset pfectos nauium: ut uigilias nocturnas interim seruarent: omnia ubique primo obfessum hostem conari) regressus in castra, ut con-

filij sui rationē, quod ad urbem potissimum oppugnandam bello orsus esset: militibus ostenderet: & spē potiū de hortando faceret: concione aduocata ita disseruit. Ad urbem unam oppugnandam si quis uos adductos credit: is magis operis uestri, quā emolumentum rationem exactam milites habet, oppugnabit enim uere mœnia unius urbis: sed in una urbe uniuersam caperitis Hispaniam. Hic sunt obsides omnium nobiliū, regum, populorūq; qui simul in potestate uestra erunt: ex templo omnia, quæ nunc sub Carthaginensibus sunt: in ditionem nostram tradent. hic pecunia omnis hostium: sine qua neq; illi gerere bellum possunt: quippe qui mercenarios exercitus alāt et q̄ nobis maxime usui ad p̄ciliandos animos barbarorū erit. hic tormenta, arma, omnis apparatus belli est: qui simul uos instruet: & hostes nudabit. Ponitur præterea cum pulcherrima opulentissimaq; urbe, tum opportunissima portū egregio: unde terra mariq; quæ belli usus poscunt: suppeditentur. quæ cum magna ipsi habemus: tum demperimus hostibus multo maiora. hæc illis arx: hæc horreum, ærarium, armentarium: hæc omnium rerum receptaculum est: huc crectus ex Africa cursus est: hæc una inter Pyreneum, et Gades statio: hinc omnibus Hispania inminet Africa. Sed quoniam uos instructos, & ordinatos cognosco: ad Carthaginem Nouam oppugnandam totis uiribus, & bono animo transeamus. Cumq; omnes una uoce hoc faciendum succlamarent: eos Carthaginem duxit. in terra, mariq; eam oppugnari iubet. Contra Mago Pœnorum dux, cum terra mariq; instrui oppugnationem uideret: & ipse copias ita disponit. Oppidanorum duo millia ab ea parte, qua castra Romana erant: opponit: quingentis militibus at-

cem insedit: quingentos tumulo urbis in orientem uersus imponit: multitudinem aliam quò clamor, quò subitatis aduocasset: resistentem ad omnia occurrere iubet. Patefacta deinde porta, eos, quos in uia ferente ad castra hostium instruxerat: mittit. Romani duce ipso præcipiente parumper cessere: ut propiores subsidijs in certamine ipso summittendis essent. Et primo haud impares stare acies. subsidia deinde identidem summissa è castris non auerterunt solum in fugam hostes: sed adeo effusis insisterunt: ut nisi recapti ceuissent: permisti suigentibus irrupurifuisse in urbem uiderentur. Trepidatio uero non prælio maior, q̄ tota urbe fuit. multæ stationes pauore, atq; loca deserta sunt: relictiq; muri: cum quæ cuiq; erat proximum, desiluisent. Quod ubi uersus Scipio in tumulum, quem Mercurium Teutatem appellat: aduertit: multis partibus nudata defensoribus mœnia esse: omnes è castris exiit ire ad oppugnandam urbem, & ferre scalas iubet. ipse trium præ se iuuenum ualidorum scutis oppositis (in gens enim iam uis omnis generis telorum è muris uolabat) ad urbem succedit. hortatur: imperat, quæ in rem sunt: quodq; plurimum ad accendendos militum animos intererat: testis, spectatorq; uirtutis, atq; ignauia cuiusq; adest. itaq; in uulnera, ac tela ruunt: neq; illos muri, neq; superstantes armati arcere queunt: quin certatim ascendant. Et ab nauibus eodem tempore ea, quæ mari alluunt, pars urbis oppugnari capta est. ceterum tumulus inde maior, quàm uis uideri poterat. dum applicant: dum partim exponunt scalas: militesq; dum quæ cuiq; proximum est, in terram euadere properant: ipsa festinatione, & certamine alij alios impediunt. Inter hæc repleuerat iam Pœnus armatis multos: et

nis magna, & ingens copia congesta telorum suppeditabat. sed neq; uiri, nec tela, nec quicquam aliud æque, q̄ mœnia ipsa sese defendebant. rara enim scala altitudini æquari poterant: & quo quæq; altiōres, eo infirmiores erant. itaq; cum summus quisq; euadere non posset: subirent tamen alij: onere ipso frangebantur. quidam stantibus scalis, cū altitudo caliginem oculis offudisset: ad terram delati sunt. Et cū passim homines, scalaq; rueret: & ipso successu audacia, atq; alacritas hostium crederet: signum receptui datum est. quod spem nō presentis modo ab tanto certamine ac labore quietis obsessis, sed et in posterum dedit: scalis, & corona capi urbem non posse: opera & difficalia esse: & tempus daturum ad ferendam opem imperatoribus suis. Vix prius tumultus contuerat: cum scipio ab defessis iam, uulneratisq; recētibus, integrosq; alios accipere scalas iubet: & ui maiore agredi urbem. ipse, ut ei nuntiatum est: astum decedere: quod per piscatores Tarraconenses, nūc leuibus cymbis, nunc, ubi ea sederent: uadis peruagatos per stagnum, p̄pertū habebat: facilem pedibus ad murū trāsitū dari: eō armatos duxit. Medium ferme diei erat: & ad id, qđ sua sponte cedente in mare astu trahebatur aqua: acer etiam septentrio ortus inclinatum stagnum eodem, quo astus, ferebat: & adeo nudauerat uada: ut alibi umbilico tenuis aqua esset: alibi genua uix superaret. Hoc cura ac ratione compertum in prodigium ac deos uertens scipio, qui ad transiū Romanis mare uerterent: & stagna auferrent: uiasq; ante nunq̄ initas humano uestigio aperirent: Neptunum iubebat ducem itineris sequi: ac medio stagno euadere ad mœnia. Ab terra ingens labor succedentibus erat: nec altitudine tantum mœnium

impediēbantur: sed quod euntes ad acipites utriq; iffus subiectos habebant Romanos: ut latera ifestiora subeuntibus, quā aduersa corpora essent. At parte in alia quietus, & per stagnum facilis transiūs, & in murum ascensus inde fuit. nam neq; opere emunitus erat: ut ubi ipsius loci, ac stagni praesidio satis credimū foret: nec ulla armatorum statio, aut custodia opposita: intentis omnibus ad opem ferendam, unde periculum ostendebatur. Vbi urbem sine certamine intrauere: pergunt inde quanto maximo cursu poterant, ad eam portam: circa quam omne contractum certamen erat. in quod adeo intenti omnium non animi solum fuere: sed etiam oculi, auresq; pugnantium, spectantiumq; & adhortantium pugnantes: ut nemo sentiret ante ab tergo captam urbem: quā tela in auersos inciderunt. Vtrinq; acipitem hostem habebant. tunc turbatis defensoribus mens, & mœria capta: & porta inuis, forisq; pariter refringi cœpta: & mox cædendo confectis ac distractis, ne iter impediretur, foribus, armati, impem fecerunt. Magna multitudo & muros transcendebat: sed ipsi passim ad eadem oppidanorum uersa. illa, quæ portam ingressa erat: iusta acies cum duobus, cum ordinibus media urbe in forum processit. inde cum duobus iāneribus fugientes uideret hostes: alios ad tumultum in orientem uersum: quæ tenebatur quingentorum militum praesidio: alios in arcem: in quam & ipse Mago cum omnibus ferè armatis, qui muris pulsi fuerant: refugerat: partem copiarum ad tumultum expugnandum mittit: partem ipse ad arcem ducit. Et tumultus primo impem est captus: & Mago arcem conatus defendere, cum omnia hostium plena uideret: neq; spem uliam esse: se, arcemq; & praesidium dedit. Quoad dedita arx est: cædes tota urbe passim

facta: nec ulli puberum, qui obuius fuit: parcebatur. Tum signo dato cædibus finis factus. ad prædam uictores uerſi: quæ in gens omnis generis fuit. Liberorū captiuum uirilīs ſexus ad X millia capta. inde qui ciues Nonæ Carthagi nis erant: dimiſit: urbemq; & ſua omnia, quæ reliqua eis bellum fecerat: reſtituit. Opifices ad duo millia hominum erant. eos publico ſore populo Ro. edixit, cū ſpe propin qua libertatis: ſi ad miniſteria belli enixe operam nauas ſent. ceteram nullū diem incolarum iuuenum, ac ualidoꝝ ſeruorū in claſſem ad ſupplementum remigū dedit. **¶** Auxer at nauibus octo captiuū claſſem. Extra hęc nullū diem Hispanorū obſides erant. quorū perinde, ac ſi ſo ciorū liberi eſſent: cura habita. captus & apparatus i gens belli: Catapultæ maximæ fermè centum uiginti: minores **CCLXXXI**: baliſtæ maiores **XXIII**: minores **LII**: ſcorpionum maiorū, minorumq; & armorū, telorumq; in gens numerus: ſigna militaria **LXXIIII**. Et auri, argē tiq; relata ad imperatorem magna uis. pateræ aurea ſue runt **CCLXXVI**, libræ fermè omnes pondo: argenti facti, ſignatiq; decem & octo millia & **CCC** pondo: uis ſorū argenteorū magnus numerus. Hęc omnia C. Flami nio quaſtori appenſa, adnumerataq; ſunt tritica **XL** mil lia modiorū: hordei **CCLXX**. At naues onerariæ **LXII**, in portu expugnata, captæq;: quedā cum ſuis oneri bus: frumento, armis, ære prætereā, ferroq; & linteis, & ſparto, et nauali alia materia ad claſſem ædificandam: ut minimum omnium inter tantas opes bellicas Carthago ipſa fuerit. Eo die ſcîpio. C. Lælio cum ſocijs naualibus urbē cuſtodire iuſſo, ipſe in caſtra legiones reduxit: feſtorūq; milites omnibus uno die belli operibus ( quippe q et acie dimicaſſent: & in capiendâ urbe tantum laboris, pericu

liæ adſiſſent:

liq; adſiſſent: & capta, cum ijs, qui in arcem conſugerant: iniquo etiã loco pugnaſſent) curare corpora iuſſit. Poſte ro die militibus, naualibusq; ſocijs conuocatis, primum dijs immortalibus laudes, gratiasq; egit: qui ſe non urbis ſolum opulentiffimæ omnium in Hiſpania uno die com potem feciſſent: ſed ante eò congeſſiſſent omnis penè Afri cæ, atq; Hiſpaniæ opes: ut neq; hoſtibus quicq; relinquere tur: & ſibi, ac ſuis omnia ſupereſſent. Milium deinde uir tutem collaudauit: quod eos non eruptio hoſtium, nò alti tudo mœnium, nò inexplorata ſtagni uada, non caſtellū in alto umulo ſitum, non nuniſſima arx deterruiſſet: quo minus tranſcenderent omnia: perrumperentq;. Itaq; quanq̄ omnibus omnia deberet: prætium tamen muralis corona decus eius eſſe: qui primus murum aſcendiſſet. pro fiteretur: qui ſe dignū eo duceret dono. Duo proſeſſi ſunt: Q. Tyberilius cenurio legionis quartæ, & Sex. Digitius ſocius naualis. Nec ipſi tam inter ſe acriter contendebant: q̄ ſtudia excitaauerant uterq; ſui corporis hominum. ſocijs C. Lælius clafficis, legionarijs M. Sempronius Tuditanus aderat. Ea contentio cum propè ſeditionem ueniret: Scîpio tres recuperatores cum ſe danurum pronuntiãſſet: qui cognita cauſa, teſtibusq; auditis iudicarent: uter prior in oppidum tranſcendiſſet: C. Lælio, & M. Sempronio aduocatis partis utriusq; Cornelium Claudium de me dio adiecit: eoſq; tres recuperatores conſidere, & cauſam cognoscere iuſſit. Cum res eo maiore ageretur certamine: quod admoñ tantæ indignitatis non tam aduocati, q̄ mo deratores ſtudiorū fuerant: C. Lælius relicto conſilio, ad tribunal ad Scîpionem accedit: eumq; docet: rem ſine modo, ac modeſtia agi: ac prope eſſe, ut manus inter ſe conſe rant. ceterum etiã ſi uis abſit: nihilominus detſtabili

Tit. L.

22

*exemplo rem agi. quippe ubi fraude, ac periurio decus pe-  
 tatur uirtutis. Stare hinc legionarios milites, hic classicos,  
 per omnes deos apparatus iurare magis quæ uelint: quæ  
 sciant uera esse: & obstringere periurio non se solū, suūq;  
 caput: sed signa militaria, et aquilas, sacramentūq; religio-  
 nem. Hæc se ad eum de sententiā P. Cornelij, & M. Sem-  
 pronij deferre. Scipio collaudato Lælio, ad concionem ad-  
 uocauit: pronūtiavitq; se satis compertum habere: Q. Ty-  
 berilium, & Sex. Dignūm pariter in murum ascendis-  
 se: seq; eos ambos uirtutis causa coronis muralibus dona-  
 re. Tum reliquos, prout cuiusq; meritum, uirtusq; erat: do-  
 nauit. ante omnes C. Lælium præfectum classis, & om-  
 ni genere laudis sibi metipsum æquauit: & corona aurea,  
 ac XXX bobus donauit. Tum obsides ciuitatum Hispani-  
 æ uocari iussit. quorū quantus numerus fuerit: piget scri-  
 bere: quippe ubi alibi CCC ferme, alibi DCCXXV  
 fuisse inueniam. Aeq; & alia inter authores discrepant.  
 Præsidium Punicum alius X, alius VII, alius haud  
 plus, quæ duum millia fuisse scribit. Capta alibi decem mil-  
 lia captiuum, alibi supra V & XX, inuenio. Scorpiones  
 maiores, minoresq; ad LX captos scripserim: si authore  
 Græcum sequar Silenium, si Valerium Antiatem: maiorū  
 scorpionum sex millia, minorum XII. adeo nullus men-  
 tiendi modus est. Ne de ducibus quidem conuenit, pleriq;  
 Lælium præfuisse classi: sunt qui M. Iunium Syllanum  
 dicant. Armen præfuisse Punico præsidio: dedinmq; Ro-  
 manis, Antias Valerius: Magonem alij scriptores tradunt.  
 Non de numero nauium captarum, non de pondere au-  
 ri, atq; argenti, & redactæ pecuniæ conuenit. Si aliqui-  
 bus assentiri necesse est: media simillima ueris sunt. Cæ-  
 rium Scipio uocatis obsidibus, primum uniuersos bonum*

*animum habere iussit. uenisse eos in populi Romani po-  
 testatem: qui beneficio, quam metu obligare homines ma-  
 lit: exteratq; gentes fide, ac societate inctas habere: quam  
 tristis subiectas seruitio. deinde acceptis nominibus ciuita-  
 tum, recensuit captiuos: quot cuiusq; populi essent: & nu-  
 tios donum misit: ut ad suos quisq; recipiendos ueniret.  
 si quarum forte ciuitatum legati aderant: eis præsentibus  
 suos restituit. cæterorum curam benigne uentorum C.  
 Flamini quaestori attribuit. Inter hæc e media turba ob-  
 sidum mulier magno natu, Mandonij uxor, qui frater In-  
 dibilis Ilergenam Regali erat: stens ad pedes imperato-  
 ris procubuit: obtestariq; cepit: ut curam, cultumq; fami-  
 liarum impensius custodibus commendaret. Cum Scipio  
 nihil profecto defuturum diceret: tum rursus mulier,  
 haud magni ista facinus: inquit. quid enim huic fortuna  
 non satis est? alia mihi cura atatem harum inueniunt: nam  
 ipsa iam extra periculum iniuriæ muliebris sum) ani-  
 mum stimulat. stabant atate & forma florentes circa  
 eam Indibilis filia, aliaq; nobilitate pares: quæ omnes  
 eam pro parente colebant. Tum Scipio, mea, populiq; Ro-  
 mani disciplina causa facerem: inquit: nequit, quod san-  
 ctum usquam esset apud uos: uiolarentur. nunc ut id ca-  
 rem impensius: uestra quoq; uirtus, dignitasq; facit: quæ  
 nec in malis quidem oblitæ decoris matronalis estis. Spe-  
 ctatæ deinde integritatis uirō tradidit eas: ueriq; haud  
 secus uerecunde ac modeste, quæ ciuium coniuges ac matres  
 iussit. Captiua deinde à militibus adducitur ad eum ad-  
 ulta uirgo, adeo eximia forma: ut quacumq; incedebat:  
 conuerteret oium oculos. Scipio percunctatus patriā, par-  
 tesq;, inter cætera accepit: desponsatam eā principi Celi-  
 tiberorū adolescenti: cui Luceio nomen erat. Extemplo igitur*

tur parentibus, sponſoq; ab domo acciſis, cum interim au-  
 diret deperire eum ſponſæ amore: ubi primum uenit: ac  
 curatiore eum ſermone q̄ parentes alloquitur. iuuenis, in-  
 quit, iuuenem appello. quo minor ſit inter nos huius ſermo-  
 nis uerecundia. Ego, cum ſponſa tua capta à militibus no-  
 ſtris ad me deducta eſſet: audirem q; eam tibi cordi eſſet  
 forma faceret fidem: quia ipſe, ſi ſui liceret, ludo ætatis p̄-  
 ſerim illeſto, & læto legitimoq; amore: & non Reſp. ani-  
 mum noſtrum occuparet: ueniam mihi dari ſponſam im-  
 penſus amanti uellent: mo, cuius ſponſa eſt: amori faueo.  
 Fuit ſponſa tua apud me: eadē, qua apud ſocer os tuos, pa-  
 rentesq; ſuos, uerecundia ſeruata eſt tibi: ut inuiolam, et  
 dignū me, teq; dari tibi donum poſſet. hanc mercedē unā  
 pro eo munere paciſcor: amicis populo Ro. ſis. & ſi me-  
 ritum bonum credis eſſe: quales patrē, patruumq; meū  
 iam ante hæ gentes norant: ſcias multos noſtri ſimiles in  
 ciuitate Romana eſſe: nec ullum in terris populum hodie  
 dici poſſe: quem minus tibi hoſtem, tuisq; eſſe uelis: aut ar-  
 micum. malis. Adoleſcens ſimul pudore, gaudioq; peri-  
 culſus, dextram Scipionis tenens deos omnes inuocare ad  
 gratiam illi pro ſe referendam: quoniam ſibi nequaquam  
 ſatis facultatis pro ſuo animo, atq; illius erga ſe eſſet. Pa-  
 rentes inde, cognatq; uirginis appellati, qui quoniā gra-  
 tis ſibi redderetur uirgo: ad quam redimendam ſatis ma-  
 gnum attuliſſent auri pondus: orare Scipionem, ut id ab  
 ſe donum acciperet: ceperunt: haud minorem eius rei apud  
 ſe gratiam fore affirmantes: q̄ redditæ inuiolæ ſu-  
 ret uirginis. Scipio, quando tantopere peterent: accepit  
 ſe pollicatus, p̄ni ante pedes iuſſit: uocatoq; ad ſe Lu-  
 ceio, ſuper dotem, inquit, quam accipiturus à ſocero es:  
 hæc tibi à me dotalia dona accedent: aurumq; tollere, ac

ſibi habere iuſſit. His lætus donis honoribusq; dimiſſus  
 domum, impleuit populares laudibus, & meritis Scipio-  
 nis. Veniſſe dijs ſimillimum iuuenem, uincentem omnia  
 cū armis, tum benignitate, ac beneficijs. Itaq; delectu cli-  
 tium habito, cum delectis mille & CCCC equibus  
 intra paucos dies ad Scipionem reuerit. Scipio retentum  
 ſecum Lælium, dum captiuos, obſidesq; & prædam ex  
 conſilio eius diſponeret: ſatis omnibus compoſitis, data  
 quinquereme, captiuus Magone, & quindecim ferē ſena-  
 toribus, qui ſimul cum eo capti erant: in naue impoſitis,  
 nuntium uictoriæ Romæ mittit. ipſe paucos dies, quibus  
 morari Carthagine ſtauerat: exercendis naualibus, pede-  
 ſtribusq; copijs abſumpſit. Primo die legiones in armis  
 quatuor milliū ſpatio decurrerunt. ſecundo die arma cur-  
 rare, & tergere ante tentoria iuſſit. tertio die ſudibus iter  
 ſe in modum iuſtæ pugnæ concurrerunt: præpilatisq; miſ-  
 ſilibus iaculati ſunt. quarto die quies data. quinto iterū in  
 armis decurſum eſt. Hunc ordinē laboris, quietisq; quos  
 ad Carthagine morari ſiuit: ſeruauerunt. Remigio classi-  
 ci, militesq; tranquillo in aliam eueſſi, agilitatem nauium  
 ſimulachris naualis pugnæ experiebantur. Hæc extra ur-  
 bem terra, mariq; corpora ſimul, animoſq; ad bellū acue-  
 bant. Reſp. ipſa ſtrepebat apparatus belli. Fabris omnium  
 generum in publica officiā inclaſis: dux cuncta pari cur-  
 ra obibat. Nunc in claſſe ac nauali erat. nunc cum legio-  
 nibus decurrebat: nunc operibus aſpiciendis tempus da-  
 bat: queq; in officiā, queq; in armamentario, ac nauali-  
 bus, fabricum multitudine plurima in ſingulos dies certa-  
 mine ingenti faciebat. His ita inchoatis, reſectisq; quos  
 quaſſauerant, muris, diſpoſitisq; præſidijs ad cuſtodiam  
 urbis, Tarraconem eſt proſectus: à multis legationibus

proinus in uia aditus. quas partim dato responso ex itinere dimisit: partim distulit Tarraconem: quo oibus nouis, ueteribusq; scijs edixerat conuentum. Et cuncti fere, qui cis Iberum incolunt populi, multiq; etiam ulterioris Hispaniæ conuenerunt. Carthaginensium duces primo ex industria famam captæ Carthaginis compresserant: deinde ut clarior res erat, quàm ut tegi, ac dissimulari posset: eleuabant uerbis. Nec opinato aduentu, ac propè furto unius diei urbem unam Hispaniæ interceptam. cuius rei tam parua premio elatum insolentem iuuenem immodico gaudio speciem magnæ uictoriæ imposuisse. at ubi appropinquare tres duces, tres uictores hostium exercitum audisset: occursum ei extemplo domesticorum funerum memoriam. Hæc in uulgus iactabant: haudquaquam ipsi ignari: quantum sibi ad omnia uirium Carthagine amissa decessisset.

IC STATVS RERVM Hispaniæ erat. In Italia autem consul Marcellus, Salapia per prodicionem recepta, Maroneam, & Meles de Samnitibus ui cepit. Ad tria millia militum ibi

Annibalis, quæ præsidij causa relicta erant: oppressa. prædæ aliquantulum eius militi fuit concessum. tritici quoq; CCXL millia modium, & CX millia hordei inuenta. Ceterum nequaquam inde tantum gaudij fuit: quanta clades intra paucos dies accepta est haud procul Herdonea urbe. Castra ibi Cn. Fuluius proconsul habebat. spe recipienda Herdonea: quæ post Cannensem cladem ab Romanis defecerat: nec loco satis tuto posita: nec præsidij firmata. Negligentiam insitam ingenio ducis augebat spes, eo quod labare ijs aduersus Pœnam fidem senserat: postquam Salapia amissa excessisse his locis. Annibalem in Brutios audiuim est. Ea omnia ab Herdonea per occultos nuntios delata Annibali, simul curam sociæ reuendæ urbis, & spem fecere incautum hostem aggrediendi. Exercitum expedito, ita ut famam propè præueniret: magnis itineribus ad Herdoneam contendit: & quo plus terroris hosti obiceret: acie instructa accessit. Pari audacità Romanus, consilio & uiribus ipar copys raptim e ductis conflixit. quinta legio, & sinistra ala acriter pugnam inierunt. Ceteræ Annibal signo equibus dato, ut cum pedestres acies occupassent prænt certamine oculos, animosq; circumuecti, pars castra hostium, pars terga oppugnandum inaderet.



ipse Cn. Fuluij similitudinem nominis, quod Cn. Fuluium prætorem biennio ante in ijsdem deicerat locis increpans, similem euentum pugna fore affirmabat. Neq; ea spes uana fuit. nam cum comminus acie & pedium certamine multa cecidissent Romanorum; starent tamen ordines, signaq; eaq; stris à tergo tumultus, simul à castris clamor hostilis auditus; sextam legionem ante, quæ in secunda acie posita, prior ab Numidis turbata est: quintam deinde, atq; eos, qui ad prima signa erant: auerit. Pars in fugam effusi: pars in medio castris. ubi & ipse Cn. Fuluius cum duodecim tribubus militum cecidit. Romanorum, sociorumq; quot castra in eo prælio millia sunt: quis pro certo affirmet? cum tredecim millia alibi, alibi haud plusq; septem inueniam? Castris, prædaq; uictor ponitur. Herdoneam, quia & deserturam fuisse à Romanos comperit: nec mansuram in fide: si inde abcessisset: multitudinem omni Metapontum ac Thurios traducta, incendit: occiditq; principes: qui cum Fuluiio colloquia occulta habuisse comperiti sunt. Romani, qui ex tanta clade euaserant: diuersis itineribus semiermes ad Marcellum consulẽ in Samnium confluxerunt. Marcellus nihil admodum tanta clade terretus litteras Romam ad senatum de duce, atq; exercitum ad Herdoneam amisso scribit. Cæterum eundem se, qui post Cannensem pugnam ferocem uictoria Annibalem contumidisset: ire aduersus eum breuem illi lætitiã, qua exultet, facturum. Et Romæ quidem cum luctus in gens ex præterito, tum timor in futurum erat. Consul ex Samnio in Lucanostre angressus ad Numistrone in conspectu Annibalis loco plano cum Pænus collẽ teneret: posuit castra. addidit et aliam fidentis speciem: quod prior in aciem eduxit. Nec detrectauit Annibal: ut signa portis efferri uideret.

Ita tamen aciem instruxerunt: ut Pænus dexterum cornu in collem erigeret: Romani sinistrum ad oppidum appliarent. Ab hora tertia cum ad noctem pugnam extendissent: fessaq; pugnando primæ acies essent: ab Romanis prima legio & dextera ala, ab Annibale Hispani milites, et funditores baleares, elephantum quoq; commisso iam certamine, in prælium acti. Diu pugna neutro inclinata stetit. Prima legioni tertia, dextera ala sinistra subiit. & apud hostes integri à fessis pugnam accipere. nouum atq; atrox prælium ex tam segni repente exarsit: recentibus animis, corporibusq; sed nox incerta uictoria diremit pugnatẽs. Postero die Romani ab Sole orto in multam diem stare in acie. ubi nemo hostium aduersus produit: spolia per oicum legere: & congestos in unum locum cremare suos. Nocte insequenti Annibal silentio mouit castra: & in Apuliam abiit. Marcellus ubi lux fugam hostium aperuit: faucibus cum præsidio modico Numistrone relictis, præpositoq; his L. Furio Purpurione tribuno militum, uefugijs institit sequi. Ad Venusiam adeptus eum est. Ibi per dies aliquot cum ab stationibus procurarentur: mista equitum, pediumq; tumultuosa magis prælia, quam magna, et fermè omnia Romanis secunda fuerunt. Inde per Apuliam ducti exercitus sine ullo memorato certamine: cum Annibal nocte signa moueret, locum insidijs quarens: Marcellus, nisi certa luce, & explorato ante, non sequeretur. Capuæ interim Flaccus dum bonis principum uendendis, agro, qui publicatus fuerat: locando (locauit autem omne frumento) tempus terit: ne deesset materia in Capanos seuiendi: nouum in occulto gliscens per indicium protractam est facinus. milites adificijs emotos, simul ut cum agro tecta urbis fruenda locarentur: simul memens, ne suũ

quoq; exercitum, sicut Annibalis, nimia urbis amoenitas emolliret: in portis, murisq; fibinetipsis tecta militarium coegerat edificare. erant autē pleraq; ex cratibus, aut tabulis facta: alia arundine texta, stramento intecta omnibus uelut de industria alimentis ignis. Hæc noctis una hora ut omnia incenderent, CLXX Campani, principibus fratribus Blojjs, coniurauerant. iudicio eius rei ex familia Blofiorum facta, portis repente iussu proconsulis clausis, cum ad arma signo dato milites concurrissent: comprehensi omnes: qui in noxa erant: & quaestione acriter habita, damnati: necatiq; iudiciibus libertas, et æris dena millia data. Nucerinis, & Acerranos querentes ubi habitarent non esse, Acerris ex parte incensis, Nuceria deleta, Romam Fuluius ad senatum misit. Acerranis permissum: ut edificarent, quæ incensa erant. Nucerinum Atellam, quia id maluerant: Atellanis Galatiam migrare iussis, traducti. Inter multas magnasq; res, quæ nunc secunda, nunc aduersæ occupabant cogitationes hominum: ne Tarentina quidem arcis excidit memoria. M. Ogulnus, & P. Aquilius in Hetruriam legati ad frumentum coemendum, quod Tarentum portare iur: profecti: & mille milites de exercitu urbano, par numerus Romanorū, sociorumq; eodem in presidium cum frumento missi sunt. Tam æstas in exitu erat: comitiariorumq; consularium instabat tempus. sed litteræ Marcelli ne gantis è Rep. esse, nescitū abscedi ab Annibale: cui cedenti, certamenq; abnenti grauius ipse instaret: curam iniecerant: ne aut consulem Marcellum maxime res agentem à bello auocarent: aut in annum consules deessent. Optimum uisum est, quanq̄ extra Italiã esset: Valerium potius consulem ex Sicilia reuocare. Ad eum litteræ iussu senatus ab L. Manlio prætoris urbis missæ cū

litteris consulis M. Marcelli: ut ex ijs nosceret: quæ causa patribus eum potius, q̄ collegam, reuocandi ex provincia esset. Eo forte tempore legati ab rege Syphace Ramam uenerunt: quæ prospera prælia Rex cum Carthaginiensibus fecisset, memorantes. Regem nec inimiciorem ulli populo, q̄ Carthaginiensi, nec amiciorem, q̄ Romano affirmabant esse. misisse eum antea legatos in Hispaniã ad Cn. & P. Cornelios imperatores Romanos. nunc ab ipso uelut fonte petere Romanam amicitiam uoluisse. Senatus non legatis modo benigne respondit: sed & ipse legatos cum donis ad Regem misit, L. Geminum Petellium, P. Popilium. Dona tulere, togam, & tunicam purpuream, sel lam eburneam, patrã ex quinque pondo auri factã. Proinus & alios Africa Regulos iussit adire. ijs quoq; quæ darentur, portata togæ prætextæ, & terna pondo patræ aureæ. Et Alexandria ad Ptolemæum & Cleopatram Reges M. Attilius, & M. Acilius legati ad commemorandam reuocandamq; amicitiam missi dona tulere: Regi togã, & tunicã purpuream cū sella eburnea: Regina pallã pictã cū amiculo purpureo. Multa ea æstate, quæ hæc facta sunt: ex propinquis urbibus, agrisq; nuntiata sunt prodigia. Tusculi agnum cū ubere lactanti natum: Iouis adis culmen fulmine ictum: ac propè omni tecto nudatū. Idem ferme diebus Anagninæ terram ante portam ictam diè ac nocte sine ullo ignis alimento arsiisse: & aues ad copinum Anagninū in luco Dianæ mados in arboribus reliquisse. Taracina in mare haud procul portu, angues magnitudinis miræ lasciuientū pisciū more exulasse. Tarquinus porcū cum ore humano genitū. Et in agro Capenate ad lucū Feromæ IIII signa sanguine multo, diè ac noctem sudasse. Hæc prodigia hostijs maioribus procurata decreto po-

*dicum: & supplicatio diem unū Romæ ad omnia pulu-  
 naria, alter in Capenate agro ad Feroniæ lucū indicta*  
**M. Valerius** consul litteris ex cænis, provincia, exercitūq;  
 mandato Cincio prætori, **M. Valerio** Messalla præfecto  
 classis cum parte navium in Africam prædæum simul,  
 speculamq; quæ populus Carthaginiensis ageret, par-  
 raretq; misso, ipse X. navibus Romā profectus cū pro-  
 sperè peruenisset: senatum ex templo habuit: ubi de suis re-  
 bus gestis commemoravit. Cum annos propè LX in  
 Sicilia terra mariq; magnis sæpe cladibus bellatum es-  
 set: se eam provinciam consecisse, neminem Carthaginen-  
 sem in Sicilia esse, neminem Siculum, qui metu inde fu-  
 gati abfuerint: esse. omnes iurbes, agrosq; suos reductos,  
 arare: serere: desertamq; recolare terram tandem, frugifer-  
 ram ipsis cultoribus, populoq; Romano pace ac bello su-  
 dissimum annonæ subsidium. Exinde Mutine, & si quo-  
 rum aliorum merita erga populum Ro. erant: in sena-  
 tum introductis, honores omnibus ad exoluendam fidē  
 à consule habit. Mutines etiam civis Romanus factus:  
 rogatione ab tribuno pl. ex auctoritate patrum ad ple-  
 bem lata. Dū hac Romæ geruntur: **M. Valerius** Mes-  
 salla L. navibus cum ante lucem ad Africam accessis-  
 set: improvisam in agro Vticensi excursionem fecit: eūq;  
 late depopulans, multis mortalibus cum alia omnis ge-  
 neris præda captis, ad naues redijt: & ad Siciliam trans-  
 misit: tertio decimo die, q̄ profectus erat inde: Lilyberum  
 reuectus. Ex captiuis, quæstione habita, hæc comperta:  
 consiliq; Leuino omnia ordine perscripta: ut sciret quom-  
 o status Africa res essent. Quinq; millia Numidarum cū  
 Masanissa Galæ filio, acerrimo iuvene Carthagine esse:  
 & alios per totam Africam milites mercede conduci: q

in Hispaniam ad Asdrubalē traicerentur: ut is quam-  
 maximo exercitū primo quoq; tempore in Italiam trans-  
 gressus iungeret se Annibali. in eo positam victoriam cre-  
 dere Carthaginienses. clasē p̄tere a ingentem apparari ad  
 Siciliā repetendam: eamq; se credere breui traiecturam.  
 Hæc recitata à consule ita mouere senatum: ut non expec-  
 tanda comitia consuli conferent: sed dictatorem comitorū  
 habendorum causa dicī: & ex templo in provinciam re-  
 demndum. Illa disceptatio tenebat: quod consul in Sicilia  
 se **M. Valerium** Messallam, qui tum classi præfesset: dic-  
 tatorem dicturum esse aiebat: patres extra Romanum  
 agrum (cum autem Italia terminari) negabant dictato-  
 rem dicī posse **M. Lucretium** tribunum pl. cum de ea re cō-  
 suleret: ita decreuit senatus: ut consul prius q̄ ab urbe di-  
 scederet: populum rogaret: quem dictatorem dicī place-  
 ret: eumq; quem populus iussisset: diceret dictatorem. si  
 consul nolisset: prætor urbanus populum rogaret. si ne-  
 is quidem uellet: tum tribuni ad plebem ferrent. Cum  
 consul se populum rogaturum negasset, quod suæ potesta-  
 tis esset: prætorēq; uenisset rogare: tribuni plebis roga-  
 runt: plebesq; sciuit: ut **Q. Fuluius**, qui tum ad Capuā  
 erat: dictator diceretur. Sed quo die id plebis concilium  
 futurum erat: consul clam nocte in Siciliam abiit. desti-  
 natiq; patres litteras ad **M. Claudium** mittendas censue-  
 runt: ut desertæ ab collega Reip. subueniret: diceretq; quē  
 populus iussisset, dictatorem. Ita à **M. Claudio** consule  
**Q. Fuluius** dictator dictus: & ex eodē plebis scito ab **Q.**  
**Fulvio** dictatore **P. Licinius** Crassus pontifex maximus  
 magister equitum dictus. Dictator postquam Romam  
 uenit: **Cn. Sempronium** Blaesium legatum, quem ad Ca-  
 puam habuerat: in Hetruriam provinciam ad exercitum

misit, in locum C. Calpurnij prætoris: quem, ut Capua, exercitūq; suo præfesset: litteris ex cūit. ipse comitia in quæ diem primum posuit, edixit: quæ certamine inter tribunos dictatoremq; iniecto perfici non potuerant. Galeria iuniorum, quæ forte prærogatiua erat: Q. Fuluium, et Q. Fabium consules dixerat. eodemq; iure uocata reliqua inclinaissent: ni tribuni ple. C. et L. Ariani se interposuissent: qui neq; magistratum continuari satis ciuile esse aiebant: & multo fœdioris exempli: eum ipsum creari: qui comitia haberet. itaq; si suum nomen dictator acciperet: se comitijs intercessuros. si aliorum, præterq; ipsius, ratio haberetur: comitijs se moram non facere. Dictator causam comitiarum auctoritate senatus, plebisq; scito, exemplisq; utabatur. Namq; Cn. Seruilio Cons. cum Flaminius alter cõsul ad Trasimenum cecidisset: ex auctoritate patrum ad plebem latum: plebemq; sciuisse: ut quoad bellum in Italia esset: ex ijs, qui consules fuissent: quos, & quoties uellet, resficiendi consules populo ius esset. exemplumq; ea in re uetus se habere L. Posthumij Metelli: qui interrex ijs comitijs, quæ ipse habuisset: cõsul cum Cn. Iunio Bibulo creatus esset: recensq; Q. Fabij: qui sibi continuari consulatum, nisi id bono publico fieret: profecto nunquam fuisset. His orationibus cum diu certatum esset: postremo ita interdictatorem, ac tribunos conuenit: ut eo, quod censuisset senatus: staretur. Patribus id tempus Reip. uisum est: ut per ueteres, & expertos, bellij, peritos imperatores Resp. gereretur. itaq; moram fieri comitijs non placere. Concedebus tribunis, comitia habita. Declarati consules Q. Fabius Maximus quinquum, Q. Fuluius Flaccus IIII. Prætores creati L. Veturius Philo, T. Quintius Crispinus, C. Hostilius Tubulus, C. Aurunculeius. Magistratibus in

annum creatis, Q. Fuluius dictatura se abdicauit. Extremo ætatis huius, classis Punicæ nauium XL cum præfesset Amilcare in Sardiniam traiecta, Olbiensem primo deinde postquam ibi P. Manlius Volso prætor cum exercitu apparuit: circumacta inde ad alteram insulam Ianis, Caralitanum agrum uastauit: & cum præda omnis generis in Africam redijt. Sacerdotes Romani eo anno mortui aliquot: suffectiq; C. Seruilius Pontifex factus in locum T. Octacilij Crassi. Decemuir item sacris faciendis in locum T. Sempronij T. F. Longi. T. Sèpronius C. F. Longus suffectus. M. Martius rex sacrorum mortuus est: & M. Æmilius Pappus: neq; in eorum locum sacerdotes eo anno suffecti. Et censores hic annus habuit L. Veturium Philonem, & P. Licinium Crassum Pontificem Maximum. Crassus Licinius nec cõsul, nec prætor ante fuerat, q̄ censor est factus. ex adilitate gradum ad censuram fecit. Hi censores neq; senatum legerunt: nec quicquam Reip. egerunt. mors diremit L. Veturij inde & Licini: censura se abdicauit. Ædiles curules L. Veturius, & P. Licinius Varus, ludos Romanos diem unum instaurarunt. Ædiles plebis Q. Cantius, & L. Portius Licinius ex multaticio argento signa ænea ad Cereris dedere: & ludos pro temporis huius copia magnificè apparatus fecerunt. Exitu anni huius die IIII & XXX, quam ab Tarracone profectus erat: Lælius Legatus Scipionis Romam uenit. isq; cum agmine captiuorum ingressus urbem magnum concursum hominum fecit. Postero die in senatum introductus, captam Carthaginem caput Hispaniæ uno die, receptasq; aliquot urbes, quæ defecissent: nouasq; in sollicitatem ascitas exposuit. Ex captiuis comperta his ferè congruentia: quæ in litteris fuerant M. Valerij Mes-

falla. Maxime movit patres Asdrubalis transitus in Italiam, vix Annibali atq; eius armis subsistentem. Proventus in concione Lælius eadem disseruit. Senatus ob res feliciter ab Scipione gestas supplicationes in unum diem decrevit. C. Lælium primo quoq; tempore cum quibus venerat navibus, redire in Hispaniam iussit. Carthaginis expugnationem in hunc annum contuli multis auctoribus: haud nescius quosdam esse: qui anno insequenti captam tradiderint. quod mihi minus simile veri visum est: annum integrum Scipionem nihil gerendo in Hispania consumpsisse. Q. Fabio Maximo quintum, Q. Fulvio Flacco IIII consulibus Idibus Martijs, quo die magistratū intrerunt. Italia ambobus provincia decreta: regionibus tamen partitum imperium. Fabius ad Tarentum, Fulvius in Lucanis ac Brutijs remi gereret. M. Claudio prorogatum in annum imperium. Prætores sortitū provincias: C. Hostilius Tubulus urbanam: L. Veturius Philo peregrinam cum Gallia: T. Quintius Crispinus Capuam: C. Aurunculeius Sardiniam. Exercitus ita p provincias divisi. Fulvio due legiones: quas in Sicilia Valerius Leuinus haberet. Q. Fabio: quibus in Hetruria C. Calpurnius præset decreta. exercitus urbanus ut in Hetruriā succederet: C. Calpurnius eidē præset provincia, exercitūq; quem Q. Fulvius habuisset. Capuam, exercitūq; Quintius obtineret. C. Hostilius ab C. Lectorio propratore provinciam, exercitūq; qui tum iam Arinani erat: acciperet. M. Marcello, quibus consul rem gesserat: legiones decreta. M. Valerio cum L. Cincio (his quoq; est prorogatum in Sicilia imperium) Cannensis exercitus datus: eūq; supplevere ex militibus, qui ex legionibus Cn. Fulvij superessent: iussi. Conquisitos eos consules in Siciliam miserunt: additaq;

additaq; eadem militū ignominia: sub qua Cānenses militabant: quiq; ex pratoris. Cn. Fulvij exercitū ob similes iram fugæ missi eo ab senatu fuerant. C. Aurunculeio eadem in Sardiniam legiones, quibus P. Manlius Volso eā provinciam obtinuerat: decreta. P. Sulpitio eadem legione, eademq; classe Macedoniam obtinere iussu prorogatum in annum imperium. XXX. quinquevenes ex Sicilia Tarentum ad Q. Fabium consulem miti iussit: cetera classe placere prædatū in Africam aut ipsam M. Valerium Leuinum trajicere: aut mittere, seu L. Cincium, seu M. Valerium Messallam uellet. Nec de Hispania quicquam mutatum: nisi qd nō in annum Scipioni, Syllanoq; sed donec reuocati ab senatu forent: prorogatum imperium est. ita provinciae, exercitusq; in eum locum partita imperia. Inter maiorum rerum curas comitia Maximi Curionis: cum in locum M. Aemilij sacerdos crearetur: uetus exciderunt certamen: patricijs ne gentibus C. Manlij Atelij, qui unus ex plebe petebat: habendam rationem esse: qd nemo ante eum, nisi ex patribus, id sacerdotiū habuisset. Tribuni appellati, ad senatum reiecerunt. senatus populo potestatem fecit. Ita primus ex plebe creatus Maximus Curio C. Manilius Attelinus. Et flaminem dialem inuitum augurari coegit P. Licinius pontifex maximus C. Valerium Flaccum de cernit: sacris faciendis. Creatus in locum Q. Mutij Scævole demorui C. Lectorius. Causam inaugurare coacti flaminis libens reticuissem: ni ex mala fama in bonā uertisset. Ob adolescentiam negligentem, luxuriosamq; C. Flaccus flamen captus à P. Licinio pontifice maximo. erat L. flacco fratri germano, cognatisq; alijs ob eadem uita inuisus. Is, ut animum eius cura sacrorum, & carimo-

uatrum capiti: ita repente exiit antiquos mores: ut nemo  
 tota iuuentute haberetur prior: nec probatior primoribus  
 patrum, suis pariter alienisq; esset. Huius fama consensu  
 elatus ad iustam fiduciam sui rem intermissam per mul-  
 tos annos ob indignitatem flaminium priorē repetiuit:  
 ut in senatum introiret. Ingressum eum curiam cū L. Li-  
 cinius p̄tor inde eduxisset: tribunos ple. appellauit fla-  
 minem. Vetus ius sacerdotij repetebat. datum id cū to-  
 ga p̄textā. Et sella curuli C. Flaminiū esse. Prætor nō exo-  
 letis uetustate annalium exemplis stare ius, sed recētissi-  
 mæ cuiusq; p̄suedinīs usū uolebat. nec patrū, nec auor-  
 rum memoria dialem quenq; id ius usurpasse. Tribuni rē  
 inertia flaminium oblitteratam, ipsi non sacerdotio dā-  
 no fuisse cum æquum censuissent: ne ipso quidem contra-  
 tendente prætorē, magno assensu patrum plebisq; fla-  
 minem in senatum introduxerūt: omnibus ita existiman-  
 tibus: magis sanctitate uitæ, q̄ sacerdotij iure rem eam fla-  
 minem obtinuisse. Consules prius q̄ in prouincias irent:  
 duas urbanas legiōes in supplementum, quantum opus  
 erat cæteris exercitiis nullum: scripserunt. Urbanum  
 ueterem exercitum Fuluius consul C. Fuluius Flacco lega-  
 to (frater hic consulis erat) in Hetruriam de dit ducen-  
 dum: & legiones, quæ in Hetruria erant: Romam de-  
 ducendas. Et Fabius consul reliquias exercitus Fuluiani  
 conquiritas (fuerūt autem ad tria millia CCCXXXVI)  
 Q. Maximum filium ducere in Siciliam ad M. Valeriū  
 proconsulem iussit: atq; ab eo duas legiones, & triginta  
 quinqueremes accipere. Nihil hæc ductæ ex insula legio-  
 nes minuerunt, nec uiribus, nec specie eius prouincæ  
 præsidium. nam cum præter egregie suppletas duas  
 ueteres legiones, transfugarum etiam numidasq; equum

peditumq; magnam uim haberet: Siculos quoq; qui in  
 exercitu Epicadis, aut Pœnorum fuerant: belli peritos ui-  
 ros, milites scripsit. Ea externa auxilia cum singulis Ro-  
 manis legionibus adiunxisset: duorum speciem exerci-  
 tum seruauit. Altero L. Cincium partem insule, qua re-  
 gnum Hieronis fuerat: tueri iussit. altero ipse cæterā in-  
 sulam tuebatur, diuisam quondam Romani, Punicisq;  
 imperij finibus. Classis quoq; nauium LXX parata:  
 ut omni ambitu litorum præsidio ora maritimæ essent.  
 Ipse cum Mutinis equitatu prouinciā peragrabat: ut ui-  
 seret agros: cultaq; ab incultis notaret: & perinde domi-  
 nos laudaret: casti garetq;. Ita tantum ea cura frumenti  
 prouenit: ut & Romam mitteret: & Catanam conuehe-  
 ret: unde exercitui, qui ad Tarentum aestiua acturus es-  
 set: posset præberi. Cæteræ transportati milites in Siciliam  
 (& erat maior pars Latini nominis, sociorumq;) propē  
 magni motus causa fuere. adeo ex paruis sæpe magnarū  
 momenta rerum pendunt. fremitus enim inter Latinos,  
 sociosq; in concilijs ortus. Decimum annum delectibus,  
 & stipendijs exhaustos esse. quotannis fermē clade ma-  
 gna pugnare. alios in acie occidi: alios morbo assu-  
 mi. magis perire sibi ciuem: qui ab Romano miles lectus  
 sit: quam qui à Pœno captus. quippe ab hoste gratis re-  
 mitti in patriam, ab Romanis extra Italianam in exilium  
 uerius, quam in militiam able gari. Octauum iam ibi an-  
 num senescere Cannensem militem, moriturum ante q̄  
 Italia hostis abscedat. quippe nunc cum maxime florēs  
 uiribus excedat: si ueteres milites non redeant in patriā:  
 noui legantur: breui neminem superstiturum. Itaq; quod  
 propediem res ipsa negatura sit: prius q̄ ad ultimam soli-  
 tudinem, atq; egestatem perueniant: negandū populo Ro-

esse. si consentientes in hoc socios uideant Romani: profecto de pace cum Carthaginensibus iungenda cogituros. aliter nūq̄ uiuo Annibale sine bello Italiam fore. Hac acta in concilijs. Triginta tum coloniæ populi Ro. erant. ex ijs XII, cum omnium legationes Romæ essent: ne gauerunt consulibus esse, unde milites: pecuniāq̄ darent. Eæ fueræ, Ardea, Nepete, Sutrium, Minturnæ, Iuturna, Alba, Carseoli, Sueffa, Cære, Lacates, Narnia, Interamna. Noua re consules icli cum abstrere eos à tam destabili consilio uellent, castigando increpandōq̄ plus, quàm leniter agendo, profecturos rati: eos ausc esse consulibus dicere, aiebant: quod consules in senatu ut pronuntiarent, in animum inducere non possent. non. n. de trefectionem eam munerum militiæ. sed apertam defensionem à populo Ro. esse. Redirent itaq̄: prope in colonias: et tanq̄ integra re locuti magis, q̄ ausi tantum nefas, cū suis consulerent. admonerent: non Capanos: neq̄ Tarentinos eos esse: sed Romanos: inde oriundos: inde in colonias, atq̄: in agrū bello captū stirpis augendæ causa missos, q̄ liberi parentibus deberent: ea illos Romanis debere: si ulla pietas, s̄ memoria antiquæ patriæ esset. Cōsulerent igitur de integro. nā tum quidem quæ temere agerant: ea prodendi imperij Romani, tradendæ Annibali uictoria esse. Cum alternis hæc consules diu iactassent: nihil moti legati, neq̄: se quod donum renuntiarent, habere dixerunt: neq̄: senatum suum quid noni consuleret: ubi nec miles, qui legeretur: nec pecunia, quæ daretur in stipendium: esset. Cum obstinatos eos uiderent consules: rem ad senatum demulerunt. ubi tantus paor animis hominum est iniectus: ut magna pars actum de imperio diceret. Idem alias colonias facturæ: idem socios con-

senfisse omnes, ad prodendam Annibali urbem Romam. Consules hortari, & consolari senatum: & dicere: alias colonias in fide, atq̄: officio pristino fore. eas quoq̄: ipsas, quæ officio decessissent: si legati circa eas colonias mitantur: qui castigent: non qui precantur: uerecundiam imperij habituras esse. Permissum ab senatu ijs cum esset: agerent, facerentq̄: ut è Rep. ducerent: tentatis prius aliarum coloniarum animis, citauerunt legatos: quæ si ueruntq̄: ab ijs: ecquid milites ex formula paratos haberent? Pro duobus deniq̄: colonijs M. Sextilius Fregellanus respondit: & milites paratos ex formula esse: & si pluribus opus esset: plureis daturus: & quicquid aliud imperaret, uelletq̄: populus Romanus: enixe facturos. ad id sibi neq̄: opes deesse: animum etiam superesse. Consules sibi parum uideri præfati pro merito eorum sua uoce collaudari eos, nisi uniuersi patres in curia gratias egissent: sequi in senatum eos iusserunt. Senatus quàm poterat honoratissimo decreto allocutus eos, mandat consulibus: ut ad populum quoque eos producerent: & inter multa alia præclara, quæ ipsis, maioribusq̄: suis præstitissent: recens etiam merita eorum in Rempub. commemorarent. Ne nunc quidem post tot sæcula fileantur: fraudentur ne laude sua. Signi ni fuere, & Nolani, & Norbani, Satriculaniq̄, & Brundisii, & Fregellani, & Nucerni, & Adriani, & Firmiani, & Ariminenses: & ab altero mari, Pontiani, & Pestani, & Cossani, & mediterranei, Beneuentani, & Esfernini, & Spoletani, & Placentini, & Cremonenses. Harum coloniarum subsidio tum imperiū populi Ro. fuit. ijsq̄: gratia & in senatu, & ad populum actæ. Duo decim aliarum coloniarum, quæ detrectauerunt imperium: mentionem fieri patres uenerunt: neq̄: illos dimitti:

neq; retineri neq; appellari à consulibus. Ea tacita castigatio maxime ex dignitate populi Romani iusta est. cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant, consulibus, aurum uicesimarium, quod in sanctiore arario ad ultimos casus seruabatur: promi placuit. prompta ad quatuor milia pondo auri. Inde quingenta pondo data consulibus, & M. Marcello, & P. Sulpitio Procons. & L. Veturio prætori: qui Galliam provinciam scriptus erat. addiunq; Fabio Cons. C pondo auri præcipuum: quod in arcem Tarentinam portareur. cætero, usi sunt ad uestimenta præfenti pecunia locanda exercitui: qui in Hispania bellum sua secunda fama, ducisq; gerebat. Prodigia quoq; prius quam ab urbe consules proficiscerentur: procurari placuit. In Albano monte tacta de cælo erant, signum Iouis, arborq; templo propinqua: et Hostia lacus: et Capuæ murus, Fortunæq; ades: & Sinuessæ murus portaq;. Hæc de cælo tacta. Cruentam etiam fluxisse aquam Albanâ, quidam authores erant. Et Romæ ius cællam ædis Fortis Fortunæ de capite signum, quod in corona erat: in manu sponte sua prolapsum. Et Priuerni saties constabat bouem locutum: uulturemq; frequenti foro in tabernam deuolasse. Et Sinuessæ natum ambiguo inter marem ac sæminam sexu infantem: quos Androgynos uulgus, ut pleriq; faciliore ad duplicanda uerba græco sermone, appellat. & lacte pluuisse: & cum elephanti capite puerum natum. Ea prodigia hostijs maioribus procurata: & supplicatio circa omnia puluinaria, obsecratio in unum diem indicta. et decretum: ut C. Hostilius prætor ludos Apollini, sicut his annis uoti, factiq; erant: uoueret: faceretq;. Per eos dies & censoribus creandis Q. Fuluius consul comitia habuit. Creati censores ambo: qui nondum consules fuerat:

M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus. Censores ut agrum Campanum fruendum locarent: ex auctoritate patrum lanam ad plebem est: plebesq; sciuit: seruans lectionem contentio inter censores de principe legendo tenuit. Sempronij lectio erat. Ceterum Cornelius morem traditum à patribus sequendum aiebat: ut qui primus censor ex ijs, qui uiderent: fuisset: eum principem legeret: (& is T. Manlius Torquatus erat) Sempronius: cui diu sortem legendi dedissent: & ius liberum eosdem dedisse deos. se id suo arbitrio facturum: leaturumq;. Q. Fabium Maximum quem tam principem Romane ciuitatis esse, uel Annibale iudice uicturus esset. Cum diu certatum esset uerbis: concedente collega, lectus à Sæpromio princeps in senatu Q. Fabius Maximus consul. Inde alius lectus: seruans octo præteritis: inter quos L. Cæcilius Metellus erat, infamis auctor deserenda Italia post Cænensem cladem. In equestribus quoq; notis eadem seruata causa. sed erant perpauca: quos ea infamia attingeret. Illis omnibus (& multi erant) adempti equi: qui Cænensem legionum equites in Sicilia erant. addiderunt acerbicam etiam tempus: ne præterita stipendia procederent ijs: qui e quo publico meruerant: sed dena stipendia equis priuatis facerent. Magnum præterea numerus eorū conquisiuerunt: qui e quo mereri deberent: atq; ex ijs, qui principio eius belli septemdecim annos nati fuerant: neq; militauerant: omnes ætarios fecerunt. Locauerunt inde reficienda: quæ circa forum incendio consumpta erant: VII tabernas, macellum, atrium regium. Transactis omnibus, quæ Romæ agenda erant: consules ad bellum profecti. prior Fuluius prægressus Capuam. post paucos dies consecutus Fabius. qui collegam coram obstans: & per litteras Marcellum: ut



quàm acerrimo bello deſineret Annibalem: dum ipſe Tarrentum oppugnaret. ea urbe adempta hoſti undiq; pulſo, nec ubi conſiſteret, nec quid fidum reſpiceret habenti, ne remorandi quidem cauſam in Italia fore. Rhegyum etiã nuntium mittit ad præfectum præſidij: quod ab Leuino Cons. aduerſus Bruſios ibi locatum erat: octo milia hominum, pars maxima ab Agarra (ſicut antea dictum eſt) ex Sicilia traducta, raptò uiuere hominum aſuetorum. additi erant Brutiorum indidem perſigæ, & audaciæ, & audendi omnia neceſſitatibus pares. Hanc manum ad Brutium agrum primum depopulandum duci iuſſit: inde ad Cauloniam urbem oppugnandam. Imperata non impigre ſolum, ſed etiã amide executi, diſrepis fugatisq; cultoribus agri, ſumma ui urbem oppugnabant. Marcellus & conſulis litteris excitus, & quia in animum induxerat: neminem ducem Romanum tam pareri Annibali, quàm ſe eſſe: ubi primum in agris pabuli copia fuit: ex hybernis profectus, ad Cannuſin Annibali occurrit. Sollicitabat ad defectionem Cannuſinos Pœnus. ceterum ut appropinquare Marcellum audiuit: caſtra inde mouit. Aperta erat regio ſine ullis ad inſidias laterbris. itaq; in loca ſaluofa cedere ide cepit. Marcellus ueſtigijs inſtabat: caſtraq; caſtris conferebat: et opere perfeſto, extemplo in aciem legiones ducebat. Annibal tutum per equites, pedimumq; iaculatores leuia certamina ferens, caſum uniuerſæ pugnæ non neceſſarium ducebat. tractus eſt tamen ad id quod uitabat certamen. Noſte prægreſſum eum aſſequitur locis planis ac patentibus Marcellus. caſtra inde ponentem, pugnando undiq; innumtiores, operibus prohibet. Ita ſigna collata: pugnatumq; totis copijs. & cum iam nox inſtaret: Marte aquo

diſceſſum eſt. caſtra ex igno diſtanta ſpacio raptim ante noſtem permunita. Poſtero die luce prima Marcellus in aciem copias eduxit. Nec Annibal detrectauit certamen, multis uerbis adhortatus milites: ut memores Traſimeni Cannarumq;, contunderent ferociam hoſtis. ur gere, atq; inſtare. eum: non caſtra ponere pati: non reſpirare: aut circunſpicere. quod die ſimul orientem ſolem, & Romanam aciem in campis uidentiam eſſe. ſi uno prælio haud inſcruentus abeat: quietius deinde tranquilliusq; eum bellaturum. Hiſ irritati adhortationibus, ſimulq; tadio ferociæ hoſtium quotidie inſtantium laceſſentiumq;, acriter prælium inuunt. Pugnam amplius duabus horis eſt. cedere inde ab Romanis dextra ala, & extra ordinarij cedere. quod ubi Marcellus uidit: duodeuceſimam legionem in primam aciem inducit. Dum alij trepidi cedunt: alij ſegniter ſubeunt: turbata tota acies eſt: de in proſuſuſa: & uincente pudorem mentis terga dabant. Cecidereq; in pugna ſuagaq; ad duo millia & ſeptingenti ciuium, ſciorumq;. in hiſ quatuor Romani centuriões fuerunt: duo tribuni militum, M. Licinius, & M. Fuluius. ſigna militaria quatuor de ala prima, quæ fugit: duo de legione, quæ cederibus ſocijs ſucceſſerat: amiſſa. Marcellus poſtquam in caſtra rediit: eſt: concionem adeo ſeuam, atq; acerbam apud milites habuit: ut prælio per diem totum inſelicitè tolerato triſtior ijs irati ducis oratio eſſet. Dijs immortalibus ut in tali re laudes gratesq;, inquit, ago: quod uictor hoſtis cum tanto pauore incidentibus uobis in uallum portasq; nõ ipſa caſtra eſt aggreſſus. deſeruiſſetis profecto eodem terrore caſtra, quo omiſiſtis pugnam. Qui pauor hic? qui terror? quæ repente, qui, & cum quibus pugnaretis, obliuio animos cepit? nempe ijdem ſunt ij hoſtes: quos

vincendo, & victos sequendo, priore æstate absumpsisti: quibus dies, noctesq; fugientibus per hos dies insisti: quos leuibus prælijs fugasti: quos hesternæ die nec iter facere, nec castra ponere passi estis. Omīto ea, quibus gloriari potestis: & cuius ipsius pudere, ac penitere nos oportet, referam. Nempe æquis manibus hesternæ die dimisti pugnam. quid hæc nox, quid hæc dies abstulit? uestra his copiæ immūta sunt: an illorum aucta? Non egde mihi cum exercitū meo eloqui uideor: nec cum Romanis militibus, corpora tantum, atq; arma eadem sunt. an si eosdem animos habuissetis: terga uestra uidisset hostis? si signa alicui manipulo, aut cohorti abstulisset? Non ad becæsis Romanis legionibus gloriabatur. nos illi hodierno die primum fugati exercitus dedistis decus. Clamor inde oritur: ut ueniam eius diei daret: ubi uellet deinde experiretur militum suorum animos. Ego uero experiar, inquit, milites: & uos crastina die in aciem educam: ut uictores potius, quàm uicti ueniam impetretis: quam petitis. Cohortibus, quæ signa amiserant: hordeum dare iussit: centurionesq; manipulorum, quorum signa amissa fuerant: districtis gladijs discinctos destinauit: et ut postero die omnes pedites, equitesq; armati adessent, edixit. Ita cōmō dimissa: satendo iure ac merito sese increpitos: neq; illo die uirum quenquam in acie Romana fuisse: præter unum ducem: cui aut morte satisfaciendum, aut egregia uictoria esset. Postero die ordinat, armatiq; ad edictū aderat. Imperator eos collaudat: pronuntiatq;: a quibus oritur prius die fuga esset: cohortesq; quæ signa amiserant: se in primam aciem inducturum. edicere iam sese: omnibus pugnantib; ac uincendum esse: & admitendum sin gulis uniuersisq;: ne prius hesternæ fugæ, quàm hodiernæ uictoriæ fame

Romam perueniat. Inde cibo corpora firmare iussit: ut si longior esset pugna: uiribus quoq; sufficerent. Vbi omnia dicta, factaq; sunt: quibus excitatae animi militum: in aciem procedunt. Quod ubi Annibali nuntiatum est: cum eo nimirum, inquit, hostes res est: qui nec bonam, nec malam ferre fortunam potest. seu uicat ferociter instat uictis. seu uictus est: instaurat cum uictoribus certamen. Signa inde canere iussit: copias educit. Pugnam utriusq; aliquanto quàm pridie acrius est: pœnis ad obtinendum hesternum decus admittentibus: Romanis ad demendam ignominiam. Sinistra ala ab Romanis, & cohortes, quæ amiserant signa in prima acie pugnant. & legio uicesima ab dextero cornu instructa. L. Cornelius Lentulus, & C. Claudius Nero Legionibus præerant: Marcellus mediam aciem hortator, testisq; præsens firmabat. Ab Annibale Hispani primam obtinebant frontem. & id roboris in omni exercitū erat.

Cum anceps diu pugna esset: Annibal elephantos in primam aciem induci iussit: si quem iniicere eates tumultum, ac pauorem posset. Et primo urbarunt signa, ordinesq;: & partim conculcatis, partim dissipatis terrore, qui circa erant: nudauerant una parte acie. Iamq; fugamasset: ni C. Decimus Flavius tribunus militū signo arrepto primi hastati manipulum eius signi se sequi iussisset. duxit ubi maxime tumultum conglobata bellua faciebat: pilaq; in eas cōiici iussit. Hæere omnia tela haud difficile ex propinquo in tanta corpora iclu, & tam conferta turba. sed ut non omnes uulnerati sunt: ita in quorundam tergis infixæ steterunt pila: ut est genus anceps: in fugam uersi etiam integros auertere. Tum iam nō unus manipulus, sed pro se quisq; miles, quomodo assequamur fugiē

*tium* elephantorum poterat: pila coniungere. eo magis ruer in suos bellæ: tantoq; maiorem stragem edidere, q̄ inter hostes ediderant: quanto acrius pavor confternatas agit, quam insidentis magistri imperio reguntur. In perurbatam transcurso belluarum aciem signa inferunt Romani pedites: hæc haud magno certamine dissipatos, trepidantesq; auerunt. Tum insurgentes equitatum immittit Marcellus, nec ante finis sequendi est factus: quam in castra pauentes compulsi sunt, nam super alia, quæ terrore trepidationemq; facerent: elephantū forte duo in ipsa porta corruerant: coactiq; erant milites per fossam, uallumq; ruer in castra. ibi maxima hostiū cædes facta. cæsa ad octo millia hominum: quinque elephantū. Nec Romanis incruenta uictoria fuit, nulle ferme, & septingenti de duobus legionibus, & sciorum supra M & CCC occisi: uulnera permulta ciuium, sciorumq;. Annibal nocte proxima castra mouit. Cupientem insequi Marcellum prohibuit mulando sauciorum. Speculatores, qui profererentur agmen: missi, postero die reuulerunt: Bruitorum Annibalem petere isdem ferme diebus & ad Q. Fuluiū consulem Hirpini, & Lucani, & Volscentes, traditis praesidijs Annibalis, quæ in urbibus habebant: dederunt sese: clementerq; à consule cū uerborum tantum castigatione ob errorē p̄teritū recepti sunt. Et Brutij similis spes uenia facta est: cum ab ijs Vibius, & Pactus fratres, longe nobilissimi gentis eius, eandem, quæ data Lucanis erat: conditionem deditionis petentes uenissent. Q. Fabius consul oppidum in Salentinis Manduriam uicinitate, ibi ad quatuor millia hominum capta: & cætera præda aliquantum. Inde Tarentum profectus, in ipsis faucibus portus posuit castra, naues, quas Linius uitandis commenda-

bus habuerat: partim machinationibus onerat, apparatusq; mœnium oppugnandorum: partim tormentis, & saxis, omniq; missilium telorum genere instruit. onerarias quoq; non eas solum: quæ remis agerentur: ut alij machinas, scilasq; ad muros ferrent: alij procul ex nauibus uulnerarent mœnium propugnatores. Eæ naues ab aperto mari ut urbem aggredereur: instructæ, paratæq; sunt. Et erat liberum mare: classe Punica, cum Philippus oppugnare Ætholos pararet: Corcyram transmissa. In Brutij interim Caulonia oppugnatores sub aduentum Annibalis, ne opprimerentur: in tumultum à presenti impetu tantum, ad cætera inopem, se recæpere. Fabium Tarentum obsidentem leue dictu momentum ad rem ingentem ponendam adiuit. Praesidium Bruitorium datum ab Annibale Tarentini habebant, eius praesidij praefectus deperibat amore mulierculæ: cuius frater in exercitū Fabij consulis erat. Is certior litteris sororis factus de noua consuetudine aduenæ locupletis, atq; inter populares tum honorati, spem nactus per sororem quolibet impelli amantē posse, quid speraret, ad consulem delulit. Quæ cum haud uana cogitatio uisa esset: pro transfugâ iussus Tarentum transire, ac per sororem praefecto conciliatus, primo, occulte animum eius tentando, dein satis explorata leuitate, blanditijs muliebribus perpulit eum ad proditionem custodia loci: cui prapostitus erat. Vbi & ratio agendæ rei, & tempus conuenit: miles nocte per interualla stationū clam ex urbe emissus, ea, quæ acta erant, quæq; ut ageretur, conuenerat: ad consulem refert. Fabius uigilia prima dato signo ijs, qui in arce erant: quiq; custodiam portus habebant: ipse arcuito portu ab regione urbis in orientē uersa oculus confedit. Canere inde tubæ simul ab arce,

finul à portu & nauibus : quæ ab aperto mari appulsa erant : clamorq; undiq; cum ingenti tumultu, unde minimum periculi erat : de industria ortus. Consul interim silentio continebat suos. Igitur Democrates, qui præfectus antea classis fuerat : forte illo loco præpositus postquam quæta omnia circa se uidit : alias partes eo tumultu peruenire : ut captæ urbis interdum excitatur clamor : uerine inter cunctationem suam consul aliquam uim faceret : signaq; inferret : præsidium ad arcem, unde maxime terribilis accedebat sonus : traducit. Fabius cum et ex temporis spatio, & ex silentio ipso, quod ubi paulo ante strepabant excitantes, uocantesq; ad arma : inde nulla accedebat uox : deductas custodias sensisset : ferri scalas ad eam partem muri, qua Bruitorum præsidium esse agitata proditiõnis conciliator nuntiauerat : iubet. Ea primò captus est murus, adiuuantibus recipientibusq; Brutijs : & transensum in urbem est. inde & proxima refracta porta : ut frequentè agmine signa inferrentur. Tum clamore sublato sub ortum ferme lucis nullo obuiò armato in fori pueniunt : omnesq; undiq; qui ad arcem, portumq; pugnant : in se conuerterunt. prælium in adiu fori maiore impetu, quam perseuerantia commissum est. non animo, nõ armis, non arte belli, non uigore aut uiribus corporis, par Romano Tarentinus erat. Igitur pilis tantum coniectis, prius penè, quam confereret manus : terga dederunt : dilapsiq; per nota urbis itinera in suas, amicorumq; domos. Duo ex duobus, Nico, & Democrates fortiter pugnantes cecidere. Philomenes, qui proditiõnis ad Annibalem author fuerat : cum citato equo ex prælio amectus esset : uacans paulo post equus : erransq; per urbem cognitus : corpus nusquam inuentum est. credimus uulgo est : in

puteum apertum ex equo præcipitatum esse. Cartholoniem autem præfectum Punici præsidij cum commemoratiõne paterni hostij positis armis uenientem ad consulem miles obuius obtuncat. Alij alios passim sine discrimine armatos, inermesq; cadunt Carthaginenses, Tarentinosq; pariter. Brutij quoq; multi interfecti : seu perirem : seu uetere in eos insito odio : seu ad proditiõnis famam, ut ui potius, atq; armis captam Tarentum uideretur : extinguendam. Tum à cæde ad diripiendam urbem discursum. Triginta millia ferulium capitum dicuntur capta : argenti uis ingens facti, signatiq; : auri LXXXI II millia pondò : signaq; tabulæq; : propè ut Syracusarum ornamenta æquauerint. Sed et maiore animo generis eius præda abstinnit Fabius, quam Marcellus : qui interroganti scribæ, quid fieri de signis uellet : ingentis magnitudinis dij sunt, suo quisq; habitu in modum pugnantium formati : deos iratos Tarentinis relinqui iussit. Murus inde, qui urbem ab arce dirimebat : dirutus est, ac difiectus. Dum hæc Tarenti aguntur Annibal ijs, qui Caunoniam obsidebant : in deditiõnem acceptis audita opugnatione Tarenti, dies noctesq; cursim agmine factò, cum festinans ad opem ferendam captam urbem audisset : & Romani, inquit, suum Annibalem habent. eadem, qua ceperamus, arte Tarentum amisimus. Ne tñ fugientis modo conuertisse agmen uideretur : quo confiterat loco, quinque millia ferme ab urbe posuit castra. ibi paucos morans dies Metapontum sese recepit. Inde duos Metapontinos cum litteris principum eius ciuitatis ad Fabium Tarentum mittit, fidem ab consule accepturos : impunita ijs priora fore : si Metapontum ei cum præsidio Punico prodidissent. Fabius uera quæ offerrent esse ratus,

diem, qua accessurus esset Metapontum: constituit: litterasq; ad principes dedit: quæ ad Annibalē delatæ sunt. Enimvero lætus successu fraudis, si ne Fabius quidem dolo inuictus fuisset: haud procul Metaponto insidias ponit. Fabio auspicanti, prius quam egredereur ab Tarēto: aues semel, atq; iterum non addixerunt. hostia quoq; casa consulentū deos aruspex cauendum à fraude hostili, & ab insidijs, prædixit. Metapontini, postquam ad constitutam non uenerat diem: remissi ut cunctantem hortarentur, repente comprehensi menti grauioris quæstionis detegunt insidias. Æstat is eius principio, qua hæc gerebantur: P. Scipio in Hispania cum hyemem totam reconciliandis barbarorum animis partim donis, partim remissione obsidum captiuorumq; absumpsisset: Edeſco ad eū, clarus inter duces Hispanos, uenit. Erant coniux, liberiq; eius apud Romanos. sed præter eam causam etiā uelut fortuita inclinatio animorum, quæ Hispaniam omnē auerterat ad Romanum à Punico imperio: traxit eum. Eadem causa Indibili, Mandonioq; fuit, haud dubie omnibus Hispaniæ principibus, cum omni popularium manu, relicto Asdrubale, secedendi in imminenteis castris eius tunulos: unde per continentia iuga tutus receptus ad Romanos esset. Asdrubal cum hostium res tantis augeſcere incrementis cerneret: suas immurui: ac fore: ut, nisi audendo aliquid moueret: qua cœpissent, fluerent: dimicare quamprimum statuit. Scipio audior etiā certaminis erat, cum ea spe: quam successus rerum augebat: tum quod prius quam iungerentur hostium exeret: cū uno dimicare duce, exercitūq; quàm simul cum uniuersis malebat. Cæterum etiā si cum pluribus pariter dimicandum foret: arte quadam copias auererat, nam cum hi

deret

deret nullum esse nauium usum: quia uacua omnis Hispania ora classibus Punicis erat: subductis nauibus Tarraconem, nauales socios terrestribus copijs addidit. Et armorum affatim erat captorum Carthagine: & quæ post captam eam fecerat, tanto opificum numero incluso. Cū ijs copijs Scipio ueris principio ab Tarracone egressus (iam enim & Lælius redierat ab Roma: sine quo nihil maioris rei motum uolebat ducere) ad hostem pergit. Per omnia pacata eunti, ut cuiusq; populi fines transiret, prosequentiūbus, exāpientibusq; socijs: Indibilis, & Mandonius cum suis copijs occurrerunt. Indibilis pro utroq; locutus haudquaquam ut barbarus stolide incauteq;: sed potius cum uerecunda grauitate: propiorq; excusanti transiſionem ut necessariam, quam gloriant eam uelut priuam occasionem raptam. Scire enim se: transfugæ nomē execrabile ueteribus socijs, nouis suspectum esse. neq; .n. se reprehendere nomen hominum: si tam anceps odiū causa, non nomen faciat. Merita inde sua in duces Carthaginenses commemorauit. auaritiā contra eorum, superbiamq; & omnis generis iniurias in se, atq; populos. Itaq; corpus diuitaxat suum ad id tps apud eos fuisse: animū iam pridem ibi esse: ubi ius ac fas crederet coli. ad eos quoq; conſurgere supplices: qui nequeant hominum uim, atq; iniurias pati. se id Scipionem orare: ut tráſiſiō sibi nec fraudi apud eum, nec honori sit. quales ex hac die experiundo cognouerit: perinde operæ eorum pretium faceret. Ita prorſus respondet facturum Romanus: nec pro transfugis habiturum: qui non duxerint sortatatem ratam: ubi nec diuini quicquam, nec humani sanctum esset. Producta deinde in conspectum ijs coniuges, liberiq; lachrymantibus præ gaudio redduntur: atq; eo

Tit. L.

A A

die in hospitium adducti. Postero die cœdere accepta fides: dimissiq; ad copias adducendas. Iisdem deinde in castris tendebant: donec duabus ijs ad hostem perueni- tum est. Proximus Carthaginensium exercitus Asdrubalis propè urbem Beulam erat. pro castris equitum stationes habebat. In eas uelites assignauitq;, & qui primi agminis erant: aduenientes ex itinere, prius quam castris locum caperent: adeo contemptim impetum fecerunt: ut facile apparet: quid utriq; parum animorum esset. In castra trepida fuga compulsi equites sunt: signaq; Romana portis propè ipsis illata. Atq; illo quidem die irritatis tantum ad certamen animis, castra Romani posuerunt. Noctè Asdrubal in tumultum copias recepit, plano campo in summo patentem: & fluiuius ab tergo, ante, circaq; uelut ripa præceps oram eius omnem cingebat. suberat & altera inferior summissa fastigio planities. eam quoq; alteram crepido haud facilius in ascensum ambibat. In hunc inferiorem campum postero die Asdrubal, postquam stantem pro castris hostium acie uidit: equites numidas, leuiumq; armorum Baleares, & Afros demisit. Scipio circunuectus ordines signaq;, ostendebat hostem, prædaminata spe dimicandi æquo campo, captantem tumultos. Loci fiducia, non uirtutis armorumq; stare in conspectu. sed altiora incenia habuisse Carthaginem: quæ transcendisset miles Romanus. nec tumultos, nec arcem, nec mare quidem armis obstinisse suis. ad id fore altitudines: quas cepissent hostes: ut per præcipitia & prærupta salientes fugerent. eam quoq; se illis fugâ clausurum. Cohortesq; duas, alteram tenere fauces uallis, per quam deferretur amnis: iubet: alteram uiam insidere, quæ ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret. ipse ex-

peditos, qui pridie stationes hostium perpulerant: ad læuem armaturam infimo stantem super alio ducit. Per aspera primum nihil aliud, quàm uia impediti iere. deinde ut sub iactum uenerunt: telorum primo omnis generis uis in gens effusa est in eos. ipsi contra saxa, quæ locus strata passim omnia fermè missilia præbet: ingerere: non milites solum: sed etiam turba calorum immista armatis. Cæterum quanquam ascensus difficilis erat: & propè obruebantur telis, saxisq;: assuetudine tamen succedendi muros, & perantia animi subierunt primi. Qui simul capere aliquid æqui loci: ubi firmo consisterent gradu: leuem & concursatorem hostem, atq; interuallo tutum, cum procul missilibus pugna eluditur: instabilem eundem ad comminus conferendas manus: expulerunt loco & eum cæde magna in aciem altiore superstantem uulnulo impegere. Inde Scipio iussis aduersus mediam euadere aciem uictoribus, cæteras copias cum Lælio diuidit: atq; eum parte dextra tumuli circumire, donec mollioris ascensus uiam inueniret: iubet. ipse ab læua circuitus haud magno in transuersos hostes incurrit. Inde primo turbata acies est: dum ad circunsonantem undiq; clamorem flectere cornua, & obuertere ordines uolunt. Hoc tumultu & Lælius subijt. & dum pedem referunt: ne ab tergo uulnerentur: laxata prima acies: locusq; ad euadendum medijs datus est: qui per tam iniquum locum stantibus integris ordinibus, elephantisq;: ante signa locatis, nunq; euassissent. Cum ab omni parte cædes fieret: Scipio, qui læuo cornu in dextrum incurrerat: maxime in nuda hostium latera pugnabat. Etiam ne fugæ quidem patebat locus. nam & stationes utriusq; Romanae, dextra, læuaq; insederant uias: et castror; portam ducis principiq;

fuga clauserat: addita trepidatione elephantorum: quos territos æq; , atq; hostes timebant. Cæsa igitur ad octo milia hominum. Asdrubaliam antequam dimicaret, pecunia raptæ, elephantisq; prænuissis, quamplurimos poterat de fuga excipiens, præter Tagum flumen ad Pyrenæum tendit. Scipio castris hostium positus, cum præter libera capita omnem prædam militibus concessisset: in recensendis captiuis deceni millia peditum, duo millia equitum inuenit. ex ijs Hispanos sine pretio omnes donum dimisit: Afros uendere quaestorem iussit. Circumsusa inde omnis multitudo Hispanorum & ante deditorum, & pridie captorum regem eum ingenti consensu appellauit. Tum Scipio silentio per præconem factò, sibi maximum nomen imperatoris esse dixit: quo se milites sui appellasent. regium nomen alibi magnum, Romæ intolerabile esse. regalem animum in se esse. si id in hominis ingenio amplissimè ducerent: tacite iudicarent: uocis usurpatione abstinere. Senfere etiam barbari magnitudinem animi, cuius miraculo nominis alij mortales stupere: id ex tam alto fastigio aspernantis. Dona inde regibus, principibusq; Hispanorum diuisa. & ex magna copia captorum equorum trecentos, quos uellet, eligere Indibilem iussit. Cum Afros uenderet iussu imperatoris quaestor: puerum aduultum inter eos forma insigni, cum audisset regis generis esse ad Scipionem misit. Quem cum percurrerent Scipio, quis, & cuius, & cur id ætatis in castris fuisset: Numidam se esse ait. Massium populares uocare. orbem à patre relictum, apud matrem auum Galam Regem Numidarum educatum. cum auunculo Masaniissa, qui nuper cum equitatu subsidio Carthaginensibus uenisset: in Hispaniam traicisse prohibuit. propter ætatem à

Masaniissa, nunquam ante prælium iniisse. eo die se, quo pugnatum cum Romanis esset: in scio auunculo clam armis equoq; sumpto in aciem exisse. ibi prolapsus equo effusus in præceps captum ab Romanis esse. Scipio cum asseruari Numidam iussisset, quæ pro tribunali agenda erant, peragit. inde cum se in prætorium recepisset: uocatum eum interrogat: uellet ne ad Masaniissam reuertis? Cum effusus gaudio lachrymis cupere uero diceret: tum puero anulum aureum, tunicam lato clauo cum Hispano sagulo, & aurea fibula, equumq; ornatum donat: iussisq; profectui quoad uellet equitibus, dimisit. De bello inde consilium habitum. & auctoribus quibusdã, ut confestim Asdrubalem consequeretur: anceps id ratus, ne Mago atq; alter Asdrubal cum eo iungere copias: præsidio tantum ad insidendum Pyrenæum missò, ipse reliquum æstatis recipiendis in fidem Hispania populis absumpsit. Paucis post prælium factum ad Betulam diebus, cum Scipio rediens iam Tarraconem salutem Castulonensi excessisset: Asdrubal Gisgonis filius, & Mago imperatores ex ulteriore Hispania ad Asdrubalem uenere: seruum post male gestam rem auxilium: Consilio in cætera exequenda belli haud parum opportuni. ibi conferentibus, quid in cuiusq; prouinciæ regione animorum Hispanis esset unus Asdrubal Gisgonis ultimam Hispaniam oram, quæ ad Oceanum, & Gades uergit: ignaram ad huc Romanorum esse, eoq; Carthaginensibus satis fidè censebat. Inter Asdrubalem alterum, & Magonem consabat: beneficijs Scipionis occupatos omnium animos publice, priuatimq; esse: nec transitionibus finem ante fore: quàm omnes Hispani milites aut in ultima Hispania amoni, aut traducti in Galliam forent. Ita q; etiam si sena

tus Carthaginienſium non cenſuiſſet: eundem tamen: Aſdrubali fuiſſe in Italiam: ubi belli caput, & rerum ſumma eſſet. ſinuſq; & Hiſpanos omnes procul ab nomine Scipionis ex Hiſpania abduceret. exercitum eius cum tranſitionibus, tum aduerſo prælio imminutum Hiſpanis repleri militibus. Et Magonem, Aſdrubali Giſgonis filio tradito exercitum, ipſum cum grandi pecunia ad conducenda mercede auxilia in Baleares traicere. Aſdrubalem Giſgonis cum exercitum penitus in Luſitaniam abire: nec cum Romanis manus conferere. Maſaniſſæ ex omni equitatu quod roboris eſſet, tria millia equitum expleri: eumq; uagum per ceteriorem Hiſpaniam ſocijs opem ferre: hoſtium oppida, atq; agros populari. His decretis, ad exequenda, quæ ſtamerant: duces digreſſi. Hæc eo anno in Hiſpania aſta. Romæ fama Scipionis in dies creſcere. Fabio Tarentum capium aſta magis quam uirtute, gloria tamen eſſe. Fuluij ſeneſcere fama Marcellus etiam aduerſo rumore eſſe: ſuper quam quod primo male pugnauerat: quia uagante per Italiam Annibale, media aſtate Venuſiam in teſta milites abduxifſet. Inimicus erat ei C. Publicius Bibulus trib. plebis. Is iam à prima pugna, quæ aduerſa fuerat: aſſidujs concionibus infamem, inuiſumq; plebi Claudium fecerat: & iam de ipſo abrogando eius agebat. cum tamen neceſſarij claudij obtinuerunt: ut relicto Venuſiæ legato, Marcellus Romam rediret ad purganda ea: quæ inimici obijcerent: nec de imperio eius abrogando abſente ipſo agerent. Forte ſub idem tempus & Marcellus ad deprecandam ignominiam, & Q. Fuluius conſul comitiõrum cauſa Romam uenit. Aſtum de imperio Marcelli in circo flaminiõ eſt, in genti concuſſu plebisq; & omnium ordinum. accuſauitq; tri-

bunus pleb. non Marcellum modo: ſed omnem nobilitatem. Fraude eorum, & cunctatione fieri: ut Annibal decimum iam annum Italiam prouinciam habeat: diuitiusq; ibi, quam Carthagine uixerit. habere fructum imperij prorogati Marcello populum Romanum. bis caſum exercitum eius aſtina Venuſiæ ſub teſtis agere. Hanc tribuni orationem. ita obruit Marcellus commemoratione rerum ſuarum: ut non rogatio ſolum de imperio eius abrogando antiquaretur: ſed poſtero die conſulem eum ingenti conſenſu centuriæ omnes crearent. Additur collega T. Quintius Crifpinus: qui tum prætor erat. Poſtero die prætores creati P. Licinius Craſſus Diues, pontifex Maximus, P. Licinius Varus, Sex. Iulius Caſar, Q. Claudius Flaminius. Comitiõrum ipſorum diebus ſolicitæ ciuitas de Hetruria deſectione fuit. principiũ eius rei ab Arretinis fieri, C. Calpurnius ſcripſerat: qui eam prouinciam pro prætor obtinebat. Itaq; conſeſſum eõ miſſus Marcellus conſul deſignatus: qui rem iſpiceret: ac ſi digna uideretur: exercitum accito bellum ex Apulia in Hetruriam transferret. Eo metu compreſſi Hetruſci quieuerunt. Tarentinorum legati pacem petentibus cum libertate, ac legibus ſuis reſponſum ab ſenatu eſt: ut redirent: cum Fabius conſul Romam ueniſſet. Ludi & Romani, & Plebei eo anno in ſingulos dies inſtaurati. Aediles curules fuere L. Cornelius Claudius, et Ser. Sulpitius Galba: Plebei, C. Seruilius, & Q. Cælius Metellus. Seruilium negabant iure aut tribunum ple. fuiſſe: aut aedilem eſſe: quæ patrem eius, quem triumuirum agrariũ ocuſum à Boijs circa Muſinã eſſe, opinio p. decẽ annos fuerat: uiuere, atq; in hoſtium præte eẽ, fatiſ coſtabat. Undecimo anno Punici belli pſulatu inierunt M. Marcellus qntũ, (ut numeretur



consulatus, quem uicino creatus non gessit) & Quintus Crispinus. Vtriusq; consulibus Italia decreta provincia est: & duo consulares prioris anni exercitus: (tertius numerat) Venusia: cui M. Marcellus praefuerat) ita ut ex tribus eligerent duos: quos uellent: tertius ei traderetur: cui Tarentum, & Salerni provincia euenisset. Ceterae provinciae ita diuisae praetoribus: P. Licinio Varo urbana: P. Licinio Crasso Pontifici Maximo peregrina: & quae senatus censuisset: Sextio Iulio Casari Sicilia: Q. Claudio Flaminio Tarentum. Prorogatum imperium in annum est Q. Fulvio Flacco: ut provinciam Capuam, in qua & T. Quintus praetor fuerat: cum una legione obtineret. Prorogatum & C. Hostilio Tubulo est: ut proprator in Hetruriam ad duas legiones succederet C. Calpurnio. Prorogatum & L. Veturio Philoni est: ut proprator Galliam eandem provinciam cum isdem duabus legionibus obtineret: quibus praetor obtinuisset. Quod in L. Veturio, idem in C. Arunculeio decretum ab senatu. Lanusq; de prorogando imperio ad populum est. Qui praetor Sardiniam provinciam cum duabus legionibus obtinuerat: addita ei ad praesidium provinciae quinquaginta longae naues: quas P. Scipio ex Hispania misisset. Et P. Scipioni, & M. Syllano suae Hispaniae, suisq; exercitus in annum decreti. Scipio ex octuaginta nauibus, quas aut secum ex Italia adductas, aut captas Carthagine habebat: quinquaginta in Sardiniam transmittere iussus: quia fama erat: magnum naualem apparatus eo anno Carthagine esse: CC nauibus omnem oram Italiae, Siciliae, Sardiniaeq; implentur. Et in Sicilia ita diuisa res est. Sex Casari exercitus Cannensis est datus. M. Valerius Leuinus (ei quoq; enim in annum prorogatum imperium est) clas-

sem, quae ad Siciliam erat: nauium LXX obtineret, adderet eò XXX naues: quae ad Tarentum priore anno fuerant. cum ea centum nauium classe, si uideretur ei: praedatum in Africam traiceret. Et P. Sulpitio, ut eadem classe Macedoniam, Graeciamq; provinciam haberet: prorogatum in annum imperium est. De duabus, quae ad urbem Romam fuerant legionibus nihil mutatum. Supplementum, quo opus esset: ut scriberent, consulibus permissum. Vna & uiginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est. Et P. Licinio Varo praetori urbis negotium datum: ut naues longas XXX ueteres reficeret: quae Hostiae erant: & uiginti nouas naues socijs nauibus impletet: ut quinquaginta nauium classe oram maris uicinae urbi Romae ueri possset. C. Calpurnius uentus ab Arretho mouere exercitum: nisi cum successor uenisset. Idem & Tubulo imperatum: ut inde praecipue caueret ne qua noua consilia orirentur. Praetores in provinciis profecti. Consules religio tenebat: quod prodigijs alii quot nuntiatis, non facile litabant. Ex Campania nuntiata erant: Capuae duas ades, Fortuna, & Martis, & se pulchra aliquot de caelo tacta: cum ijs, (adeo minimis etiam rebus praua religio inserit deos) mures in aede Iouis aurum rosisse. Cassini ex amen apum ingens in foro condisse. Et Hostiae murum, portamq; de caelo tactam. Cere uulturem uolasse in aedem Iouis. Vulfinijs sanguine lacum manasse. Horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit. per dies aliquot hostiae maiores sine litatione caesae: diuq; non impetrata pax deum. in capita consulum, Rep. incolumi, exitibilis prodigiorum euentus uerit. Ludi Apollinares Q. Fulvio, Ap. Claudio Cons. à P. Cornelio Sulla praetore urbis primum facti erant: in

de omnes deinceps prætores urbani fecerant. sed in unum annum uocabant: dieq; incerto faciebant. Eo anno pestilentia gravis incidit in urbem, agrosq; : quæ tamen magis in morbos longos, quam in perniciales euasit. Eius pestilentia causa, & supplicium per compita tota urbe est: & P. Licinius Varus prætor urbis legem ferre ad populum iussus: ut hi ludi in perpetuum in statum diem uouerentur. Itaq; ipse primus ita uouit: se autq; ante diem III Nonas Quintiles. is dies deinde solennis seruatus. De Arretinis & fama in dies grauior, & cura crescere patribus. itaq; C. Hostilius scriptum est: ne differret obsides ab Arretinis accipere. & cuitra deret Romam deducendos: C. Terentius Varro cum imperio missus. qui ut aduenit: extemplo Hostilius legionem unam, quæ ante urbem castra habebat: signa in urbem ferre iussit: præsidiaq; locis idoneis disposuit. tum in foro citatis senatoribus obsides imperauit. Cum senatus biduum ad considerandum tempus peteret: aut ipsos extemplo dare: aut se postero die senatorum omnes liberos sumpturum, edixit. inde potestas custodire iussit tribuni militum, præfectisq; socium, & centurionibus: ne quis nocte urbe exiret. Id seignius, negligentiusq; factam. septem principes senatus, prius quam custodia in portis locarentur: ante noctem cum liberis euaserunt. Postero die luce prima cum senatus in forum citari cœpnus esset: desiderati: bonaq; eorum uenerunt. à cæteris senatoribus CXX obsides, liberi ipsorum accipiti: traditiq; C. Terentio Romam deducendi. Is omnia superiora, quam ante fuerant: in senatu fecit. itaq; tanquam imminente Hetrusco tumultu, legionem alteram ex urbanis Arretium ducere iussus ipse C. Terentius: eaq; habere in præsidio urbis. C. Hostilius cum cætero exercit

cum placuit totam provinciam per agrare: & cauere: ne qua occasio nouare cupientibus res darentur. C. Terentius ut Arretium cum legione uenit: clauas portarum cum magistratus poposcisset: ne ganibus ijs comparere, frans de amotas magis ratus, quam negligentia intercidisse, ipse alias clauas omnibus portis imposuit: cavitq; cum cura: ut omnia in potestate sua essent. Hostilius intensius monuit: ut in eo spem non moturos quicquam Hetruscos poneret: si nequid mouere possent, præcauisset. De Tarentinis inde magna contentione in senatu actum coram Fabio: defendente ipso, quos caperat armis: alijs insensis: & plerisq; æquantibus eos Campanorum noxæ, pœnæq; . S. C. in sententiam M. Aclij factum est: ut oppidum præsidio custodiretur: Tarentinisq; omnes intra mœnia continerentur: res integra postea referretur: cum tranquillior status Italiae esset. Et de M. Lini præfecto arcis Tarentinae: haud minore certamine actum est: alijs sententijs notantibus præfectum: quod eius secordia Tarentum prodium hosti esset: alijs præmia decernentibus: quod per quinque annos arcem tutatus esset: maximeq; uirtus eius operæ receptum Tarentum foret: medijs ad censors, non ad senatum notionem de eo pertinere dicentibus, cuius sententia & Fabius fuit. adiecit tamen: fateri se opera Lini Tarentum receptum: quod amici eius uulgo in senatu iactassent. neq; enim recipiendum fuisse: nisi amissum foret. Consulum alter Quintius Crispinus ad exercitum, quem Q. Fuluius Flaccus habuerat: cum supplemento in Lucanos est profectus. Marcellum alia atq; alia obiectæ animo religiones tenebant. in quibus: quod cum bello Gallico ad Clusidium ædem Honori, & Virtuti uouisset, dedicatio eius à pontificibus impediatur:

quod negabant unam cellam duobus recte dedicari. quasi de celo taeta, aut prodigijs aliquid in ea factum esset: difficilis procuratio foret: quod utri deo divina res fieret, sciri non possent. neque enim duobus, nisi certis deis rite una hostia fieri. Ita addita Virutis ædes appropere opere. neque tamen ab ipso ædes eæ dedicata sunt. Tum denum ad exercitum, quem priore anno Venusiæ reliquerat: cum supplemento proficiscitur. Locros in Brutijs Crispinus oppugnare conatus, quia magnam famam attulisse Fabio Tarentum ferebatur: omne genus tormentorum, machinarumque; ex Sicilia accesserat: et naves indidem accite erant: quæ uer gente ad mare partem urbis oppugnarent. Ea omissa oppugnatio est: quia Lacinium Annibal ad mouerat copias: et collegam eduxisse iam à Venusiæ exercitum fama erat: cui coniungi uolebat. Itaque in Apuliâ ex Brutijs reditum est: et inter Venusiam, Bantiâque minus trium millium passuum intervallo consules binis castris confederant. In eandem regionem et Annibal redijt: amersus ab Locris bello. Ibi ambo consules in genio feroces: propè quotidie milites in aciem exire: haud dubia spe: si duobus exercitibus consularibus iunctis commisset sese hostis: debellari posse. Annibal quia cum Marcello bis priore anno congressus uicerat: metusque erat: ut cum eodè si dimicandum foret: nec spem, nec metum ex uno haberet: ita duobus consulibus haudquaquam sese parem futurum credebat, itaque totus in suas artes uersus insidijs locum querebat. Leuia tamen prælia inter bina castra uario euentu fiebant. quibus cum extrahi æstatem posse consules crederent: nihilominus oppugnari Locros posse ratum, L. Cincio, ut ex Sicilia Locros cum classe traiceret: scribunt. Et ut ab terra quoque oppugnari incerni possent: ab

Tarento partem exercitus, quæ in præsidio erat: duci eò insenserunt. Ea ita futura per quosdam Thurinos comperta Annibali cum essent: mittit ad insidendam ab Tarento uia. Ibi sub tumultu Petellæ equitum duo, peditum tria millia in occulto locata: in quæ explorato euntes Romani cum incidissent: ad duo millia armatorum caesa: et mille et CC ferme uiui capti. alij dissipati fuga per agros, salusque Tarentum rediere. Tumulus erat syluestris inter Punica et Romana castra, ab neutris primo occupatus: quia Romani qualis pars eius, quæ uergeret ad hostium castra: eēt, ignorabant. Annibal insidijs, quam castris aptiorum eū crediderat. itaque nocte ad id missas aliquot Numidarum uermas medio in saltu condiderat. quorum interdum nemo ab statione mouebatur: ne aut arma aut ipsi procul conspicerentur. Fremebat uulgo in castris Romanis: occupandum eum tumultum esse: et castello firmandum: ne, si occupatus ab Annibale foret: uelut in ceruicibus haberent hostem. Mouit ea res Marcellum. et collegæ, quinimus, inquit, ipsi cum equitibus paucis exploratum? subiecta res oculis nostris certius dabit consilium. Consentiente Crispino, cum equitibus ducentis et uiginti, ex quibus XL Freggiani, ceteri Hetrusci erant: proficiscuntur. Secuti M. Marcellus consulis filius, et A. Manlius, tribunus militum: simul et duo præfecti socium, L. Arennius, et M. Aulius. immolasse eo die quidam prodidere memorie Cons. Marcellum: et prima hostia caesi, iecur sine capite inuentum: in secunda omnia comparuisse: quæ assolent. Auctum etiam uisum in capite: nec id sanè aruspici placuisse: quod secundum trunca et turpia exta nimis lata apparuissent. Ceterum consulem Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandum Annibale: ut nunquam satis

castra castris collata crederet. Tum quoq; uallo egredietur signū dedit: ut ad locum miles esset paratus: ut si collis, in quem speculatum irent: placuisset: uasa colligerent: ac sequerentur. Exiguum campi ante ea castra erat: inde in collem aperta undiq; & conspecta ferebat uia. Numidus speculator nequaquam in spem tantæ rei positus, sed si quos uagos pabuli, aut lignorum causa longius a castris progressos posset excipere: signum dat: ut pariter ab suis quisq; latebris exorirentur. Non ante apparere, quibus obuijs ab iugo ipso consurgendum erat: quam circumiere qui ab tergo includerent uiam. Tum undiq; omnes exortit: & clamore sublato impetum fecere. Cum in ea ualle consules essent: ut neq; euadere possent in iugum occupatum ab hoste: nec recaptum ab tergo circumuenti haberet: extrahi tamen diutius certamen permittit: nisi cepta ab Hetruscis fuga periculum ceteris iniicisset. Non tamen omnes pugnam deseruit ab Hetruscis Fregeellani donec integri consules hortado, ipsiq; ex parte pugnando rem sustinebant. Sed postquam uulneratos ambos consules, Marcellum etiam transfixum lancea prolabantem ex equo moribundum uidere: tum & ipsi (perpauca autem superant) cum Crispino consule duobus iaculis ictis, & Marcello adolecentem, saucio & ipso, effugerunt. Interfecti A. Manlius tribunus militum: & ex duobus praefectis socium M. Aulius occisus: Arennius capus. & lictores consulum quinque uiui in hostium potestatem uenerunt. ceteri aut interfecti: aut cum consule effugerunt. equorum tres & XL aut in prelio, aut in fuga ceciderunt: duo de uiginti uiui capti. Et tumultuatum in castris fuerat: ut consulibus irent subsidio: cum consulem, & filium alterius consulis saucios, exiguasq; infelicis expeditionis reliquias ad ca-

stra uenientes cernunt. Mors Marcelli cum alioquin miserrabilis fuit: tum quod nec pro ætate, (maior iam. n. LX annis erat) neq; pro ueteris prudentia ducis, tam improvide se: collegamq;, & propè totam Rempublicam in praecipit dederat. Multos circa unam rem ambibus fecerim: si, quæ de Marcelli morte uariât authores: omnia exequi uelim. Ut omittam alios: C. Lælius triplicem rei gestæ ordinem edit: unam tradit à fama: alteram scriptam laudatione filij: qui rei gestæ interfuit: tertiam: quam ipse pro inquisita, ac sibi comperta affert. Ceterum ita fama uariât: ut tamen pleriq; loci speculandi causa castris egressum, omnes insidijs circumuentum tradant. Annibal magnam terrorem hostibus morte consulis unius, uulnere alterius iniectum esse ratus, ne cui deesset occasio: castra in tumultum, in quo pugnatum erat: ex templo transfert. ibi inuentum Marcelli corpus sepelit. Crispinus & morte collegæ, & suo uulnere terrius, silentio insequens noctis profectus, quos proximos nactus è monte is: in ijs loco alto & tuto undique castra posuit. ibi duo duces sagaciter moti sunt, alter ad inferendam, alter ad cauendam fraudem. Annulo Marcelli simul cum corpore Annibal positus erat. eius signi errore necui dolus uideretur à Pæno, memens Crispinus, circa ciuitates proximas miserat nuntios: occisum collegæ esse: analog; eius hostem positum: ne quibus, litteris crederent nomine Marcelli positus. Paulo ante hic nuntius consulis Salapiam uenerat: cum litteræ ab Annibale allatæ sint, Marcelli nomine compositæ: se nocte, quæ diem illum secutura esset: Salapiam uenisse paratū milites essent: qui in praesidio erant: si qua opera eorum opus esset. Sensere Salapiani fraudem: et ab ira non defectionis modo, sed etiam equum interfecto

rum rati occasionem supplicij petere, misso retro nuntio, (perfuga autem Romanus erat) ut sine arbitrio milites, quæ uellent, agerent: oppidanos per muros, urbisq; opportuna loca in stationibus disponunt: custodias, uigiliasq; in eam noctem intentius instruunt: circa portam, qua ueruum hostem tebantur: quod roboris in præsidio erat, opponunt. Annibal quarta uigilia fermè ad urbem accessit. Primi agminis erant perfuga Romanorū: & arma Romana habebant. ij ubi ad portam est uentum: Latine omnes loquentes excitant uigiles: apeririq; portam iubent, consulem adesse. Vigiles uelut ad uocem eorum excitati, unmuluari: trepidare: moliri. porta cataracta deiecta clausa erat. eam partim uectibus leuant: partim submersis subducunt in tantum altitudinis: ut subire recti possent. Vixdum satis patebat iter: cum perfuga certatim runit per portam. & cum sexcenti fermè intrassent: remisso sine quo suspensa erat, cataracta magno sonitu cecidit. Sa Lapani, alij perfugas negligenter ex itinere suspensa humeris, ut inter pacatos, gerentes arma inuadunt: alij è turri eius portæ murisq; saxis, sudibus, pilis absterrent hostem. Ita inde Annibal sua et ipse fraude capnis abiit: profectusq; ad Locrorum soluendam obsidionem: quam Cincius summa ui, operibus, tormentorumq; omni genere ex Sicilia aduecto oppugnabat. Magoni iam haud fermè sustinenti, retenturum defensurumq; se urbem, prima spes morte nuntiatâ Marcelli affulsit: secutus inde nuntius: Annibalem Numidarum equitatu præmisso, ipsum quantum accelerare posset, cum pedum agmine sequi. Itaq; ubi primum Numidas edito è speculis signo aduentare sensit: & ipse patefacta repente porta ferrox in hostes erumpit. Et primo, magis quia iprouiso id fecerat: quàm quod

par uiribus

par uiribus esset anteps certamen erat. deinde ut superuenerere Numidæ: tantus paor Romanis est iniectus: ut passim ad mare, ac naues fugerent, relictis operibus, machinisq; quibus muros quatebant. Ita aduentu Annibalis soluta Locrorum obsidio est. Crispinus postquam in Brutios profectum Annibalem sensit: exercitum, cui collega præfuerat: M. Marcellum tribunum militum Venusiam ad ducere iussit. ipse cum legionibus suis Capuâ profectus, uix lecticæ agitationem prægrauitate uulnerum patiens, Romam litteras de morte collegæ scripsit: quantoq; ipse in discrimine esset. Se comitorum causa non posse Romam uenire: quia nec uia laborem passurus uideretur: et de Tarento solicius esset: ne ex Brutijs Annibal eò conuerteret agmen. legatos opus esse ad se miti uiros prudentes: cum quibus quæ uellet. de Repub. loqueretur. Hæ litteræ recitata: & magnum luctum morte alterius consulis, & metum de altero fecerunt. Itaq; Q. Fabium filium ad exercitum Venusiam miserunt: & ad consulem tres legati missi, Sex. Iulius Cæsar, L. Licinius Pollio, L. Cincius Alimentius: cū paucis ante diebus ex Sicilia redisset. Hi nuntiare consili iussi: ut si ad comitia ipse Romam uenire non posset dictator è in agro Romano diceret comitorum cæsi consul Tarentum profectus esset: Q. Claudium prætorem place in eam regionem inde abducere legiones: in qua plurimas sociorum urbes tueri posset. Eadem æstate Valerius cum classe centum nauium ex Sicilia in Africam transiit: & ad Clupeam urbem excursionem facta agrum late nullo fermè obuio armato uastauit. inde ad naues raptim prædatores recapti: quia repente fama accidit: classem Punicam aduentare. LXXX erant & tres naues. Cum ijs haud procul Clupea prospere pugnat Roma/

Tit.L.

BB

*nus*. Decem & octo nauibus captis, fugatis alijs, cum magna terrestri nauiliq; præda Lilybæum redijt. Eadem æstate & Philippus implorantibus Achæis auxiliũtulit. quos & Machanidas Tyrannus Lacedæmoniorum finitimo bello urgebat: & Ætoli nauibus per fretum, quod Naupactum, & Patras interfuit: (Rhion incolæ uocant) exercitum traiecto, depopulatũ erant. Attalum quoq; Regem Asiæ, quia Ætoli summum gentis sue magistratum ad eum proximo concilio deuilerant: fama erat in Europam traiecturum. Ob hoc Philippo in Græciam descendenti ad Lamiam urbem Ætoli duce Phylia q; prator in eum annum cum absente Attalo creatus erat: occurrerunt. Habebant & ab Attalo auxilia seicũ: & fermè mille ex Romana classe à P. Sulpitio missos. Aduersus hunc ducem, atq; has copias Philippus bis prospero euentu: pugnauit: multos admodum hostium utraque pugna occidit. Inde cum Ætoli metu compulsi Lamiaæ urbis mœnibus tenerent sese: Philippus ad Phaleram exercitum reduxit. In Maliaco sinu is locus est, quondam frequenter habitatus propter egregium portum, uitasq; circa stationes, & aliam opportunitatem maritimam, terrestremq;. Eo legati ab Rege Ægypti Ptolemao, Rhodijsq; & Atheniensibus, & Chijs uenerunt ad dirimendum inter Philippum, atq; Ætolos bellum. Adhibitus ab Ætolis ex finitimis pacificator Aminander Rex Athamanum. Omnium autem non tanta pro Ætolis cura erat, ferocioribus, quàm pro ingenijs Græcorum gentis: quàm ne Philippus, regnumq; eius graue libertatũturium rebus Græciæ immisceretur. De pace dilata consultatio est in concilium Achæorum: concilioq; ei & locus & dies certa indicta. interim triginta dierum induciæ

impetrata. Profectus inde Rex per Thessaliam Bœotiamq;, Chalcidem Eubœæ uenit: ut Attalum, quem clas se Eubœam petiturum audierat: portibus, & litorum apulsu arceret. Inde praesidio relicto aduersus Attalum, si forte interim traieisset: profectus ipse cum paucis equitum, leuisq; armatura Argos uenit. Ibi curatione Hereorum, Nemeorumq; suffragijs populi ad eum delata, quæ se Macedonum Reges ex ea ciuitate oriundos referunt: Hereis peractis, ab ipso ludicro extemplo Rhium profectus est ad indictum multo ante sociorum concilium. Ibi de Ætolico finiando bello actum: ne causa aut Romanis, aut Attalo intrandi Græciam esset. Sed ea omnia uix dum induciarum tempore circumactis, Ætoli turbauerunt: postquam & Attalum Æginam uenisse, & Romanam classem stare ad Naupactum audiuerunt. Vocati enim in concilium Achæorum, in quo eadem legationes erant: quæ ad Phaleram egerant de pace: primi questi sunt quædam parua contra fidem conuentionis tempore induciarum facta postremo negarunt dirimi bellum posse: nisi Messenijs Achæi Pylũ redderent: pax Romanis restituere tur Athamanis, Cordileo, Pleurato, Archidi. Enimvero indignum ratus Philippus uictos uictori sibi ultro conditiones ferre, ne antea quidem se aut de pace audisse, aut inducias pepigisse, dixit, spem ullam habentem quieturos Ætolos: sed ut omnes socios testes haberet: se pacis, illos belli causam quaesisse. Ita infecta pace concilium dimisit: quatuor millibus armatorum relictis ad praesidium Acheorũ: & quinque longis nauibus acceptis, quas si adiecisset missæ nup ad se classi Carthaginensium, & ex Bithinia ab Rege Prusia uenientibus nauibus: statuerat in nauali prælio laceffere Romanos, iã diu in ea regione potentes maris ip

se ab eo concilio Argos regressus . iam enim Nemeorum appetebat tempus : quæ celebrari uolebat præsentia sua. Occupato Rege apparatus ludorum, & per dies festos licentius, quæ inter belli temporaremittente animum, Sulpitius ab Naupactō profectus classem appulit inter Sicyonem, & Corinthum: agrumque nobilissimæ fertilitatis esse uastauit. Fama eius rei Philippum ab ludis exiit: raptimque cum equatu profectus, iussit se subsequi pedibus, palatos passim per agros, grauesque præda, ut qui nihil tale memerant: adortus Romanos compulit in naues. Classis Romana haudquaquam læta præda Naupactum rediit. Philippus ludorum quoque, qui reliqui erant: celebritatem quantacumque de Romanis tum uictoria parte fama auerat: lætitiisque in genti celebrati festi dies eo magis eni: quod populariter dempto capitis insigni, purpurisque, atque alio regio habitu, æquauerat cæteris se in speciem: quoniam nihil gratius est ciuitatibus liberis. Præbuisseque haud dubiam eo facto spem libertatis: nisi omnia intoleranda libidine sæda, ac deformia effecisset. uagabatur enim cum uno, aut altero comite per maritas domos dies noctesque: & submitendo se in priuatum fastigium, quo minus conspectus, eo solutor erat: & libertatem cum alijs uanâ ostendisset: totam in suam licentiam uerterat. neque enim omnia euebat: aut e blandiebatur: sed uim etiam flagitij adhibebat: periculosumque & uiris, & parentibus erat: moram incommoda seueritate libidini regie fecisse, uni etiam principi Achæorum Arato adempta uxor nomine Polycratia: ac spe regiarum nuptiarum in Macedonia asportata fuerat. Per hæc flagitia solenni Nemeorum pacto, paucisque additis diebus, Dymas est profectus ad presidium Ætolorum, quod ab Eleis accitum acceptumque

in urbem erat: eiciendum. Cyliadas, (penes eum summa imperij erat) Achæique ad Dymas Regi occurrere, & Eleorum accensi odio, quod à cæteris Achæis dissentiret: & in fensi Ætolis: quos Romanum quoque aduersus se mouisse bellum credebant. Profecti à Dymis coniuincto exercitu transeunt Larissum amnem: qui Eleum agrum à Dymæo dirimit. primum diem, quo fines hostium ingressi sunt: populando absumperunt. postero die acie instructa ad urbem accesserunt, præmissis equitibus: qui obequitando portis promptum ad excursionem genus lacefferent Ætolorum. Ignorabant Sulpitium cum quindecim nauibus ab Naupactō Cyllenem traiecisse: et expositis in terram quatuor millibus armatorum silentio noctis, ne conspici agmen posset: intrasse Elim. Itaque improvisa res ingentem iniecit terrorem: postquam inter Ætolos, Eleosque Romana signa, atque arma cognouere. Et primo recipere suos uoluerat Rex: deinde contracto iam inter Ætolos, & Triballos (Illyricorum id est genus) certamine, cum uergeri uideret suos & ipse Rex cum equitatu in cohortem Romanam incurrit. Ibi equus pilo traiectus cum prolapsus in caput Regem effudisset: atrox pugna utrinque accensa est: & ab Romanis impetu in Regem facto: & protegentibus regijs. Insignis & ipsius pugna fuit: cum pedes inter equites coactus esset prælium inire. deinde cum iam impar certamen esset: caderentque circa eum nulli: & uulnerarentur: raptus ab suis, atque alteri equo iniectus fugit. Eo die castra V millia passuum ab urbe Eleorum posuit. postero die omnis copias ad propinquum Eleorum castellum, quod Pyrgum uocant: duxit: quod agrestium multitudinem cum pecoribus metu populationum compulsum audierat. eam inconditam, inermemque nullam di-

nem primo statim terrore adueniens cepit: compensaueratq; ea præda, quod ignominia ad Elim acceptam fuerat. Diuidenti prædam, captiuosq; (fuerunt autem quatuor millia hominum: pecorumq; omnis generis ad milia uiginti) nuntius ex Macedonia uenit Eropum quemdam corrupto arcis præsidijq; præfesto, Lychnidum capisse: tenere & Dassareiorum quosdam uicos: & Dardanios et prære. Omisso igitur Achaico, atq; Aetolico bello, relictis tñ duobus millibus & quingentis omnis generis armatorum, cum Menippo & Polyphanta ductibus ad præsidij sociorq; profectus ab Dymis per Abcaia, Bœotiamq; & Eubœam, decimis castris Demetriadem in Thessaliam peruenit. Ibi alij maiorem afferentes uulnula nuntij occurrunt: Dardanos in Macedoniam effusos Orestidem iam tenere: ac descendisse in Argestu campum: famamq; inter barbaros celebrem esse: Philippium occisum. Expeditione ea, qua cum populatoribus agrj ad Sycionem pugnauit: in arborem illatus impetu equi ad eminentem ramum cornu alterum galeæ presiguit, id inuentum ab Aetolo quodam, platumq; in Aetolia ad Scerdilem, cui notum erat insigne galeæ: famam interfecti Regis uulgauit. Post profectioem ex Achaia Philippi Regis, Sulpitius Aeginam classe profectus cum Atalio sese coniunxit. Achæi cum Aetolis, Eleisq; haud procul Messene prosperam pugnam fecerunt. Attalus Rex & P. Sulpitius Aegina hybernauerunt. Exitu huius anni T. Quintus consul, dictatore comitorij ludorūq; faciendoꝝ causa dicto L. Manlio Torquato, ex uulnere moriuit. Alij Tarenti, alij in Campania mortuum tradunt. Id quæ nullo ante bello acciderat: duo consules sine memoria do prælio interfecti uelut orbam remp. reliquant. Dicta-

tor Mælius magistrum equitum C. Seruilium, qui tum adilitis curulis erat: dixit. Senatus quo die primum est habitus: ludos magnos facere Dictatorem iussit: quos M. Aemilius prætor urbis, C. Flaminius, Cn. Seruilius: consules, fecerat: & in quinquennium non erat. Tum dictator et ludos fecit: & insequens lustrum uouit. Ceterum cum duo consulares exercitus tam propè hostem sine duabus essent: omnibus alijs omissis, una præcipua cura patres, populumq; incessit consules primo quoq; tempore creandi: ut eos potissimum crearent: quorum uirtus satis tanta à fraude Punica esset. Cum toto eo bello damnosa præpropera ac feruida ingenia imperatorum fuissent: tum eo ipso anno consules nimia cupiditate cōserendi cum hoste manum, in nec opinatam fraudem lapsos esse. ceterum deos immortales misertos nominis Romani percessisse innoxijs exercitiis: tameritatem consulum ipsorum capitibus damnaſſe. Cum circumspicerent patres quos nam consules facerent: longe ante alios eminebat C. Claudius Nero, ei collega quærebatur. & uirum quidem eum egregium ducebant: sed promptiorem, acriorēq; quàm tempora belli postularent: aut hostis Anibal. temperandum acie ingenium eius moderato, & prudenti uiro adiuncto collega censebant. M. Liuius erat, multis annis ante ex consulatu populi iudicio damnatus. Quam ignominiam adeo ægre tulerat: ut & rus migraret: & per multos annos & urbe, & omni cœtu careret hominum. octauo fermè post damnationem anno. M. Claudius Marcellus, & M. Valerius Leuinus consules reduxerant eum in urbem, sed erat ueste obsoleta, capilloq; & barba promissa, præseferēs in uultu habitūq; insignē memoriam igno-



minia acceptæ. L. Veturius, & P. Licinius censeres eum  
 tondere, & squallorem deponere, & in senatum uenire,  
 fungiq; alijs publicis muneribus coegerunt. sed tum quo-  
 q; aut uerbo assentiebatur: aut pedibus in sententiã ibat:  
 donec cognati hominis eum causa M. Liuij Macati, cum  
 de fama eius ageretur: stantem coegit in senatu sententiã  
 dicere. Tum ex tanto interuallo auditus conuertit ora ho-  
 minum in se causamq; sermonibus præbuit: indigno ini-  
 iuriam à populo factam magnoq; id damno fuisse: quod  
 tam grami bello nec opera, nec consilio talis uiri usa Res  
 pub. esset. C. Neroni neq; Q. Fabium, neq; M. Valerium  
 Leuimum dari collegas posse: quia duos patrios creati  
 non liceret: eandem causam in T. Manlio esse: præterquã  
 quod recusasset delatum consulatum: recusaturusq; esset.  
 egregium par consulum fore: si M. Liuium C. Claudio  
 collegam adiunxissent. Nec populus mentionem eius rei  
 ortam à patribus est aspernatus. Vnus eam rem in ciuita-  
 te, is, cui deferebatur honor: abnucebat: lenitatem ciuitatis  
 accusans. Sordidatũ rei non misertos candidam togam in-  
 uito offerre. eodem honores, pœnasq; congeri. si bonum ui-  
 rum ducerent: quid ita pro malo, ac noxio damnassent?  
 quid ita male credito priore consulatu, alterum crederet?  
 Hæc, taliaq; arguentem, & querentem casti gabant pa-  
 tres: & M. Furium memorantes reuocatum de exilio, pa-  
 triam pulsum sede sua restituisse. ut parentum sauitiam,  
 sic patriæ patiẽdo ac ferendo leniendam esse. Adnixio-  
 nnes cũ C. Claudio M. Liuiũ Cõsulẽ fecerunt. Post diẽ ur-  
 tium eius diei pratorum comitiã habita. Pratores creati  
 L. Portius Licinius, C. Manlius, A. & C. Hostily Cato-  
 nes. Comitij perfectis, ludisq; factis, dictator, & magi-  
 ster equitum magistrum abierant. C. Terentius Varro in

Hetruriam proprator missus: ut ex ea provincia C. Hosti-  
 lius Tarentum ad eum exercitum iret: quem T. Quintius  
 consul habuerat. & L. Manlius trans mare legatus iret:  
 uiseretq; quæ ibi gererentur: simul, quod Olympia Iudi-  
 crum ea æstate futurum erat: quod maximo cœtu Græ-  
 ciæ celebraretur: ut si uito per hostem posset: adiret id con-  
 cilium: ut qui Siculi bello ibi profugi, aut Tarentini ciues  
 relegati ab Annibale essent: domos redirent: scirentq; sua  
 omnia ijs: quæ ante bellum habuissent: reddere populum  
 Romanum. Quia periculosissimus annus imminere uide-  
 batur: neq; consules in Repub. erant: in consules designa-  
 tos omnes uerji, quamprimum eos sortiri prouinciã, &  
 præstificere quam quis eorum prouinciã, quem hostem  
 haberet: uolebant. De reconciliatione etiã gratiã eorum  
 in senatu actum est: principio factõ à Q. Fabio Maximo.  
 Inimicitia autem nobiles inter eos erant: et acerbiores eas,  
 indignioresq; Liuij sua calamitas fecerat: quod spreum  
 se in ea fortuna credebat. itaq; is magis implacabilis  
 erat: & nihil opus esse reconciliatione aiebat. acrius &  
 intentius omnia gesturos, timentes ne crescendi ex se ini-  
 mico collegæ potestas fieret. Vicit tamen authoritas sena-  
 tus: ut positis simultatibus, communi animo consilioq;  
 administrarent Rempublicam. Prouinciã ijs non permis-  
 sta regionibus, sicut superioribus annis, sed diuersæ extre-  
 mis Italiæ finibus, alteri aduersus Annibalem Brutij, Lu-  
 cani, alteri Gallia aduersus Asdrubalem quem, Alpibus  
 appropinquare fama erat: decreta. Exercitum ex duobus  
 qui in Gallia, qui in Hetruria essent addito urbano eli-  
 geret, quẽ mallet: qui Galliã esset sortitus. Cui Brutij pro-  
 uinciã euenisset: nouis legionibus urbanis scriptis, utrius  
 mallet consulum prioris anni exercitum sumeret. relictũ

autem à consule exercitum Q. Fulvius proconsul acciperet: eiq; in annum imperium esset. & C. Hostilio, cui pro Hetruria Tarentum mutauerant provinciam: pro Tarento Capuam: legio una data est: cui Fulvius proximo anno præfuerat. De Asdrubalis aduentu in Italiam cura in dies crescebat. Massiliensium primum legatum nuntiauerant: eum in Galliam transgressum: erectosq; aduentu eius, quia magnam pondus auri attulisse dicebantur ad mercede auxilia conducenda: Gallorum animos. missi deinde cum ijs legatis ab Roma Sex. Antistius, & M. Retius ad rem inspiciendam, remulerant: mississe se cum Massiliensibus duabus: qui per hospites eorum principes Gallorum omnia explorata referrent. pro comperto habere: Asdrubalem in genti iam coactis exercitum proximo uere Alpes traiecturum: nec tum eum quicquam aliud morari: nisi quod clausa hyeme Alpes essent. In locum M. Marcelli L. Aquilius Pænis augur creatus: in auguratusq;. Et Cn. Cornelius Dolabella rex sacrorum in auguratus est in locum M. Martij: qui biennio ante mortuus erat. Hoc eodem anno & lustrum conditum est à censoribus P. Sempronio Tuditano, & M. Cornelio Cethego. Censuram capita CXXXVII millia C & VIII: minor aliquanto numerus: quam qui ante bellum fuerat. Eo anno primum, ex quo Annibal in Italiam uenisset: comitum testum esse, memoria proditum est: & ludos Romanos semel in stauratos ab adilibus curulibus Q. Metello, & C. Serulio. & plebeijs ludis biduum in stauratum est ab Q. Manlio, & M. Cæcilio Metello adilibus plebis. & tria signa ad Cereris ædem dederunt. & Iouis epulum fuit, ludorum causa. Consulatum inueiunt C. Claudius Nero, & M. Livius iterum, qui,

quia iam designati provincias sortiri erant: prætores sortiri iusserunt. C. Hostilio urbana iurisdicchio euenit: addita & peregrina: ut tres in provincias exire possent. A. Hostilio Sardinia, C. Manlio Sicilia, L. Portio Gallia euenit. Summa legionum trium & XX ita per provincias diuisa: ut binæ consulum essent: quatuor Hispania haberet: tres prætores binas, in Sicilia, in Sardinia, & Gallia: duas C. Terentius in Hetruria: duas Q. Fulvius in Brutijs: duas Q. Claudius circa Tarentum, & Salentinis: una C. Hostilius Tubulus Capua: duæ urbanae ut scriberentur. primis quatuor legionibus populis tribunos creauit. in cæteras consules miserunt. Prius quam consules proficiscerentur: nouendiale sacrum fuit: quia Veijs de cælo lapidauerat. Sub unius prodigi (ut fit) mentionem alia quoque nuntiata. Minturnis ædem Iouis, & lucum Maricæ, item Atellæ murum, & portam de cælo tectam. Minturnenses terribilius quod esset, adijciebant: sanguinis riuum in porta fluxisse. Et Capuæ lupus nocte portam ingressus uigilem laniamerat. Hæc procurata hostijs maioribus prodigia: & supplicatio diem unum fuit. & ex decreto pontificum iterum nouendiale instauratum: quod in Armilustro lapidibus uisum puluere. Libertas religione mentes turbauit rursus nuntiaam: Frusino ne infantem natum esse quadrimo parem: nec magnitudine tam mirandum: quam quod is quoq; ut Sinuessæ biennio ante, incertus mas, an femina esset, natum erat. id uero aruspices ex Hetruria acciti scædum ac turpe prodigiū dicere: extorem agro Romano procul terra contactu alio immergendum. uiuum in arcam condidere: prouectumq; in mare proiecerunt. Decreuerunt item pontifices: ut uirgines ter nouenæ per urbem euntes carmen canerent.

Id cum in Iouis Statoris æde discerent conditum ab Liuiio poeta Carmen: tacta de cælo ædes in Auentino Iunonis Regine, prodigiumq; id ad matronas pertinere aruspices cū respondissent: donoq; diuā placādā esse: ædiliū curiū edicto in Capitolū uocata, quibus in urbe Roma intraq; decimū lapidē ab urbe domicilia essent: ipsæ inter se quę & XX delegerunt: ad quas ex dotibus stipem conferrent. inde donum peluis aurea facta: lataq; in Auentinum: pure, casteq; à matronis sacrificatū. Consecrū ad aliud sacrificium eidem diuæ ab decemuiris edicta dies: cuius ordo talis fuit. ab æde Apollinis boues femina albæ duæ porta Carmentali in urbem ductæ: post eas duo signa capressæ Iunonis Regine portabantur. tum septē et uiginti uirgines longam indutæ uestem carmen in Iunonem Reginam canentes ibant, illa tempestate forsitan laudabile rudibus in genijs, nunc abhorrens & inconditum: si referatur. uirginum ordinem sequebantur decem uiri coronati laurea, prætextatiq;. à porta Iugario uicō in forū uenere. in foro pompa consistit. per manus restē data, uirgines sonum uocis pulsū pedum modulantes inceserunt. inde uico Tusco, Velabroq; per Boarium forum in cliuū publicum, atq; ædem Iunonis Regine perreptum. ibi duæ hostiæ ab decemuiris immolatæ & simulachra capressæ in ædem illata. Dijs rite placatis, delectū consules habebant acrius, intentiusq;, quam prioribus annis quisquam meminerat habitum. nam & belli terror duplicatus noui hostis in Italiā aduentu: & minus inuentus erat: unde scriberent milites. itaq; colonos etiā maritimos, qui sacrosanctam uacationem dicebantur habere: dare milites cogebant. quibus recusantibus edixere in diem certam: ut quo quisq; iure uacationem haberet: ad

senatum deferret. Ea die hi populi ad senatum uenerunt: Hostiensis, Alsiensis, Antias, Anxurās, Minturnensis, Sinueffanus, & à supero mari Senensis. Cum uacationes suas quisq; populus recitaret: nullius, cum in Italia hostis esset: præter Antiatem, Hostiensemq;, uacatio obseruata est. earumq; coloniarum iuniores iureiurando adacti supra dies triginta non pernoctaturos se extra mœnia colonie sue: donec hostis in Italia esset. Cum omnes censerent: primo quoq; tempore consulibus eundem ad bellum: (nam & Asdrubali occurrendum esse descendit ab Alpibus: ne Gallos Cisalpinos, ne ue Hetruriam erectam in spē rerum nouarum sollicitaret: & Annibalem suo proprio occupandum bello, ne emergere ex Brutijs: atq; obuiam fratri ire posset) Liuius cunctabatur, parum fidens suarū prouinciārum exercitibus. collegam ex duobus consularibus egregijs exercitibus, & tertio, cui Q. Claudius Tarēti præses: electionem habere. intuleratq; mentionem de uolombus reuocandis ad signa. Senatus liberam potestatem consulibus fecit, & supplendi unde uellent: & eligendi de omnibus exercitibus, quos uellent: permittendiq;: & ex prouincijs, quos è Rep. censerent esse: traducendi. Ea omnia cū summa concordia consilium acta. Volones in undeuicesimam, & uicesimam legiones scripti, magni roboris auxilia. Ex Hispaniā quoq; à P. Scipione. M. Liuiō missa quidā ad id bellum authores sunt octo millia Hispanorum, Gallorumq;: & duo millia de legionibus militum: equitumq; mille octingentos, mistos Numidas, Hispanosq;. M. Lucretium has copias nauibus adduxisse. & sagittariorum, funditorumq;: ad quatuor millia ex Sicilia C. Manlium misisse. Auxerunt Romæ tumulum litteræ ex Gallia missæ ab L. Portio prætorē:

Asdrubalem mouisse ex hybernis: & iam Alpes transire: octo millia Ligurum conscripta, armataq; coniuicturamq; se transgresso in Italiam esse: nisi mitteretur in Ligures, quos bello occuparet. se cum inualido exercitu, quoad utriputaret: progressurum. Hæ litteræ consules rapim confecto delectu maturius, q̄ constituerant, exire in provincias coegerunt: ea mente: ut uterque hostem in sua provincia contineret: neq; coniungi, aut conferre in unum vires pateretur. plurimū in eam rem adiuit opinio Annibalis: quod etsi ea æstate transiturum in Italiam fratrem crediderat: recordando quæ ipse in transitu nūc Rhodani, nūc Alpium cum hominibus, locisq; pugnando per quinque menses exhaustisset: haudquaquam tam facilem, maturiq; transitum expectabat. ea tardius mouendi ex hybernis cæsit. Cæterum Asdrubali & sua, & aliorū spe omnia celeriora, atq; expeditiora fieri. non enim recaperunt modo Aruerni eū: deincepsq; alia Gallicæ, atq; alpina gentes: sed etiam secutæ sunt ad bellum: & cum per numita pleraq; transitu fratris, quæ antea inuia fuerant: ducebat: tū etiam duodecim annorum assuetudine peruijs Alpibus factis, inter miora iam hominum transibat in gena. in usitata nāq; antea alieni generis, nec uidere ipsi aduenam in sua terra assueti, omni generi humano insciales erant: et primo ignari quod Pœnus pergeret, suas rupes, suaq; castella, & pecorum hominumq; prædam peti crediderant. facta deinde Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur: satis edocuerat: uiam tantum Alpeis esse: duas præualidas urbes, magno inter se maris terrarumq; spatium discretas, de imperio, & opibus certare. Hæ causæ adperuerant Alpes Asdrubali. Cæterum quod celeritate inieris profectum erat: id mora ad placentiā, dum fru-

stra obsidet magis, quàm oppugnat: corrupit. Crediderat campestris oppidi facilem expugnationem esse: & nobilitas coloniæ induxerat eum, magnum se excidio eius urbis terrorem cæteris ratum iniecturum. Non ipsum solum ea oppugnatio impedijt: sed Annibalem post famam trāfuitus eius tanto spe sua celerioris, iam mouentem ex hybernis, continuerat, quippe reputantem non solum quàm lenta urbium oppugnatio esset, sed etiam quàm ipse frustra eandem illam coloniā ab Trebia uictor regressus tentasset. Consules diuersis itineribus profecti ab urbe uelut in duo pariter bella, distenderant curas hominum, simul recordantium: quas prius aduentus Annibalis intulisset Italiae clades: simul, cum illa angeret cura: quos tam propitios urbi atq; imperio fore deos: ut eodem tempore utrobique Respub. prospere gereretur: aduersa secundis pensando, rem ad id tempus extractam esse. cum in Italia ad Trasimenum, & Cannas præcipitasset Romana Respublica: prospera bella in Hispania prolapsam eam erexisse. postea cum in Hispania alia super aliam clades, duobus egregijs ducibus amissis, duos exercitus ex parte delesset: multa secunda in Italia, Siciliaq; gesta quassatam Remp. excapisse: & ipsum interuallum loci, quod in ultimis terrarū oris alter bellū gereretur: spatium dedisse ad respirandum. nunc duo bella in Italiam accēpta, duos celeberrimi nominis duces circumstare urbē Romanam: & unum in locum totam periculi molera, omnino onus incubuisse. qui eorū prior uicisset: intra paucos dies castra cum altero iuncturum. Terrebat et proximis annis lugubris duorum consulum funeribus. His anxij curis homines digredientes in provincias consules profecti sunt. Memoriae proditum est: plenum adhuc iram in ci-

ues. M. Livium ad bellum proficiscentem monenti Q. Fabio, ne prius quam genus hostium nosset: temere manum confereret: respondisse: ubi primum hostium agmen conspexisset: pugnaurum. cum quaereretur: qua causa festinandi esset: aut ex hoste egregiam gloriam, inquit, aut ex civibus victis gaudium, meritum certe, etsi non honestum, capiam. Prius quam Claudius consul in provinciam veniret: per extremum finem agri Latinatis ducentem in Salentinis exercitum Annibalem cum expeditis cohortibus adortus C. Hostilius Tubulus incompósito agmine terribilem tumultum intulit. ad quatuor millia hominum occidit: novem signa militaria capit. Moverat ex hybernis ad famam hostis Q. Claudius: qui per urbes agri Salentini castra disposita habebat. Itaque ne cum duobus exercitiis simul confligeret Annibal: nocte castra ex agro Tarentino movit: atque in Brutios concessit. Claudius in Salentinis agmen conuerit. Hostilius Capuam petens, obvius ad Venusiam fit consuli Claudio. Ibi ex utroque exercitu electa pedum quadraginta millia: duo millia et quingenti equites: quibus consul adversus Annibalem rem gereret. reliquas copias Hostilius Capuam ducere iussit: ut Q. Fulvio proconsuli traderet. Annibal undique contra se exercitum, quem in hybernis, aut in praesidijs agri Bruttij habuerat: in Lucanos ad Grumentum venit spe recipiendi oppida: quae per vicum ad Romanos defecissent. eodem à Venusia consul Romanus exploratis itineribus contendit: et mille fere et quingentos passus castra ab hoste locat. Grumentum mœnibus propè iunctum videbatur Pœnorum vallium. quingenti passus erant inter castra Punica, ac Romana. interiacebat campus: colles imminabant nudi, sinistro lateri Carthaginensium, dextro Romanorum,

manorum, neutri suspecti: quod nihil sylvæ, neque ad insidias latebrarum habebant. In medio campo ab stationibus procurstantes certamina haud satis digna dictu ferebant. id modo Romanum quaerere apparebat: ne abire hostem pateretur. Annibal inde evadere cupiens, totis viribus in aciem descendebat. Tunc consul ingenio hostis usus, quo minus in tam apertis collibus timere insidiae poterat: quinque cohortibus additis quinque manipulis, nocte iugum superare, et in avertis vallibus asidere iubet: exurgendi tempus ex insidijs, et aggrediendi hostem, T. Claudium a bellum tribunum militum, et P. Claudium praefectum socium edocet: quos cum ijs mittebat. Ipse luce prima copias omnes pedum, equitumque in aciem eduxit. Paulo post et ab Annibale signum pugnae propositum est: clamorque in castris ad arma discurrentium est sublatum. inde eques, pedesque certam portis ruere: ac palati per campum properare ad hostes. Quos ubi effusus consul videt: tribuno militum tertiae legionis C. Aurunculeio imperat: ut equites legionis quanto maximo impetu possit, in hostem emitat. ita pecorum modo incompósitos toto passim se campo sudisse: ut sterni, obteri, prius quam instruantur: possint. Nondum Annibal e castris exierat: cum pugnantium clamorem audivit. itaque excitus tumultu rapit ad hostem copias agit. tam primos occupaverat equites terror. pedum etiam prima legio, et dextra ala praelium inibant. incompósito hostes, ut quæque aut pedum, aut equum casus obtulit: ita consertunt manus. crescit pugna subsidijs: et procurrentium ad certamen numero augetur. pugnantisque (quod nisi in vetere exercitu, et duci veteri haud facile est) inter nullum, ac terrorem instruxisset Annibal: ni cohortium,

ac manipulorum decurrentium per colles clamor ab tergo audius meum, ne intercluderentur à castris: iniecit. Inde paucos in cassibus: & fuga passim fieri cepta est. minorq; cædes fuit: quia propinquitas castrorum breuiore fugam percussis fecit. equites enim in tergo inhærebant: in transversa latera inuaserat cohortes secundis collibus uindicta ac facili decurrentes. tamen supra octo millia hominum occisa: supra septingentos capti: signa militaria nouem adempta. elephanti etiam, quorum nullus usus in repentina ac tumultuaria pugna fuerat: quatuor occisi: duo capti. Et trecenti circa Romanorum, sociorumq; ductores ceciderunt. Postero die Pænus quiescit. Romanus in aciem copijs ductis postea q̄ neminē signa cōtra effere uidit: spolia legi caesorum hostium, & suorum corpora collata in unum sepeliri iussit: inde insequentibus continuis diebus aliquot ita instiāt portis: ut propē inferre signa uideretur. donec Annibal tertia uigilia crebris ignibus tabernaculisq; quæ pars castrorum ad hostes uergibat: & numidis paucis, qui in uallo portisq; se ostenderent: relictis, profectus, Apuliam petere intendit. Vbi illuxit: successit uallo Romana acies. & numida ex copposito paulisper in portis se, ualloq; ostentauere: frustratq; aliquandiu hostes, citatis equis agmen suorum assequuntur. Consilium ubi silentium in castris, & ne paucos quidem, q̄ prima luce obambulauerant: parte ulla cernebat: duobus equitibus speculatum in castra præmissis, postea quæ tuta omnia satis esse exploratum est: inferri signa iussit. tantumq; ibi morans, dum milites ad prædam discurrerent: receptum deinde cecinit: multoq; ante noctem copias reduxit. Postero die prima luce profectus, magnis itineribus sumā & uestigia agminis sequens, haud

procul Venusia hostem assequitur. Ibi quoq; tumultuaria pugna fuit. supra duo millia Pænorum caesa. Inde nocturnis, montanisq; itineribus Pænus, ne locum pingnandi daret: Metaponium petijt. Hanno inde (is enim præsidio eius loci præfuerat) in Brutios cum paucis ad exercitum nouum comparandum missus. Annibal copijs eius ad suas additis, Venusiam retro quibus uenerat itineribus repetit: atq; inde Cannusium procedit. Nunq̄ Nero uestigijs hostis absiterat: & Q. Fuluius, cum Metaponium ipse proficisceretur: in Lucanos, ne regio ea sine præsidio esset: accesserat. Inter hæc ab Asdrubale, postq̄ à Placentia obsidione abscessit: quam Galili equites, duo Numida cum litteris ad Annibalem missi, cum per medios hostes totam fermē longitudinem Italiæ inuenissent: dum Metaponium cedentem Annibalem sequuntur: incertis itineribus Tarentum delati, à uagis per agros pabulatoribus Romanis ad Q. Claudium prætorem deducuntur. Eum primo incertis implicantes responsis, ut metus tormentorum admonis fieri uera coegit: edocuerunt: litteras se ab Asdrubale ad Annibalem ferre. Cum ijs litteris, sicut erant, signatis L. Virgimo tribuno mil. ducendi ad Claudium consulem traduntur. duæ simul turmæ Samnitium præsidij causa missæ. Qui ubi ad consulem peruenerunt: litteræq; lectæ per interpretem sunt: & ex captiuis percontato facta: tum Claudius non id tempus esse Reip. ratus, quo cōsilijs ordinarijs provincie sue quisq; finibus per exercitus suos cum hoste destinato ab senatu bellum gereret: audendum, ac nouandum aliquod improuisum, inopinatumq; quod ceptum non minorem apud ciues, q̄ hosteis terrorem faceret: perpetratum in magnâ lætitiâ ex magna

*menū uerteret: litteris Asdrubalis Romā ad senatum mis-  
 sis, simul & ipsos patres conscriptos quid pararet, edocet:  
 ut cum in umbria occurrurum se Asdrubal fratri scribat:  
 Legionem à Capua Romam accersant: delectum Romæ  
 habeant: exercitum urbanum ad Narniam hosti oppo-  
 nant. Hæc senatui scripta. Præuissī inde per agrum La-  
 rinatē, Marrucinum, Ferentinum, Præutianum, quod  
 exercitum ducturus erat: ut omnes ex agris urbibusq; cō-  
 meatus paratos militū ad uescendum in uiam deferrent:  
 equos, iumentaq; alia producerent: ut uehicularum ses-  
 sis copia esset. ipse de toto exercitū ciuium, sociorumq;  
 quod roboris erat, delegit: sex millia pedium, & mille  
 equites. pronuntiāt: occupare se in Lucanis proximam  
 urbem, punicumq; in ea præsidium uelle: ut ad iter para-  
 ti omnes essent. Profectus nocte flexit in Picenum. Et con-  
 sul quidem quantis maximis itineribus poterat, ad colle-  
 gam, ducebat: relicto Q. Tatio legato: qui castris præse-  
 set. Romæ haud minus terroris, ac tumultus erat: quam  
 fuerat biennio ante: cum castra Punica obiecta Romanis  
 incenibus, portisq; fuerant. neq; satis constabat animis:  
 tam audax iter consulis laudarent: uitiuperarent ne ap-  
 parebat (quo nihil iniquius est) ex euentu sumam  
 habiturum. Castra propè Annibalem hostem relicta su-  
 ne duce cū exercitū: cui detractum foret omne, quod ro-  
 boris, quod floris fuerat: & consulem in Lucanos offen-  
 disse iter: cum Picenum, & Galliam peteret: castra relin-  
 quentem nulla alia re tutiora, quàm errore hostis: qui du-  
 cem inde, atq; exercitus partem abesse ignoraret. Quid  
 futurum: si id palam fiat? & aut insequi Neronem cum  
 sex millibus armatorum profectum Annibal toto exerci-  
 tu uelit? aut castra inuadere prædæ relicta, sine uirū*

*bus, sine imperio, sine auspicio? Veteres eius belli clas-  
 des, duo consules proximo anno interfecti terrebant.  
 & ea omnia accidisse: cum unus imperator, unus exer-  
 citus hostium in Italia esset. nunc duo bella Punica facta:  
 duos ingentes exercitus, duos propè Annibales in  
 Italia esse. quippe & Asdrubalem, patre eodem Amilca-  
 re genitum, æque impigrum ducem, per tot in Hispania  
 annos Romano exercituum bello, gemina uictoria insi-  
 gnam, duobus exercitibus cum clarissimis ducibus dele-  
 tis. nam itineris quidem celeritate ex Hispania, concitatis  
 ad arma Gallicis gentibus, multo magis q̄ Annibalem ip-  
 sum gloriari posse. quippe in ijs locis hunc coegisse exerci-  
 tum: quibus ille maiorem partem militum fane, ac frigo-  
 re, quæ miserrima mortis generasunt: amississet. Ad iubebat  
 etiam peritū reꝑ Hispania: haud cum ignoto duce C. Ne-  
 rone congressurum: sed quem in salu impedito deprehen-  
 sus forte haud secus, q̄ puerum: conscribendis fallacibus  
 conditionibus pacis frustrans elusisset. Omnia maiora èt  
 uero præsidia hostium, minorā sua meū interprete semp  
 in deteriora inclinatio, ducebant. Nero postq̄ tantum iter  
 ualli ab hoste fecerat: ut detegit consilium satis tutum eēt:  
 paucis milites alloquitur. Ne qui ullius consilium impera-  
 toris in speciem audacius, re ipsa tutius fuisse: q̄ suū. Ad  
 certam eos se uictoriam ducere. quippe ad quod bellū col-  
 lega non anteq̄ ad facieratem ipsius pedium atq; equitum  
 data ab senatu copia fuissent, maiores, instructioresq; q̄  
 si aduersus ipsum Annibalem iret: profectus sit: eo ipsos,  
 quantuncunq; uirum momentum addiderint: rem omnē  
 inclinatos. audium modo in acie (nam ne ante audire  
 tur, danurum operam) alterum consulem, & alterū exer-  
 citum aduenisse, haud dubiam uictoriam facturum. Fa-*

mam bellum conficere: & parua momenta in spem meamq; impellere animos. Gloria quidem ex re bene gesta parte fructum propè omnem ipsæ lauros. Semper quod postremum adiectum sit: id rem totam uideri traxisse. Cernere ipsos: quo concursu, qua admiratione, quo fauore hominum iter suum celebretur. Et Hercule per instructa omnia ordinibus uirorum, mulierumq; undiq; ex agris effusorum inter uota, & preces, et laudes ibant. illos præfidia Reipublicæ, uindictæ urbis Romæ imperiq; appellabant. in illorum armis, dexterisq; suam, & liberorum suorum salutem ac libertatem repositam esse. deos omnes deasq; precabantur: ut illis faustum iter, felixq; pugna, maxima ex hostibus uictoria esset: & damnarentur ipsi uotorum: quæ pro ijs suscipissent: ut quemadmodum nunc soliciam prosequerentur eos: ita paucos post dies læti uantibus uictoria obuiam irent. Inuitare inde pro se quisque: & offerre: & fatigare precibus: ut quæ, ipsis iumentisq; usui essent: ad se potissimum sumerent. benigne omnia cum mulata dare. Modestia certare milites: nequid ultra usum necessarium sumerent nihil morari: nec ab signis subsistere: cibum capientes diem ac noctem ire: uix quod satis ad naturale desiderium corporum esset: quieti dare. Et ad collegam præmissi erant: qui nuntiarent aduentum: percussarenturq; clam, an palam, inter diu, an noctu uenire se se uellet: ijs dem, an alijs considerare castris. Noctē clam ingredi melius uisum est. Tesseræ per castra ab L. Iulio consule data erat: ut tribunus tribunum, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet. neq; enim dilatari castra opus esse: ne hostis aduentum alterius consulis sentiret. & coartatio plurimum in angusto tendentium facilius futura erat: quod Claudianus exercitus ni

hil ferè, præter arma, secum in expeditionem tulerat. Cæterum in ipso itinere autum uoluntarijs agmen erat: offerentibus sese ultro & ueteribus militibus, perfunctis, iam militiæ: et iuuenibus: quos certatim nomina dantes, si quorum corporis species, roburq; uirium apium militiæ uidebatur: conscripserat. Ad Senam castra alterius consulis erant. quin gentos inde fermè passus Asdrubal aberat. Itaq; cum iam appropinquaret: tectis montibus subsistit Nero: ne ante noctem castra ingrederetur. Silentio ingressi, ab sui quisq; ordinis hominibus in tentoria adducti, cum summa omnium lætitiâ hospitaliter excipiuntur. Postero die conalium habinam: cui & L. Portius Licinius prætor affuit. Castra iuncta consulium castris habebat: & ante aduentum eorum per loca alta ducento exercitum, cum modo insideret angustos saltus: ut transitum clauderet: modo ab latere, aut ab tergo caperet agmen: ludificatus hostem omnibus artibus belli: fuerat. istum in conalio aderat. Multorum eò inclinabant sententiæ: ut, diu fessum uia ac uigilijs reficeret militem Nero: simul & ad noscendum hostem paucos sibi sumeret dies: tempus pugnæ differretur. Nero non suadere modo, sed summa ope orare institit: ne consilium suum, quod nimium celeritas fecisset: timerarium morando facerent. Errore: qui non diuurnus futurus esset: ne lutulentam Annibalem, nec castra sua sine duce relicta agredi: nec ad sequendum se iter intendisse. antequam se moueat: deleri exercitum Asdrubalis posse: redireq; in Apuliam. Qui prolatando spatium hosti det: eum & illa castra prodere Annibali: & aperire in Galliam iter: ut per oçium, ubi uelit, Asdrubali coniungatur. Extemplo signum dandum: & exeundum in aciem: abutendūq; er



rore hostium absentium, presentiumq; dum neq; illi sciant  
 cum paucioribus, nec hi cum pluribus, & ualidioribus  
 re esse. Conalio dimisso, signum pugne proponitur: con-  
 festumq; in aciem procedunt. Iam hostes ante castra instru-  
 cti stabant. Moram pugne attulit: quod Asdrubal proue-  
 ctus ante signa cum paucis equitibus scuta uetera hostium  
 notauit: que ante non uiderat: & strigiosiores equos, multi-  
 tudo quoq; maior solita uisa est. Suspiciens id quod erat,  
 recepmi propece cecinit: ac misit ad flumen: unde aquar-  
 bantur: ubi & ex cipi aliqui possent adflumen: unde aquar-  
 forte adustioris coloris, ut ex recentia uia, essent. simul arcu  
 uehi procul castra iubet: speculari q; nuntium auctum aliqua  
 parte sit uallum: & ut attendant: semel, bis ne signum ca-  
 nat in castris. Ea cum ordine omnia relata essent: castra  
 nihil aucta errorem faciebant. Bina erant: sicut ante adue-  
 tum consulis alterius fuerant: una Liniij: altera L. Portij.  
 neutris quicq; quo latius tenderentur: ad munimenta adie-  
 ctum. Illud ueterem ducem, assuetumq; Romano hosti mo-  
 uit: quod semel in prætoris castris signum, bis in consu-  
 laribus referebant cecidisse. duos profecto consules esse. &  
 quoniam modo alter ab Annibale abcessisset, cura ange-  
 bat. minime id, quod erat, suspicari poterat: tanta rei fru-  
 stratione Annibalem elusum: ut ubi dux, ubi exercitus es-  
 set: cum quo castra collata haberet: ignoraret. profecto  
 haud mediocri clade absterritum, insequi non ausum. ma-  
 gnopere uereri: ne perditis rebus seruum ipse auxiliu ue-  
 nisset: Romanisq; eade iam fortuna in Italia, qua in His-  
 pania esset. inter dum litteras suas ad eum non peruenis-  
 se, credere: intercaptisq; ijs, consulem ad sese opprimendu  
 accelerasse. His anxius curis, extinctis ignibus, uigilia  
 prima dato signo, ut taciti uasa colligerent: signa efferri

iussit. In trepidatione. & nocturno tumultu duces parum  
 intenti iter asseruare, alter in destinatis iam inde ante ani-  
 mo latebris subfedit: alter per uada nota Metaurum flu-  
 men tranauit. Ita desertum a ducibus agmen primo per  
 agros palatur: fessiq; aliquot somno, ac uigilijs sternunt  
 corpora passim: atq; in frequentia relinquunt signa. As-  
 drubal dum lux uiam ostenderet: ripa fluminis signa fer-  
 ri iubet. & per tortuosi amnis sinus, flexusq; cum erro-  
 re uoluens haud multu processisset: ubi prima lux transitu  
 opportunum ostendisset: transiurus erat. sed cum, quan-  
 tum a mari abscedebat: tanto altioribus coercentibus am-  
 nem ripis, non inueniret uada: diem terendo spatium de-  
 dit ad insequendum sese hosti. Nero primum cum omni  
 equitatu aduenit: L. Portius deinde assecutus cum leui ar-  
 matura. Qui cum fessum agmen carperent ab omni parte:  
 incurseruntq; & iam omisso itinere, quod fuga simile e-  
 rat: castra metari Pœnus in tumulo super fluminis ripa  
 uellet: aduenit Linius pedum omnibus copijs, non itine-  
 ri modo, sed ad conferendu extemplo prælium instructis,  
 armatisq;. Sed ubi omnes copias conuinxerunt: directaq;  
 acies est: Claudius dextro in cornu, Linius ab sinistro pu-  
 gnam instruit: media acies prætori munda datur. As-  
 drubal omnia munitione castrorum, postq; pugnandum ui-  
 dit: in prima acie ante signa elephantos colloca: circa eos  
 lauo in cornu aduersus Claudiu Gallos opposit: haud  
 tantum eis fidens: quantum ab hoste timere eos credebat.  
 ipse dextrum cornu aduersus M. Liniuum sibi, atq; Hispa-  
 nis, et ubi maxime in ueterem militæ spem habebat: sumpsit.  
 Ligures in medio post elephantos posit: sed longior, q; la-  
 tior acies erat. Gallos prominens collis tegebat. Ea frons,  
 quam Hispani tenebant: cum sinistro Romanorum cori

nu concurrat. dextra omnis acies extra prælium eminent  
 cessabat. collis oppositus arcebat: ne aut à fronte, aut ab  
 latere aggredierentur. Inter Liniū, Asdrubalemq; ingens  
 contractum certamen erat: atroxq; cædes utrinq; edeba  
 tur. ibi duces ambo: ibi pars maior pedum equinamq; Ro  
 manorum: ibi Hispani, uetus miles, peritusq; Romanæ pu  
 gnæ: & Ligures, durum in armis genus: eodem uersi ele  
 phanti: qui primo impetu turbauerant antesignanos: &  
 ante signa mouerant loco: deinde crescente certamine &  
 clamore, impotentes iam regi, inter duas acies uersari,  
 uelut incerti quorum essent: haud dissimiliter namibus si  
 ne gubernaculo uagis. Claudius, quid ergo præcipiti cur  
 su tam longum iter emensi sumus? Clamitans militibus,  
 cum in aduersum collem frustra signa erigere conatus es  
 set: postquam ea regione penetrari ad hostem non uide  
 bat posse: cohortes aliquot subductas è dextro cornu, ubi  
 stationem magis segenem, quam pugnam fuit, am cerne  
 bat: post aciem circumducat: & non hostibus modo, sed  
 etiam suis inopinantibus, in sinistrum hostium laus in  
 currit: tantaq; celeritas fuit: ut cum ostendissent se ab la  
 tere: mox in terga iam pugnarent. Ita ex omnibus parti  
 bus, ab fronte, ab latere, ab tergo, trucidantur Hispani,  
 Liguresq;: & ad Gallos iam cædes peruenerat. ibi nimi  
 num certaminis fuit. nam & pars magna ab signis ab  
 erant, nocte dilapsi, stratiq; somno passim per agros: et q  
 aderant: itinere ac uigilijs fessi, intolerantissima laboris  
 corpora, uix arma humeris gestabant. Et iam diei me  
 diumerat: sitisq;, & calor hiantis cædèdos capiendosq;  
 affatim præbebat. Elephantis plures ab ipsis rectoribus,  
 quam ab hoste interfecti, fabrilis scalprum cum malleo ha  
 bebant. id, ubi seuire belluæ, ac ruere in suos cæperant:

magister inter aures positum ipsa in compage, quæ iungi  
 tur capiti ceruix: quanto maximo poterat ictu, adigebat.  
 ea celerrima uia mortis in tanta molis belluæ inuenta e  
 rat: ubi regendi spes uiceisset. primusq; id Asdrubal in  
 stauerat: dux cum sæpe aliis memorabilis, tum illa præ  
 cipue pugna. ille pugnantes hortando, pariterq; obewndo  
 pericula, sustinuit: ille fessor, abnuentisq; tædio & Labo  
 re, nunc precando, nunc castigando accendit: ille fugien  
 tes reuocauit: omniatq; pugnam aliquot locis restituit.  
 postremo cum haud dubia fortuna hostium esset: ne su  
 peresset tanto exercitui suum nomen secuto: cencitato e  
 quo se in cohortem Romanam immisit. ibi, ut patre Anul  
 care, & Annibale fratre dignum erat: pugnans cecidit.  
 Nunquam eo bello una acie tantum hostium interfes  
 ctum est. redditaq; æqua Cannensi clades uel ducis, uel  
 exercitus interitum uidebatur. Quinquaginta sex millia  
 hostium occisa: capta quinque millia & quadringenti. Præ  
 da magna alia tum omnis generis, tum auri etiam, ar  
 gentiq;. ciuium etiam Romanorum, qui capti apud hos  
 tes erant: supra quatuor millia capinum recepta. id sola  
 tij fuit pro amissis eo prælio militibus. nam haudqua  
 quam incruenta uictoria fuit. octo ferme millia Roma  
 norum, sociorumq; occisa. Adeoq; etiam uictores sangui  
 nis cædisq; cæperat facietas: ut postero die, cum esset nun  
 tiatum Liniō consuli: Gallos Cisalpinos, Liguresq;, qui  
 aut prælio non affuissent: aut inter cadem effugissent:  
 uno agmine abire sine certo duce, sine signis, sine ordi  
 ne ullo, aut imperio posse, si una equitum ala mittat  
 tur: omnes deleri: supersint, inquit. aliqui nuntij & hos  
 tum cladis, & nostræ uirtutis. Nero ea nocte, qua  
 secuta est pugnam: citatiore, quam inde uenerat, ad

gmine die sexta ad statua sua, atq; ad hostem peruenit. Iter eius frequentia minore, quia nemo præcesserat nuntius lætitia uero tanta, uix ut compotes mentium præ gaudio essent: celebratum est. Nam Romæ neuter animi habitus satis dici, enarrariq; potest: nec quo incerta expectatio, ne euentus ciuitas fuerat: nec quo uictoria famam acciperit. Numq; per omnes dies, ex quo Claudium consule profectum fama atulit: ab orto sole ad occidentem, aut senator quisq; à curia, atq; ab magistratibus abscessit: aut populus è foro. Matronæ, quia nihil in ipsis opis erat: in preces, obtestationesq; uersæ, per omnia delubra uagæ supplicij, uotisq; fatigare deos. Tam sollicitæ ac suspensæ ciuitati fama incerta primo accidit: duos Narmenses equites in castra, quæ in faucibus Umbriæ opposita erant: uersisse ex prælio nuntiantes: casos hostes. Et primo magis auribus, q̄ animis id acceptum erat: ut maius, lætiusq; quod mente capere, aut satis credere possent: et ipsa celeritas fidem impediēbat: quod biduo ante pugnatum dicebatur. litteræ deinde ab L. Manlio Acidino missæ ex castris afferuntur de Narmensium equinum aduentu. Eæ litteræ per forum ad tribunal perlatæ senatum curia exauiuerunt: tantoq; certamine ac tumultu populi ad fores curiæ concursus est: ut adire nuntius non posset: trahereturq; à percontantibus, uociferantibusq;: ut in rostris, prius q̄ in senatu litteræ recitarentur. tandem cum summo, et coerciti à magistratibus fuerunt: dispensariq; lætitia inuempotentis eius animos ponuit: in senatu primum, deinde in concione litteræ recitatæ sunt: et pro cuiusq; ingenio, alijs iam certum gaudium, alijs nulla ante futura spes erat: q̄ legatos consulum, uel litteras audissent. ipsos deinde appropinquare legatos allatum est. Tunc enim

uero omnis ætas currere obuij: primus quisq; oculis auribusq; haurire tantum gaudium cupientes. Ad Miluiumq; pontem continens agmen peruenit. Læti erant L. Venurius Philo, P. Licinius Varus, Q. Cecilius Metellus. circumfusi omnis generis hominum frequentia in forum peruenierunt: cum alij ipsos alij comites eorum, quæ acta essent: percontarentur: et ut quisq; audierat: exercituum hostium: imperatoremq; occisum: legiones Romanas incolumes, saluos consules esse: ex templo alijs porrò iperæbant gaudium suum. Cum ægre in curiam peruentum esset: multo ægrius summo turbata, ne patribus misceretur: litteræ in senatu recitatæ sunt. inde introducti in concionem legati. L. Venurius litteris recitatis ipse planius omnia: quæ acta erant: exposuit, cum ingenti assensu, postremo etiam clamore uniuersæ concionis: cum uix gaudium animis caperent, discursum inde ab alijs circa templa deum: ut grates agerent: ab alijs domos: ut coniugibus, liberisq; tam lætam nuntium imperarent. Senatus, quod M. Linius, et C. Claudius consules incolumi exercitum, ducem hostium, legionesq; occidissent: supplicationem in triduum decreuit. Eam supplicationem C. Hostilius prætor pro concione edixit. celebrata à uiris, feminisq; est. Omnia templa per totam triduum æqualem turbam habuere: cum matronæ amplissima ueste cum liberis, perinde, ac si debellatum foret: omni soluta metu: deis immortalibus grates agerent. Statim quoq; ciuitatis eæ uictoria mouit: ut iam inde haud secus, q̄ in pace, res inter se contrahere, uendendo, emendo, mutuum dando, atq; gentium creditum soluendo, auderent. C. Claudius consul cum in castra redisset: caput Asdrubalis, quod seruauit

tum cum cura attulerat: proijci ante hostium stationes: ca-  
priososq; Afros uinctos, ut erant, ostendi: duos etiam ex ijs  
solutos ire ad Annibalem: et ex promere quæ acta essent,  
iussit. Annibal tãto simul publico, familiariq; ictus luctu,  
agnoscere se fortunã Carthaginis fertur dixisse. castrisq;  
inde motis, ut omnia auxilia, quæ diffusa latius ueri nõ  
poterat: in extremum Italiae angulũ, Brutios, contrahit:  
& Metapontinos, ciuitatem uniuersam, ex citos sedibus su-  
is, & Lucanorum qui suæ diuisionis erant: in Brutium ar-  
grum traduxit.

## OCTAVVS.

VM TRANSITV ASDRV-  
balis quantum in Italia declinauerat  
belli: tantum leuatae Hispania uideren-  
tur: renauum ibi subito par priorum bellum  
est. Et Hispanias ea tempestate sic habe-  
bant Romani, Pœniq; Asdrubal Gisgonis filius ad Ocea-  
num penitus, Gadeisq; concesserat. Nostri maris ora, om-  
nisq; fermè Hispania, quã in orientem uergit: Scipionis,  
ac Romanae diuisionis erat. Nouus imperator Hanno in  
locum Barchini Asdrubalis cum nouo exercitũ ex Africa  
transgressus, Magoniq; iunctus, cum in Celtiberia, quæ  
media inter duo maria est: breui magnum hominum nu-  
merum armasset: Scipio aduersus eum M. Syllanum cũ  
decem millibus pedum, equitibus quingentis misit. Syl-  
lanus quantis maximis ponit itineribus, (impediebant  
autem et asperitates uiarum, et angustia salubus crebris,  
ut pleraq; Hispania sunt: inclusa) tamen non solum rĩ-  
ctos, sed etiam famam aduentus sui prægressus, duabus  
indidem ex Celtiberia transfugis ad hostem peruenit. Ex  
isdem authoribus comperum est, cum decem circiter mil-  
lia ab hoste abessent: bina castra circa uiam, qua irent: esse:  
leua Celtiberos, nouum exercitum supra nouem millia  
hominum, dextra Punica tenere castra. Hæc stationibus,  
uigijs, omni iusta militari custodia uita & firma esse: il-  
la altera soluta neglectaq; ut barbarorum, & tyro-  
num, & minus timentium: quod in sua terra essent. Ea  
prius aggredienda esse ratus Syllanus, signa quãm

maxime ad leuam iubebat ferri: nec unde ab stationibus Punicis conspiceretur. ipse præmissis speculatoribus, citato agmine ad hostem pergit. Tria millia ferme aberat: cum haud dum quisquam hostium senserat. confragosa loca, & obsita uirgultis tenebant colles. ibi in caua ualle, atq; ob id occulta, considere militem, & cibum capere iubet. interim speculatores, transfugarum dicta affirmantes, uenerunt. Tum Sarcinis in medium coniectis, arma Romani capiunt: acieq; iusta in pugnam uadunt. Mille passuum aberant: cum ab hoste conspecti sunt. trepidariq; repente cœptum. Mago ex castris citato equo ad primum clamorem, & tumultum aduehiunt. Erant in Celtibero exercitum IIII millia scutata, & CC equites, hanc iustam legionem, & id ferme, quod roboris erat: in prima acie locat: leuam armaturam in subsidijs posuit. Cum ita instructo educeret è castris: uix dum in egresso uallo Romani pila coniecerunt. Subsidunt Hispani aduersus emissa tela ab hoste. inde ad emittenda ipsi consurgunt. quæ cum Romani conferti, ut solent, densatis excerpissent scutis: tum pes cum pede collatus: & gladijs resgeri cœpta est. Ceterum asperitas locorum Celtiberis, quibus in prælio concurrere mos est: uelocitatem inuilem faciebat: & haud iniqua eadem erat Romanis stabili pugnae assuetis: nisi quod angustia, & internata uirgulta ordines dirimebant: et singuli, binijq; uelut cum paribus conferere pugnam cogebantur. quod ad fugam impedimento hostibus erat: id ad cædem eos uelut uinctos præbebat. Et iam ferme omnibus scutatis Celtiberorum imperfectis, leuis armatura, & Carthaginenses, qui ex alioris castris subsidio uenerat: percussi cædebantur. Duo haud amplius millia peditem: & equitatus omnis

prælio,

prælio, cum Magone effugerunt. Hæno alter imperator cum eis, qui postremi iam profligato plio aduenerant: uixus capiunt. Magonem fugientem equitatus ferme omnis, & quod ueterum pedium erat secuti, decimo die in Gaditanam provinciam ad Asdrubalem perueniunt. Celtiberi, nouus miles, in proximas dilapsi syluas, inde domos diffugerunt. Per opportuna uictoria nequaquam tantum iam constatum bellum, quantum futuri materia belli si licuisset ijs Celtiberorum gente exorta, & alios ad arma sollicitare populos: oppressum erat. Itaq; collaudato benigne Syllano. Scipio se debellandi, si nihil eam ipse cunctando moratus esset ractus, ad id, quod reliquum belli erat: in ultimam Hispaniam aduersus Asdrubalem pergit. Pænus cum castratum forte ad sociorum animos in Bætica continendos in fide haberet: signis repente sublatiis fugæ magis, quam itineris modo pernitus ad Oceanum, & Gadeis ducit. Ceterum quoad continuisset exercitum: propositum bello se fore ratus, antequam fretum Gades trauceret: exercitum omnem passim in ciuitates diuisit: ut & muris seipsi, & armis muros tutarentur. Scipio ubi animaduertit: dissipatum passim bellum: & circumferre ad singulas urbes arma, diutini magis, quam magni esse operis: retro uertit iter. ne hostibus tamen eam relinqueret regionem: L. Scipionem fratrem cum decem millibus peditem, & mille equitum ad oppugnandam opulentissimam in ijs locis urbem, quam Oringim barbari appellabant: mittit. In Melessum finibus est sita, Hispanæ gentis ager frugifer. argentum etiam incolæ fodiunt. Ea arx fuerat Asdrubali ad excursions circa mediterraneos populos faciendas. Scipio castris propè urbem positus, prius quàm circumuallaret urbem: misit ad portas: qui ex pro

Tit. L.

DD

p̄inquo alloquio animos tentarent: suaderentq̄: ut amicitiam potius, quàm vim experirentur Romanorum. Vbi nihil pacatè respondebatur: fossa, dupliciq̄; uallo circumdata urbe, in tres partis exercitum diuisit: ut una semper pars, quietis interim duabus oppugnaret. Prima pars cū adorta oppugnare est: atrox sanè, & anceps præliū fuit. non subire, non scalas ferre ad muros præ incidentibus telis facile erat. & iam qui erexerant ad murum scalas: alij sarcis ad idipsum factis detrudebantur: in alios lupi superne ferrei iniecti: ut in periculo essent: ne suspensi in murum extraherentur. Quod ubi animaduertit Scipio; nimia paucitate suorum ex æquatum certamen esse: & iam eo superare hostem: quod ex muro pugnaret: duabus finul partibus, prima recapta, urbem est aggressus. Quares tantum pauoris iniecti fessis iam cum primis pugnado: ut & oppidanū mœnia repentina fuga desererent: & Punicum præsidium meum, ne prodita urbs esset: reliquis stationibus in unum se colligeret. Timor inde oppidanos incessit: ne, si hostis urbem intrasset: sine discrimine, Pœnus, an Hispanus esset: obuij passim caderentur. itaq̄ patesfacta repente porta, frequentes ex oppido sese eiecerunt: scuta præ se tenentes: ne tela procul conijcerentur: dextras nudas ostentantes: ut gladios abieciisse appareret. Id utrū parum ex interuallo sit conspectum: an dolus aliquis suspensus fuerit: incompertum est. Impetus hostilis intrans fugas factus: nec secus, quàm aduersa acies cæsi: eademq̄; porta signa infesta urbi illata. & alijs partibus securibus, dolabrisq̄; cadebantur, & refringebantur portæ. & ut quisq̄; intrauerat eques: ad forum occupandum (ita. n. præceptum erat) citato equo pergebat. addium erat & riariorum equiū præsidium. legionarij ceteras partibus,

peruadunt. direptione, & cæde obuiorum, nisi qui armis se tuebantur: abstinerunt. Carthaginenses omnes in custodiam dati sunt: oppidorum quoq̄ CCC ferme: q̄ clauserant portas. cæteris tradium oppidum: suæ redditæ res. Cecidere in urbis eius oppugnatione hostium duomillia ferme: Romanorum haud amplius LXXXX. Læta & ipsis, qui rem gessere: urbis eius expugnatio fuit: & imperatori, cæteriq̄; exercitū speciosum aduentum suum, in gentem urbem captiuorum præ se agentes, fecerunt. Scipio collaudato fratre, cum quanto poterat uerborum honore Carthagini ab se captæ captam ab eo Oringin aquasset: quia & hyems instabat: ut nec tentare Gades, nec disiectum passim per prouinciam exercitum Asdrubalis consecrari posset: in citiorem Hispaniam omnes suas copias reduxit: dimissisq̄; in hyberna legionibus, L. Scipione fratre Romam missis, & Hamone hostium imperatore, cæterisq̄; nobilibus captiuis, ipse Taraconem concessit. Eodem anno classis Romana cum M. Valerio Lenino proconsule ex Sicilia in Africam trasmissa, in Vticensi, Carthaginensiq̄; agro late populatio nes fecit, extremis finibus Carthaginensium. circa ipsa mœnia Vtica prædæ actæ sunt. Repetentibus Siciliam, classis Punica (LXX erant longæ naues) occurrit: detemq̄; & septem naues ex ijs captæ sunt: quatuor in alto inersæ: cætera fusa, ac fugata classis. Terra mariq̄; uictor Romanus cum magna omnis generis præda Lilybaeum repetit. Tuto inde mari pulsis hostium nauibus, magni commæatus frumenti Romam subuecti. Principio ætatis eius, qua hæc sunt gesta: P. Sulpitius proconsul, & Attalus Rex cum Ægina (sicut ante dictum est) hybernassent: Lemnum inde classe iuncta Romana. V

& XX quinqueremes, regiæ V & XXX, trans-  
 miserunt. Et Philippus, ut, seu terra, seu mari obviam eun-  
 dum hosti foret: paratus ad omnes conatus esset, ipse De-  
 metriadem ad mare descendit. Larissam diem ad conue-  
 niendum exercitum edixit. Undiq; ab socijs legationes De-  
 metriadem ad famam Regis conuenerunt. Susculerant  
 enim animos Ætoli cum ob Romanam societatem: tum  
 post Attali aduentum finitimosq; depopulabantur. nec  
 Acarnanes solum, Bœotiq;, & qui Eubœam incolunt:  
 in magno metu erant: sed Achæi quoq;: quos super Ætoli  
 cum bellum Machanidas etiam Lacedæmonius tyran-  
 nus haud procul Arginorum sine positis castris terre-  
 bat. Hi omnes suis quisq; urbibus quæ pericula terra ma-  
 riq; portendebantur, memorantes, auxilia Regem orat-  
 bant. Ne ex regno quidem ipsius tranquillæ nuntiaban-  
 tur res. Et Scerdiletum, Pleuratumq; motos esse: & Thra-  
 cum maxime Medos, si quod longinquum bellum Regem  
 occupasset: proxima Macedonia incursumos. Bœotij qui-  
 dem, & iteriores Græciæ populi, Thermopylarum saltus,  
 ubi angustæ fauces coarctant iter: fossa, ualloq; interclu-  
 di ab Ætolis nuntiabant: ne transitum ad sociorum ur-  
 bes tuendas Philippo darent. Vel segnem ducem tot exci-  
 tare tumultus circumfusi poterant. Legationes dimittit: pol-  
 licitus, prout tempus, ac res se daret: omnibus latrum se  
 auxilium. in præsentia quæ maxime urgebant res, parat-  
 rent. Tum presidium urbi mitit: unde allatum erat: At-  
 talium ab Lemno classe transmissa, omnem circa urbem  
 agrum depopulatum. Polyphantem cum modica ma-  
 nu in Bœotiam, Menippum item quendam ex regijs du-  
 cibus cum mille peltatis (pelta cetræ haud dissimilis est)  
 Calcidem mitit, addit quingenti Ænianum: ut omnes

insulæ partes meri possent. ipse Sconusam est profectus: eo-  
 demq; ab Larissa Macedonum copias traduci iussit. Eo  
 nuntiatum est: concilium Ætolis Heracleam indictum:  
 Regemq; Attalium ad consultandum de summa belliue-  
 turum. Hunc conuentum ut turbaret subito aduenit: ma-  
 gnis itineribus Heracleam duxit: & concilio quidem dis-  
 misso iam uenit: se genibus tamen, quæ iam propè manu-  
 tatem erant: maxime in sinu Æniano euastatis, Sconusam  
 copias reduxit. ibi exercitum omni relicto, cum cohorte re-  
 giæ Demetriadem sese recapit. inde ut ad omnes hostium  
 motus posset occurrere: etiam in Phocidem, atq; Eubœam,  
 & Peparethum mitit: qui loca alta eligerent: unde e-  
 dit ignes apparerent. ipse in Cisseo (mons est in altitudi-  
 nem ingentem cacuminis editus) speculam posuit: ut igni-  
 bus procul sublatis signum, ubi quid molirentur hostes:  
 momento temporis acciperet. Romanus imperator, &  
 Attalus Rex à Peparetho Niceam traiecerunt. inde clas-  
 sem in Eubœam ad urbem Oreum transmittunt: quæ ab  
 Demetriaco sinu Calcidem, & Euripum petenti ad la-  
 uam prima urbium Eubœæ posita est. Ita inter Attalium,  
 ac Sulpitium conuenit: ut Romani à mari, regij à terra  
 oppugnarent. Quatriduo postquam appulsa classis est:  
 urbem aggressi sunt. id tempus occultis cum Platore,  
 qui à Philippo præpositus urbi erat: colloquijs absumptum  
 est. Duas arces urbs habet: unam imminenti mari: alte-  
 ra urbis medio est: cumculo, inde uia ad mare ducit: quæ  
 à mari turris quinque tabulorum, egregium propugna-  
 culum, clauderat. ibi primo atrocissimum contractum  
 est certamen: & turre instructa omni genere telorum:  
 & tormentis, machinisq; ad oppugnandam eam ex na-  
 uibus expositis. Cum omnium animos, oculosq; id certa

men auertisset: porta maritimæ arcis Plator Romanos ac cepit: momentoque arx occupata est. Oppidani pulsi inde in mediam urbem ad alteram tendere arcem & ibi positi erant: qui fores portæ obijcerent. ita exclusi in medio cæduntur: capiunturque. Macedonum præsidium conglobatum sub arcis muro stetit: nec fuga effuse perita: nec pertinaciter prælio iterato. Eos Plator uenia a Sulpiō in petrata in naues impositos ad Demetriacum Phthionidis exposuit: ipse ad Attalum sese recepit. Sulpius tam facili ad Oreum successu elatus, Chalcidem inde protinus uictoria classe perit. ubi haudquaquam ad spem euentus respondit. Ex patenti utrinque coactum in angustiis mare speciem intuenti primo gemini portus in ora duo uersi præbuit. sed haud facile alia infestior classi statio est. nam & uenti ab utriusque terræ præaltis montibus subit, ac procellosi deiciunt: & fretum ipsum Euripi non sepius die, sicut fama fert: temporibus statis reciprocat: sed temere in modum uenti nunc huc, nunc illuc uerso mari, uelut monte præcipiti deuolutus torrens, rapitur. ita nec nocte, nec die quiete nauibus datur. Cum classem tam infesta statio accepit: tum & oppidum alia parte clausum mari, alia à terra egregie munitum, præsidioque ualido firmatum, & præcipue fide præfectorum principumque, quæ fluxa & uana apud Oreum fuerant: stabile atque impugnabile fuit. Id prudenter, ut in temere suscepta re, Romanus fecit: quod circumspectis difficultatibus, ne frustra tempus tereret: celeriter abstulit incepto: classemque inde ad Cynum Locridis: (emporium id est urbem Opuntiorum mille passuum à mari sita) traiecit. Philippum & ignes ab Oreō editi mouerant, sed serius Platoris fraude è specula elati: & impari tum maritimis uiribus

haud facilis erat in insulam classi accessus. ita re percontationem omiſſa, ad Chalcedis auxilium, ubi signum accepit: impigre est motus. nam & ipsa Chalcis, quanquam eiusdem insule urbs est: tamen adeo arcto interſcinditur fretō: ut ponte continenti iungatur: terraque aditum faciliorem, quam mari habeat. igitur Philippus deiecto præsidio, fufusque Ætolis, qui saltum Thermopylarum infidebant: cum ab Demetriade Scouſam, inde tertia uigilia profectus trepidos hostes Heracleam compulſiſſet: ipse uno die Phocidis Elaam millia amplius LX contendit. Eodem ferme die ab Attalo Rege Opuntiorum urbs capta diripiebatur. conſeſſerat eam prædam Regi Sulpius: quia Oreum paucos ante dies ab Romano milite, experibus regijs, direptum fuerat: cum Romana classis eō se recepisset. Attalus igitur ignarus aduentus Philippi pecunijs à principibus exigendis terebat tempus. adeoque improuisa res fuit: ut, nisi Cretenſium quidam forte pabulanum ab urbe longius progressi agmen hostium procul conſpexissent: opprimere poterit. Attalus inermis, atque incompositus, cursu effusus mare ac naues perit. & molientibus ab terra naues Philippus superuenit: tumultumque etiam ex terra paucis præbuit. inde Opuntem redijt, deos, hominesque accusans: quod tantæ rei fortunam ex oculis propè ratam amiſiſſet. Opuntij quoque ab eadem ira increpiti: quod cum trahere obſidionem in aduentum suum potuissent: u se statim hoste propè in uoluntariam deditio-nem conſeſſiſſent. Compositis circa Opuntem rebus, Torone est profectus. Et Attalus primo Oreū se recepit. id eū fama accidisset: Prusæ Bithyniæ Regem in fines regni suū transgressum: omiſſis Romanis, atque Ætolico bello, in Asiā



traiecit. Et Sulpitius Æginam classem recepit: unde in-  
 itio ueris profectus erat. Haud maiore certamine, quam  
 Opuntem Attalus ceperat: Philippus Toronem cepit.  
 Incolebant eam urbem profugæ ab Thebis Phœtiæ. urbe  
 sua capta à Philippo, cum in fidem Ætolorum profugis-  
 sent: sedem eis: Ætoli eam dederant urbis uastata, ac de-  
 fertæ priore eiusdem Philippi bello. Tum ab Torone, su-  
 cut paulo ante dictum est, recepta profectus, Tritonon, et  
 Drymas, Doridis parua atq; ignobilia oppida cepit. in-  
 de Elatiam, iussis ibi se opperiri Ptolemai, Rhodiorumq;  
 legati, uenit. ubi cum de finiendo Ætolicò bello agere-  
 tur: (affuerant enim legati nuper Heracleæ concilio Ro-  
 manorum. Ætolorumq;) nuntius affertur: Machanidam  
 olympiorum solenne ludicrium paranteis Eleos aggre-  
 di stauisse. Præuertendum id ratus, legatis cum benigno  
 responso dimissis, se neq; causam eius bellifuisse: nec morâ,  
 si modo æqua, & honesta conditione liceat: pacæ facturû:  
 cum expedito agmine profectus per Bœotiã Megaram,  
 atq; inde Corinthum descendit. unde commeatibus sum-  
 ptis, Philiuonta, Phœneumq; petit. & iam cum Ereã  
 uenisset: audit: Machanidam fama aduentus sui territi  
 refugisse Lacedæmonem. Ægiumq; se ad conciliũ Achæo-  
 rum recepit: simul classem Punicam, ut mari quoq; ali-  
 quid posset, accitam; ibi ratus se inueniturum. Paucis ante  
 diebus inde Phœceas traiecerant Perii. inde portus: Aca-  
 nanum petierant: cum ab Oreo profectum Attalum, Ro-  
 manosq; audissent: uerit: ne in se irentur: & intra Rhium  
 (fauces eæ sunt Corinthiã sinus) opprimerentur. Philip-  
 pus mœrebat quidem: & angebatur: cum ad omnia ipse  
 raptim isset nulli tamen se rei in tempore occurrisse: &  
 rapientem omnia ex oculis eluisse celeritatem suam. for-

tuam. In concilio autem dissimulans ægritudinem, elat-  
 to animo disseruit, te stans deos, hominesq;: se nulli loco,  
 nec tempori defuisse: quin ubi hostium arma concrepui-  
 sent: eò quanta maxima posset celeritate, tenderet. sed uix  
 rationem inire posse: utrum ab se audacius, an fugacius  
 ab hostibus geratur bellum. sic ab Opunte Attalum, sic  
 Sulpitium à Chalcidæ, sic his ipsis diebus Machanidam  
 è manibus suis elapsam. Sed non semper felix esse fu-  
 gam: nec pro difficili id bellum habedum: in quo, si mo-  
 do congressus cum hostibus sis: uiceris. quod primum es-  
 set: confessionem se hostium habere: nequaquam pares es-  
 se eos sibi. breui & uictoriam haud dubiam habiturum:  
 nec ueliore euentu eos secum, quam spe pugnaturus. La-  
 ti Regem socij audierunt. Reddidit inde Achæis Ereã,  
 & Triphyliã. Alipheram autem Megalopolitis, quod  
 suorum fuisse finium satis probabant: restituit. inde nau-  
 ius acceptis ab Achæis (erant autem tres quadrire-  
 mes, & biremes totidem) Anticyram traiecit. inde quin-  
 queremibus septem, & lembis uiginti amplius, quos, ut  
 adiungeret Carthaginensium classi: miserat in Corin-  
 thium sinum: profectus ad Erythras Ætolorum, quæ  
 propè Eupalium sunt: descensionem fecit. Haud fellit  
 Ætolos. nam hominum quod aut in agris, aut in pro-  
 pinquis castellis Poñdaniæ, atq; Apolloniæ fuit, in syl-  
 uas, montesq; refugit. Pecora, quæ inter festinationem abi-  
 gi nequuerant: sunt direpta: & in naues compulsã. Cum  
 his, ceteraq; præda Nicia prætor Achæorum Ægium  
 misso, cum Corinthum perisset: pedestres inde copias per  
 Bœotiã terra duci iussit. ipse ab Oenotrijs præter terram  
 Atticã super sinum nauigans inter medias propè ho-  
 stium classes, Chalcidem peruenit. inde collaudata fide,

ac virtute, quod neq; timor, neq; spes flexisset eorum animos: hortatusq; in posterum, ut eadem constantia permanerent in societate: si suam, quam Oreanorum, atq; Opuntiorum fortunam mallent: ab Chalcide Oreum nauigat. principumq; ijs, qui fringere capta urbe, quam se Romanis tradere maluerant: summa rerum, & custodia urbis permissa, ipse Demetriadem ab Euboea, unde primum ad opem ferendam socijs profectus erat: traiecit. Casandreæ deinde centum nauium longarum carinis positis, contractaq; ad effectum eius operis multitudinem fabrorum naualium, quia res in Græcia tranquillâ & profectio Attali fecerat: & in tempore laborantibus socijs Lamam ab se auxilium: retro in regnum concessit: ut Dardanis bellum inferret. Extremo ætatis eius, qua hæc in Græcia gesta sunt: cum Q. Fabius Maximus prætor legatus ab M. Liuii consule Romam ad senatum missus nuntiasset: consulem satis præsidij Gallie prouinciæ credere L. Portium cum suis legionibus esse: discedere se inde, ac deduci exercitum consularem posse: patres non M. Liuium tantum redire ad urbem, sed collegam quoq; eius C. Claudium iusserunt. Id modo in decreto interfuit: quod M. Liuij exercitum reduci, Neronis legiones Annibali oppositas manere in prouincia iusserunt. Inter consules ita per litteras conuenit: ut quemadmodum uno animo Rempublicam gessissent: ita, quanquam ex diuersis regionibus conuenirent: uno quoq; tempore ad urbem accederent. Præneste qui prior uenisset: collegam ibi opperiri iussus. Forte ita euenit: ut eodem die ambo Præneste uenirent. inde præmisso edicto, ut triduo post frequens senatus ad ædem Bellonæ adesset: omni multitudine obi-

uiam effusa ad urbem accessere. Non salutabant modo uniuersi circumfusi: sed contingere pro se quisq; uictrices dextras consulum cupientes, alij graulabantur: alij gratias agebant: quod eorum opera incolumis Respub. esset. In senatu cum more omnium imperatorum expositis rebus ab se gestis postulassent: ut pro Respub. fortiter feliciterq; administrata, & dijs immortalibus haberetur honos: & ipsis triumphantibus urbem inire liceret: se uero ea quæ postularent: decernere patres merito deorum primum, dein secundum deos consulum responderunt: & supplicatione amorum nomine, & triumpho utriq; decreto. Inter ipsos, ne, cum bellum communi animo gessissent: triumphum separarent: ita conuenit: ut quoniam & in prouincia M. Liuij res gesta esset: & eo die, quo pugnatum foret: eius forte auspiciam fuisset: & exercitus Liuianus deductus Romam uenisset: Neronis de prouincia deduci non possisset: M. Liuium quadrigis urbem inuenientem milites sequerentur: C. Claudius equo sine militibus inueheretur. Ita consociatus triumphus, cum utriq; tum magis ei, qui quantum merito anteibat: tantum honore collegæ cesserat: gloriam auxit. Illum equitem aiebant sex dierum spatio transcurrisse longitudinem Italiae: & eo die cum Asdrubale in Gallia signis collatis pugnassee: quo eum castra aduersus sese in Apulia posita habere Annibal credidisset. ita unum consulem pro utraq; parte Italiae aduersus duos duces, duos imperatores, hinc consilium suum, hinc corpus opposuisse. nomen Neronis satis fuisse ad continentium castris Annibalem. Asdrubalem uero qua alia re, quam aduentu eius obrutum, atque extinctum esse? Itaque iret alter consul sublimis curru multiugis, si uellet, equis: uno equo per

urbem uerum triumphum uehi: Neroniq; , etiam si perdes incedat: uel parto eo bello, uel spreto triumpho, gloriam memorabilem fore. Hi sermones spectantium Neronem usq; in Capitolium profecti sunt. Pecuniam in ararium tulerunt: sestertium tricies octuaginta millia aris. militibus M. Liuius quinquagenos senos asses diuisit. tantundem C. Claudius absentibus militibus suis est pollicatus: cum ad exercitum redisset. Notatum: eo die plura carmina militaribus iocis in C. Claudium, quam in consule suum iactata: equites L. Veturium, & Q. Cæcilium legatos magnis uulsi laudibus: hortatosq; esse plebem: ut eos consules in proximum annum crearent: adieciſſe equitum prerogatiue auctoritatem consules: postero die in condone, quam fori fidelisq; duorum præcipue legatorum opera usi essent, commemorantes. Cum comitorum tempus appeteret: & per dictatorem comitia haberi placuisset: C. Claudius consul M. Liuium collegam dictatorem dixit: Liuius Q. Cæcilium magistrum equitum. A M. Liuiio dictatore creati consules L. Veturius, Q. Cæcilius: is ipse: qui tum erat magister equitum. Inde prætorum comitia habita. Creati C. Seruilius, M. Cæcilius Metellus, T. Claudius Asellus, Q. Manlius Thurinus: qui tum adilis plebis erat. Comitibus perfectis, dictator magistratum abdicato, dimissoq; exercitum, in Hetruriam provinciam ex S. C. est profectus ad quaestiones habendas: qui Hetruscorum, Umbrosum uel populi defectionis ab Romanis ad Asdrubalem sub aduentu eius consilia agitaſſent: quiq; eum auxilijs, aut commeatu, aut ope aliqua inuisſent. Hac eo anno domi, militiæq; gesta. Et ludii Romani ter totiſtaurati ab ædilibus curulibus Cn. Seruilio Cepione, Ser. Cornelio Lentulo. Item ludii Plebeijs semel totiſtaurati ab

ædilibus plebis M. Pomponio Mathone, & Q. Manlio Thurino. Tertio decimo anno Punici belli, L. Veturio Philone, & Q. Cæcilio Metello consulibus Brutij, ambobus ut cum Annibale bellum gererent provincia decreta. Praetores exinde sortiti sunt: M. Cæcilius Metellus urbanam: Q. Manlius peregrinam: C. Seruilius Siciliam: T. Claudius Sardiniam. Exercitus ita diuisi. consulum alteri, quem C. Claudius prioris anni consul: alteri, quem Q. Claudius praetor (æe binæ legiones erant) habuisset exercitum. In Hetruria duas uolouum legiones à C. Terentio proconsule M. Liuius proconsul, cui prorogatum in annum imperium erat acciperet. Et Q. Manlio, cui collega iurisdictione tradita, Galliam cum exercitu, qui L. Portius praetor praefuerat: obtineret decretam est: iussisq; populari agros Gallos: qui ad Pænos sub aduentu Asdrubalis defeſſent. C. Seruilio cum Cannensibus duabus legionibus, sicut P. Manlius tenuerat Sicilia uenda data. Ex Sardinia uetus exercitus, cui A. Hostilius praefuerat: deportatus. nouam legionem, quam T. Claudius traiecerat secum: consules conscripserunt. Q. Claudio, ut Tarentum, C. Hostilio Tubulo, ut Capuam provinciam haberet: prorogatum in annum imperium est. M. Valerius proconsul, qui uendæ circa Siciliam maritimæ oræ praefuerat: XXX nauibus C. Seruilio traditis, cum cætera omni classe redire ad urbem iussus. In ciuitate tanto discrimine belli sollicita, cum omnium secundorum, aduersorumq; causas in deos uerterent: multa prodigia nuntiabantur. Tarracinae Iouis ædem, Satriæ Matris Matutæ de caelo factam. Satricanos haud minus terrebant in ædem Iouis sitibus ipsis duo prolapsi angues. Ab Antio nuntiamur est: cruentas spicas metentibus uisas esse. Cere porcus biceps, & a

gnus mas, idemq; foemina natus erat. Et Albæ duos soles uisus ferebant: & nocte Fregellis lucem obortam. Et bos in agro Romano locutus: & ara Neptuni multo mansisse sudore in circo Flamini dicebatur. & aedes Cereris, Salutis, Quirini de cælo tactæ. Prodigia consules hostiis maioribus procurare iussi: & supplicationem unum diæ habere. Ea ex senatus consulto facta. Plus omnibus aut nūtiatis peregre, aut uisus domi prodigijs, terruit animos hominum ignis in aede Vestæ extinctus. ob quam causam casa flagro est uestalis uirgo, cuius custodia eius noi et is fuerat: iussu P. Licij pontificis. Id q̄q; nihil portenditibus deis, ceterum negligentia humana acciderat: tamen & hostiis maioribus procurari: & supplicationem ad Vestæ aram haberi placuit. Prius quàm proficiscerentur consules ad bellum: moniti ab senatu sunt: ut in agros reducendæ plebis curâ haberent. deum benignitate summotum bellum ab urbe Roma, & Latio esse. posse sine metu in agris habitari, nūmine conuenire: Sicilia; quàm Italiae, colendæ maiorem curam esse. Sed res haud quaquam erat populo facilis: & liberis cultoribus bello absumptis: & inopia seruitiorum: & pecore direpto: uillisq; dirutis, aut incensis. Magna tamen pars auctoritate consulum compulsa in agros remigravit. Mauerant autem huiusce rei mentionem Placentinorum & Cremonensium legati, querentes: agrum suum ab accolis Gallis incurfari, ac uastari: magnamq; partem colorum suorum dilapsam esse: & infrequentes se urbes, agrum uastatum ac desertum habere. Manlio pretori mandatum: ut colonias ab hoste meretur. Consules ex S. C. edixerunt: ut qui ciues Cremonenses, aut Placentini essent: ante certum diem in colonias reuerteren-

tur. principio deinde ueris et ipsi ad bellum profecti sunt. Q. Caecilius consul exercitum ab C. Nerone, L. Veturius ab Q. Claudio propratore accipit: nouisq; militibus, quos ipse conscripserat: suppleuit. in Consentinum agrum consules exercitum duxerunt: passimq; depopulati, cum agmen iam graue præda esset: in saltu angusto à Brutijs, iaculatoribusq; numidis turbati sunt: ita ut non præda tantum, sed armati quoq; in periculo fuerint. maior tamen tumultus, quàm pugna fuit: & præmissa præda, incolumes legiones in loca culta euasere. inde in Lucanos profecti. Ea sine certamine tota gens in ditionem populi Romani redijt. Cum Annibale nihil eo anno rei gestum est. nam neq; ipse se obtulit in tam recenti uulnere publico, priuatq; neq; lacefferunt quietum Romani. tantam inesse uim: etsi omnia alia circa eum ruerent: in uno illo duce censebant. Ac nescio an mirabilior in aduersis, quàm secundis rebus fuerit. quippe qui, cum & in hostium terra per annos tredecim, tam procul ab domo, uaria fortuna, bellum gereret exercitu non suo cõuili, sed misto ex colluione omnium gentium: quibus non lex, non mos, non lingua communis, alius habitus, alia uestis, alia arma, alij ritus, alia sacra, alij propè dij essent: ita quodam uinculo copulauerit eos: ut nulla nec inter ipsos, nec aduersus duces seditio exiterit: cum & pecunia sæpe in stipendium, & commeatu in hostium agro deesset: quorum inopia priore Punico bello multo infanda inter duces, militesq; commissa fuerant. Post Asdrubalis uero exercitum cum duce, in quibus spes omnis reposita uictorie fuerat: deletum, cedendoq; in angulū Brutij cætera Italia concessum, cui non uideatur mirabile: nullum motum in castris factum? nam ad cætera id

quoq; accesserat: ut ne alēdi quidem exercitūs, nisi ex Bru-  
tio agro spes esset. qui ut omnis coleretur: exiguus tamen  
tanto alendo exercitū erat: cum magnam partem iuuen-  
tutis abstractam à cultu agrorum bellum occupauerat:  
& mos uitio etiā insitus genti per latrocinia militiam  
exercendi. nec ab domo quicquam mittebatur: de Hispa-  
nia retinenda sollicitis: tanquam omnia prospera in Ita-  
lia essent. In Hispania res quadam ex parte eandem for-  
tunam, quadam longe disparē habebant. eandem: quod  
prælio uicti Carthaginenses duce amisso in ultimam Hi-  
spaniā oram usq; ad Oceanum compulsi erant. disparē  
autem: quod Hispania non quā Italia modo, sed quā  
ulla pars terrarum bello reparando aptior erat locorum,  
hominūmq; ingenijs. Itaq; ergo prima Romanis in-  
itā provinciarum, quæ quidem continentis sint: postrema  
omnium nostra demum ætate ductū, auspiciōq; Augusti  
Cæsaris perdomita est. Ibi nūm Asdrubal Gisgonis filius,  
maximus clarissimusq; eo bello secundū Barchinos dux,  
regressus ab Gadibus, rebellandi spem adiuuante Magno  
ne Amilcaris filio, delectibus per ulteriorem Hispaniam  
habitīs, ad quinquaginta millia peditum, et quatuor mil-  
lia & quingentos equites armauit. De equestribus copijs  
fermè inter authores conuenit. peditum LXX millia  
quidam adducta ad Silpīam urbem scribunt. Ibi super  
campos patentes duo duces Pœni e a mente, ne detrectar-  
ent certamen: considerunt. Scipio, cum ad eum fama tar-  
tū comparati exercitūs perlata esset: neq; Romanis legioni-  
bus tantæ se fore parem multitudini ratus, ut nō in speciē  
saltem opponerentur barbarorum auxilia neq; in ista  
men tantum uirium ponendum, ut mutando fidē, quæ  
cladis causa fuisset patri, patrioq; magnum momentum  
facerent:

facerent: præmissō Syllano ad Colcam duodetriginta op-  
pidis regnantē, ut equites peditesq; ab eo, quos se per bye-  
mem conscripturnum pollicitus erat acciperet: ipse à Tar-  
racone profectus, profinus ab scijs, qui accolunt uian-  
modica contrahendo auxilia, Castulonem peruenit. Eo  
adducta ab Syllano auxilia tria millia peditū, et equites  
quin genti. Inde ad Benulam urbem progressus cum om-  
ni exercitū ciuium sociorumq; peditum equitūmq; V et  
XL millibus. Cstra ponenteis eos Mago, & Masanissa  
cum omni eqtatu aggressi sunt. turbassentq; munientes:  
ni abditi post tamulū, opportune ad id positū ab Scipio-  
ne, equites improviso in effusos incurrisent. Hi promptis-  
simum quēq; & proxime uallum, atq; in ipsos munito  
res primum inuectum uixdum prælio inito funderunt.  
cum cæteris, qui sub signis, atq; ordine agminis incesse-  
rant: longior, & diu ambigua pugna fuit. sed cum ab sta-  
tionibus primum expeditæ cohortes, deinde ex opere de-  
ducti milites, atq; arma capere iussi, plures et integri fessis  
subirent: magnumq; iā agmen armatorū à castris impliū  
rueret: terga haud dubie uertunt Pœni. Numidæq; primo  
turmatim abibant. nihil propter pæorem festinationem  
ue confatis ordinibus: deinde postquam acius ultimis in-  
cidebat Romanus: neq; sustineri impetus poterat: nihil iā  
ordinum memores, passim qua cuiq; proximum fuit, in  
fugam effunduntur. Et quanquam eo prælio aliquantū  
& Romanis ausi, & diminuti hostibus animi erant:  
tamen nunquam aliquot infentes dies ab excursioni-  
bus equitum, leuisq; armaturæ cessatum est. Vbi satis ten-  
tata per hæc leuia certamina uires sunt: prior Asdrubal  
in aciem copias eduxit: deinde & Romani processere.  
sed utraq; acies pro uallo stetit instructa. & cum ab neu-

trīs pugna cōpta esset : iam die ad occasum inclinante, a Pœno prius, deinde ab Romano in castra copie reducta. Hoc idem per dies aliquot factum. prior semper Pœnus copias castris educebat : prior fessis stando signum recipi dabat. ab neutra parte procursum : telum ne missum : aut uox ulla orta. mediam aciem hinc Romani, illinc Carthaginenses missi Afris, cornua socij tenebant. erant autem utrinque Hispani pro cornibus. ante Punicam aciem elephantū castellorum procul speciem uisu praebebant. Iam hoc in utrisque castris sermōnis erat : ita ut instructi stetitissent, pugnaturos : medias acies, Romanum Pœnumq; , quos inter belli causa esset : pari robore animorum armorumq; , concursuras. Scipio ubi hac obstinate credita animaduertit : omnia de industria in eundem diem, quo pugnaturos erat mutauit. Tesseram uesperī per castra dedit : ut ante lucem uiri equiq; , cum rapinam pransi essent : armati eques frenatos stratosq; , teneret eos quos. Vix dum satis certa luce equitatum omnem cum leui armatura in stationes Punicas immisit. inde confestim ipse cum graui agmine legionum procedit : praeter opinionem destinatam suorum, hostiumq; Romano militum cornibus firmatis, socijs in mediam aciem acceptis. Asdrubal clamore equitum excitatus ut ex tabernaculo profiliuit : tumultumq; , ante uallum, & trepidationem suorum, & procul signa legionum fulgentia, plenosq; hostium campos uidit : equitatum omnem ex templo in equites emittit. ipse cum pedum agmine castris egreditur : nec ex ordine solito quicquam in acie struenda mutat. Equitum iam diu anceps pugna erat : nec ipsa per se decerni poterat : quia pulsus (quod prope inuicem fiebat) in aciem pedum unus receptus erat. sed ubi iam haud plus

quingentos passus acies inter sese diuisae aberant : signo receptui dato Scipio, patefactisq; ordinibus, equitatum omnem leuemq; armaturam in medium acceptam, diuisamq; in partes duas, in subsidijs post cornua locat. inde ubi incipiendae iam pugnae tempus erat : Hispanos (ea media acies fuit) praesso gradu incedere iubet. ipse è dextro cornu (ibi nanque praerat) nuntium ad Syllanum, & Martium mittit : ut cornu extenderent in sinistram partem : quemadmodum se tendentem ad dexteram uiderent : & cum expeditis pedum, equitumq; prius pugnam conferent cum hoste : quàm coire inter se mediae acies possent. Ita diductis cornibus cum ternis pedum cohortibus, ternisq; equitum turmis, ad hoc uelitis, citato gradu in hostem ducebant, sequentibus in obliquum alijs. Sinus in medio erat : quia segnius Hispanorum signa incederent. & iam conflixerant cornua : cum, quod roboris in acie hostium erat : Pœni ueterani, Africq; nondum ad telum coniectum uenissent : neq; in cornua, ut adiuuarent pugnantem : discurrere audent : ne aperirent mediam aciem uenienti ex aduerso hosti. Cornua ancipiū praelio urgebantur. eques, leuisq; armatura, & uelites circumductis alijs in latera incurrebant : cohortes à fronte urgebant : ut abrumperent cornua à caetra acie. Et cum ab omni parte haudquaquam par pugna erat : tum, quod turba Balearicum, tyronumq; Hispanorū Romano Latinoq; militū obiecta erat : procedente iam die uires etiā deficere Asdrubalis exercitū ceperant : oppressos matutino tumultu coactosq; prius q̄ cibo corpora firmarent, rapitū in aciem exire. Ad id sedulo diem extraxerat Scipio : ut sera pugna esset. nā ab septima demum hora pedum signa cornibus iurerunt. ad medias acies aliquāto serius puenit pugnat

prius æstus à meridiano sole, laborq; standi sub armis, et  
 simul fames sitisq; corpora afficerent: quàm manus cum  
 hoste conferrent. itaq; steterunt scuti innixi. nam super  
 cætera elephantum etiam tumultuoso genere pugna equitum,  
 uelitarumq; et leuis armaturæ confternati è cornibus in me-  
 diam aciem sese intulerant. Fessi igitur corporibus, ani-  
 misq; reulere pedem ordines tamen seruantes haud se-  
 cus: quàm si imperio ducis cederet integra acies. Sed cū  
 eo ipse acrius, ubi inclinatum sensere: uictores se uindiq;  
 inueherent: nec facile impetus sustineri posset: quanquam  
 retinebat: obfistebatq; cedenibus Asdrubal ab tergo esse  
 colleis, tutumq; recaptum, sed modice se recipere: clami-  
 tans: tamen uincende uere curandiam meam, cum proximus  
 quisq; hostem cederet: terga extemplo data: atq; in sui  
 gam sese omnes effuderunt. Ac primo consistere signa in  
 radicibus collium, ac reuocare in ordines militem cæpe-  
 rant: cunctantibus in aduersum collem erigere aciem Ro-  
 manis. inde ut inferrî impigre signa uiderunt: integrata  
 fuga, in castra pauidi compelluntur. Nec procul uallo  
 Romanus aberat. capissetq; tanto impetu castra: nisi ex  
 uehementi sole qualis inter grames imbre nubes effulget:  
 rãta uis aquæ deiecta esset: ut uix in castra sua recaperint  
 se uictores: quosdam etiam religio cæperit: ulterius quicq;  
 eo die conandi. Carthaginenses, quanquam fessos labore,  
 ac uulneribus nox, imberq; ad necessariam quietem uoca-  
 bat: tamen quia metus & periculum cessandi non dabat  
 tempus, prima luce oppugnaturis hostibus castra: saxis  
 undiq; circa ex propinquis uallibus congestis augent ual-  
 lum: munimento sese, quando in armis parum præsidij  
 foret: defensuri. Sed transitio socorum, fuga ut tutior mo-  
 ra uideretur, fecit. principum defectionis ab Attane regi

lo Turdetanorum factum est. is cum magna popularium  
 manu transfugit. inde duo munita oppida cum præsi-  
 dijs tradita à præfectis Romano. Et ne Latinus, inclinatis  
 semel ad defectionem animis, serperet res: silentio proxi-  
 ma noctis Asdrubal castra mouet. Scipio, ut prima luce  
 qui in stationibus erant, reulerunt: profectos hostes: præ-  
 missis equitatu signa ferri iubet. adeoq; citato agmine e-  
 ducti sunt: ut si uia recta uestigia sequentes isse: haud  
 dubie assecuturi fuerint. sed ducibus est creditum, breuius  
 aliud esse iter ad Bætium fluiuum: ut transcuntes aggredere-  
 rentur. Asdrubal clauso transitu fluminis ad Oceanum  
 fleuit. & iam inde fugientium modo effusi abitant: idq;  
 ab legionibus Romanis aliquantum interualli fecit. et  
 ques, leuisq; armatura nunc ab tergo, nunc ab lateribus  
 occurrendo, fatigabat: morabaturq;. sed cum ad crebros  
 tumultus signa consisterent: & nunc equestria, nunc cū  
 uelitis auxilijsq; peditum prælia conferrent: superue-  
 nerunt legiones. inde non iam pugna, sed trucidatio uelut  
 pecorum fieri: donec ipse dux fuga author in proximos  
 colles cum septem millibus ferme semiermum euasit. cæ-  
 teri cæsi: captiq;. castra tumultuaria rapim pœni tumulo  
 editissimo communierunt: atq; inde, cum hostis ne quic-  
 quam subire iniquo ascensu conatus esset: haud difficul-  
 ter sese tutati sunt: sed obsidio in loco nudo, atq; inopi uix  
 in paucos dies tolerabilis erat. itaq; transitiones ad hostes  
 fiebant. postremo dux ipse nauibus acceptis (nec procul  
 id aberat mare) nocte relicto exercitu Gadeis per fugit.  
 Scipio fuga ducis hostium audita, decem millia peditum,  
 mille equites reliquit Syllano ad castrorum obsidionem. ip-  
 se cum cæteris copijs, septuagesimis castris, proinus cauis  
 regulorum ciuitatumq; cognoscendis, ut præmia ad ue-

ram meritorum æstimationem tribui possent: Tarraconē redijt. Post profectiōem eius Masaniſſa cum Syllano clam congressus, ut ad noua consilia gentem quoq; suam obedientem haberet cum paucis popularibus in Africam traiecit: non tam euidenti eo tempore subitæ mutationis causa: quàm documento post id tempus constantissimæ ad ultimam senectam fidei: ne tum quidem eum sine probabili causa fecisse. Mago inde renissus ab Asdrubale nauibus, Gades petit. Cæteri deserti ab duobus, pars transitiōe, pars fuga dissipati per proximas ciuitates sunt: nulla manus numero, aut uiribus insignis. Hoc maxime modo ducti atque auspicio proconsulis Scipionis pulsi Hispania Carthaginenses sunt, quartodecimo anno post bellum initum, quinto postquam prouinciam, & exercitum accepit. Haud multo post Syllanus debellatum referens, Tarraconem ad Scipionem redijt. L. Scipio cum multis nobilibus captiuis nuntius receptæ Hispaniæ Romam est missus. Et cum cæteri latini, gloriaq; ingenti eam rem uulgo ferrent: unus, qui gesserat inexplibilis uirtutis, ueracq; laudis, paruum in star eorū, que spe ac magnitudine animi concipisset: receptas Hispanias ducebat. iam Africam, magnamq; Carthaginem, & in summum decus nomenq; uelut consumatam eius belli gloriam spectabat. Itaque præmoliendas ibi rarus iam res, conciliandosq; regum gentiumq; animos, Syphacem priuum Regem statuit tentare. Masafulorum is Rex erat. Masafuli gens affinis Mauris, regionem Hispaniæ, maxime quæ sita Noua Carthago est: spectant. Fœdus ea tēpestate Regi cum Carthaginensibus erat. quod haud grauius ei, sanctiusq; q̄ uulgo barbaris, quibus ex fortuna pēdet fides: ratus fore, oratorem ad eum C. Lælium cum

donis mitit. Quibus barbarus lætus, et quia res tum prospera ubiq; Romanis, pœnis autem in Italia aduersa in Hispania nulla iam erant: amicitiam se Romanorū accipere annuit. firmandæ eius fidem nec dare: nec accipere: nisi cum ipso corā duce Romano. Ita Lælius in id modo fide ab Rege accepta, tum aduentū fore, ad Scipionem redit. Magnum in omnia momentum Syphax affectanti res erat Africa: opulentissimus eius terræ, bello iam ex partus ipsos Carthaginenses: finibus etiā regni apte ad Hispaniam, quæ freto exiguō dirimuntur: positus. Dignam itaq; rem Scipio ratus, quæ, quoniam non aliter posset: magno periculo peteretur: L. Martio Tarracone, Syllano Carthagine noua, quò pedibus ab Tarracone itineribus magnis ierat: ad præsidium Hispaniæ relictis, ipse cum C. Lælio duobus quinquereuib; ab Carthagine profectus tranquillo mari plurimum remis, interdum & leni adiuuante uento in Africam traiecit. Forte ita incidit: ut eo ipso tempore Asdrubal pulsus Hispania septemtrivereuib; portum in echnis anchoris positus terræ applicaret naues: cum conspectæ duæ quinqueres haud cuiq; dubio, quin hostium essent: opprimiq; à pluribus prius q̄ portū intrarent, possent: nihil aliud, q̄ tumultum ac trepidationem simul militum, ac nauarum, nequicq; armaq; et naues expedientiū, fecerunt. percussa enim ex alto uela paulo acriori uento prius in portum inuulerunt quinquereuib;: q̄ Pœni anchoras molirentur. nec ultra tumultum edere quisquam in regio portu audebat. Itaq; prior in terram Asdrubal, mox Scipio, & Lælius egressi ad Regem pergunt. Magnificumq; id Syphaci: nec erat aliās uisum: duorum opulentissimorum ea tempestate duces populorum uno die suam pacem amicitiamq; petentis uel



misse. Vtrumq; in hospitium inuitat. & quoniam fors eos  
 sub uno tecto esse, atq; ad eosdem penates uoluisset: con-  
 trahere ad colloquium dirimentarium simultaneum causa  
 est conatus: Scipione abnuente: aut priuatum sibi ullum  
 cum Pæno odium esse: quod colloquendo finiret: aut de  
 Repub. quicquam se cum hoste agere inuisu senatus pos-  
 se: illud magnopere contendente Rege: ne alter hospitium  
 exclusus mensa uideretur: ut in animum induceret ad eam  
 dem uenire epulas. Haud abnuuit. cœnatumq; simul apud  
 Regem est. Et eodem etiam lecto Scipio, atq; Asdrubal,  
 quia ita cordi erat Regi: accubuerunt. Tanta autem  
 inerat comitas Scipioni, atq; ad omnia naturalis ingenij  
 dexteritas: ut non Syphacem modo barbarum, insuetiq;  
 moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum fa-  
 cunde alloquendo sibi conciliaret mirabilioremq; sibi eni-  
 uirum congresso coram uisum præ se ferebat: quàm bello  
 rebus gestis. nec dubitare: quin Syphax regnumq;  
 eius iam in Romanorum esset potestate. eam artem illi ui-  
 ro ad conciliandos animos esse. Itaque non quomodo  
 Hispaniæ amissæ sint, querendum magis Carthaginiensibus  
 esse: quàm quomodo Africam reuineant, cogitandū.  
 Non peregrinabundum, neque circa amœnas oras nau-  
 gantem tantum ducem Romanum, relicta prouincia no-  
 uæ dittonis, relictis exercitiis duabus nauibus in Afri-  
 cam traieçisse: & commississe sese in hostilem terram, in  
 potestatem regiam, in fidem inexpertam: sed ponenda  
 Africa spem affectantem. hoc eum impudenter uoluntate  
 in animo: hoc palam fremere: quod non quemadmodum  
 Annibal in Italia, sic Scipio in Africa bellum gereret. Scipio  
 fœdere isto cum Syphace, profectus ex Africa, dur-  
 bisq; & plerisq; sæuis in alto iactans uentis, die quarto

Nouæ Carthaginiensium portum tenuit. Hispaniæ sicut à bello  
 Punico quietæ erant: ita quasdam ciuitates propter cõ-  
 scientiam culpæ metu magis, quàm fide quietas esse appa-  
 rebat: quarum maxime insignes & magnitudine, & no-  
 xa Illiurgum, & Castulo erant. Castulonenses cum pro-  
 speris rebus socij fuissent: post casus cum exercitibus Scipio-  
 niones defecerant ad Pænos. Illiurgitani prodendis, qui  
 ex illa clade ad eos perurgerant: interficiendisq; scelus et  
 etiam defectioni addiderant. In eos populos primo aduen-  
 tu, cum dubiæ Hispaniæ essent: merito magis, quàm uul-  
 liter sæuitum foret. tunc iam tranquillis rebus, quia tem-  
 pus expetendæ pœnæ uidebatur uenisse: accitum ab Tar-  
 racone L. Martium cum tercia parte copiarum ad Castu-  
 lonem oppugnandam mitit. ipse cum cetero exercitu  
 quintis ferme ad Illiurgum castris peruenit. Clausæ e-  
 rant portæ: omniq; instructa, & parata ad oppugnationem  
 arcendam. adeo conscientia, quid se meritos scirent:  
 pro indicto eis bello fuerat. Hinc & hortari milites Scipio  
 orsus est. Ipsos claudendis portis indicasse Hispanos:  
 quid ut timerent, meriti essent. itaq; multo infestioribus  
 animis cum eis, quàm cum Carthaginiensibus bellum  
 gerendum esse. quippe: cum illis sine ira propè de  
 imperio, & gloria certari: ab ijs perfidia & crudelitate,  
 & sceleris pœnas expetendas esse. uenisse tempus:  
 quo & nefandam commilitonum necem, & in semetip-  
 sos, si eodem fuga delati forent: instructam fraudem ul-  
 ciscerentur: & in omne tempus graui documento sanc-  
 rent: ne quis unquam Romanum ciuem, militem ne in  
 ulla fortuna opportunum iniuria duceret. Ab hac exorta-  
 tione ducis incitati scalas electis per manipulos uiris di-  
 uidunt. partito exercitu, ita ut parū alteri Lælius præesset

*legatus: duobus simul locis accipit terrore urbem aggrediuntur. Non dux unus, aut plures principes oppidanos, sed sua ipsorum conscientia culpæ metu ad defendendam impigre urbem hortatur. Et meminerant: Et admonerant alios: supplicium ex se non uictori in peti. ubi quisq; mortem oppeteret: id referre: utrum in pugna, Et in acie, ubi mars communis Et uictum saepe erigeret: Et affligeret uictorem: an postmodum cremata Et diruta urbe ante ora captarum coniugum liberorumq; inter uerba et uincula, omnia sæda atq; indigna passi, expirarent. Igitur non militaris modo atas, aut uiri tantum, sed femina quoq; pueriq; supra animi corporisq; uires adsum: propugnantis tela ministrant: saxa in muros munientibus gerunt. non libertas solum agebatur: quæ uirorum fortium tantum pectora acuit: sed ultima omnibus supplicia, Et sæda mors ob oculos erat. accendebantur animi, Et certamine laboris, ac periculi, atq; ipso inter se conspectu. Itaq; tanto ardore certant inuicem: ut dormitor ille totius Hispaniæ exercitus ab unius oppidi iuuentute saepe repulsus à muris haud satis decoro pralio trepidaret. Id ubi uidit Sapius: ueritus ne uanis conatibus suorum, hostibus cresceret animus, Et seignior miles fieret: sibimet conandum ad partem periculi capeffendam esse ratus increpita ignauia militum, ferri scalas iubet: Et seipsum, si cæteri cunctentur, ascensurum minatur. Iam subierat haud mediocri periculo mœnia cum clamor undiq; ab sollicitis uicem imperatoris militibus sublatus: scilicet multis simul partibus erigi cepta. Et ex altera parte Lælius instat. Tum uicta oppidanorum uis: deiectisq; propugnatoribus occupantur muri. arx etiã ab ea parte, qua inexpugnabilis uidebatur inter unum capta est.*

*Transiit Afris, qui tum inter auxilia Romana erant: Et oppidanis in ea tuenda, unde periculum uidebatur: uersis, Et Romanis subeuntibus scalis mœnia, qua adire poterant: conspexerunt editissimam urbis partem, quæ rupe præalta tegebatur: neq; opere ullo muniam, Et ab defensoribus uacua. leuium corporum homines et nulla exercitatione pericium, clamor secum ferreos portantes, quæ per inequaliter eminentia rupis poterant, scanderunt. sicubi nimis arduum, Et leue saxum occurrebat: clamor per modica interualla figentes, cum uelut gradus fecissent: primi sequentes extrahentes manu, postremi subleuantes eos: qui præirent: in summum euadunt. inde decurrunt cum clamore in urbem iam captam ab Romanis. Tum uero apparuit ab ira, Et ab odio urbem oppugnata esse. nemo capiendi uiuos, nemo, patentibus ad direptionem omnibus, prædæ memor est. trucidant inermes iuxta, atq; armatos: feminas pariter, ac uiros. usq; ad infantium cædem ira crudelis peruenit. ignem deinde telis iniiciunt: ac diruunt, quæ incendio absumi nequeunt. adeo uestigia quoq; urbis extinguere, ac delere memoriã hostium sedis cordi est. Castulonem inde Scipio exercitum ducit. quam urbem non Hispani modo conuenere, sed Punicam etiã exercitus ex dissipata passim fuga reliquæ uertebantur. sed aduentum Scipionis præuenere fama claudis Illiurigitanor: terrorq; deinde, ac desperatio iuaserat: Et in diuersis causis cum sibi quisq; consultum sine alterius respectu uellet: primo tacita suspicio, deinde aperta discordia secessionem iter Carthaginienses, atq; Hispanos fecit. His Cerdubellus pro palatæ ditionis auctor, Himilco Punicis auxiliaribus perat: quos urbemq; fide clã accepta, Cerdubellus Romano prodit. Miñor ea uictoria fuit. nec*

tantundem noxæ admissum erat: & aliquantum ita leuierat uoluntaria deditio. Martius inde in barbaros, si qui nondum perdomiti erant: sub ius, diuionemq; redigendos missus. Scipio Carthaginem ad uota soluenda dijs, munusq; gladiatorium, quod mortis causa patri, patriq; parauerat, edendum redijt. Gladiatorium spectaculum fuit non ex eo genere hominum: ex quo laniatis comparare mos est: seruorum delectu, ac libertorum: qui uenalem sanguinem habent. uoluntaria omnis, & gratuita opera pugnantium fuit. nam alij missi ab regulis sunt ad specimem insitæ genti uirtutis ostendendum: alij ipsi professi se pugnaturos i gratiam ducis: alios amulatio, & certamen, ut prouocarent: prouocati uel haud abnuerent: traxit. quidam quas discaptando. controuersias finire nequiverant: aut noluerant: pacti inter se, ut uictorem res sequerentur: ferro decreuerunt. Neq; obscuri generis homines, sed clari illustresq; Corbis, & Orsua, patruelis fratres, de principatu ciuitatis, quam Iben uocabant ambigentes ferro se certaturos professi sunt. Corbis maior erat ætate. Orsue pater princeps proxime fuerat: à fratre maiore post mortem eius principatu accepto. Cum uerbis discaptare Scipio uellet: ac se dare iras: nequam id ambo dicere communibus cognatis: nec alium deorum, hominum uel quam Martem se iudicem habituros esse. Robore maior, minor flore ætatis feroc, mortem in certamine, quam ut alter alterius imperio subigeretur: praeoptantes: cum ab tanta rabie dirimi nequirit: insigni spectaculum exercitui præbuere: documentumq; quantum cupiditatis imperij malum inter mortales esset. Maior usu armorum, & astu facile stolidas uires minoris superauit. Huic gladiatorum spectaculo ludi fune

bres addit pro copia, & prouinciali, & castrensi apparatus. Res interim nihilominus ab legatis gerebantur. Martius superato Bate anni, quem incolæ Cirtim appellant: duas opulentas ciuitates sine certamine in diuionem accepit. Astapa urbs erat, Carthaginensium semper partis. neq; id tam dignum ira erat: quam quod extra necessitates belli præcipuum in Romanos gerebant odium. nec urbem aut suam, aut munimento tutam habebant: quæ ferociores ijs animos faceret. sed ingenia incolarum latrocinio lata, ut excursions in finitimum agrum sciorum populi Romani facerent: impulerant: & uagos milites Romanos, lixasq; & mercatores exciperent. magnum etiam comitatum, quia paucis paruum tutum fuerat: transgredientem fines positus insidijs circumuentu iniquo loco interfecerunt. Ad hanc urbem oppugnandam cum admotus exercitus esset: oppidani conscientia scelerum, quia nec deditio tuta ad tam infestos hostes uidebatur: nec spes moribus, aut armis tuendæ salutis erat: facinus in se, ac suos fœdum, ac ferum consciscunt. Locum in foro destinant: quo pretiosissima rerum suarum congererent. super eum tumultum coniuges, ac liberos confidere cum iussissent: ligna circa extruunt: fascisq; uirgultorum coniungunt. quin quaginta deinde iuuenibus armatis præcipiunt: ut donec incertus euentus pugnae esset: præsidium eo loco fortunarum suarum, corporumq; quæ chariora fortunis essent seruarent. si re inclinam uiderent: atq; in eo iam esse: ut urbs caperetur: scirent: omnes, quos euntes in prælium cernerent: mortem in ipsa pugna obituros. illos se per deos superos, inferosq; orare: ut memores libertatis, quæ illo die aut morte honesta, aut seruitute infami finem

da esset: nihil relinquere: in quod seuire iratus hostis  
 posset. ferrum, ignemq; in manibus esse. amica, ac fideles  
 potius ea, quæ peritura essent: absumerent manus, quam  
 insultarent superbo ludibrio hostes. His adhortationi-  
 bus execratio dira adiecta: si quem à proposito spes, mol-  
 litiæ ue animi flexisset. inde concitato agmine patenibus  
 portis ingenti cum tumultu erumpunt. Neque erat ul-  
 la satis firma statio opposita: quia nihil minus, quam ut  
 egredi mœnibus auderent: timere poterat. per pauca equi-  
 tum turmæ, leuisq; armatura repente è castris ad idipi-  
 sium emissa occurrit. Acrior impetu atq; animis, quam  
 compositior ullo ordine pugna fuit. Itaque pulsus eques,  
 qui primus hosti se obtulerat: terrorem inuulit leni arma-  
 tura. pugnatumq; sub ipso uallo foret: ni robor legionum,  
 perexiguo ad instruendum dato tempore, aciem dire-  
 xisset. Ibi quoq; trepidatum parumper circa signa est:  
 cum cæci furore in uulnera, ac ferrum uecordi audacia  
 rueret. dein uetus miles aduersus temerarios impetus per-  
 tinax, cæde primorum insequentes suppressit. conatus  
 paulo post ultro inferre pedem, ut neminem cedere, at-  
 que obstinato: mori in uestigio quenque suo uidit: patefa-  
 cta acie, quod ut facere posset, multitudo armatorum fa-  
 cile suppedibat: cornua hostium amplexus in orbem  
 pugnantes ad unum omnes occidit. Atq; hæc tamen ho-  
 stium iratorum, ac tum maxime dimicantium iure belli in-  
 armatos repugnantesq; edebantur. scædior alia in urbe  
 trucidatio erat. Cum turbam sceminarum, puerorumq;  
 imbellium, inermiumq; ciues sui cæderent: & in succensum  
 rogamum semianima pleraq; iniicerent corpora: riniq; san-  
 guinis flammam orientem restinguerent: postremo ipsi  
 cæde miseranda suorum fatigati cum armis medio incen-

dio se inlecerunt. Tam cædi perpetratæ uictores Romani  
 superuenerunt. ac primo conspectu tam scæde rei mirabundi  
 parumper obstupuerunt. deinde cum aurum, argentumq;  
 canulo rerum aliarum interfulgens auaritate in genij  
 humani rapere ex igne uellent: correpti alij flamma sunt:  
 alij ambusti afflatu uaporis: cum recaptis primis ur-  
 gente à tergo ingenti turba non esset. Ita Astapa sine præ-  
 da militum ferro igniq; absumpta est. Martius ceteris re-  
 gionis eius metu in deditiorem acceptis, uictorem exerci-  
 tum Carthaginem ad Scipionem reduxit. Per eos ipsos  
 dies per fuga à Gadibus uenerunt, pollicentes urbem Pu-  
 nicumq; præsidium, quod in ea urbe esset: & imperato-  
 rem præsidij cum classe prodituros esse. Mago ibi ex fuga  
 subsisterat: nauibusq; in Oceano collectis, aliquantum au-  
 xiliorum & trans freum ex Africa ora, & ex proximis  
 Hispaniæ locis per Hannonem præfectum coegerat. Fide  
 accepta, dataq; per fugas, & Martius eò cum expeditis  
 cohortibus, & Laelius cum septem triremibus, quinque re-  
 mium una est missus: ut terra, mariq; communi consilio rem-  
 gerent. Scipio ipse graui morbo implicatus, grauiore ta-  
 men fama, cum ad id quisq; quod audierat: insita home-  
 nibus libidine alendi de industria rumores, adijceret ali-  
 quit: prouinciaam omnem, ac maxime longinqua eius tur-  
 bavit: apparuitq; q̄tam excitaura molè uera fuisset clau-  
 des. Cum uanus rumor tantas procellas exciuisset: nõ so-  
 cij in fide nõ exercitus in officio mansit. Mandonius, et In-  
 dibilis, quibus, quæ regnũ sibi Hispaniæ pulsus inde Cartha-  
 ginensibus destinant animis: nihil pro spe contigerat:  
 concitatis popularibus (Lacetani autẽ erant) et iuuentute  
 Celtiberorũ excitata, agrũ Suefitanũ, Sedetanumq; sciorũ  
 populi Romani hostiliter depopulati sunt. Civilis alius

*furor in castris ad Sucronem ortus. Octo ibi millia militum erant: praesidium genibus, quæ cis Iberum incolunt: impositum. Motus eorum autem mentes sunt non tum: cum primum de uita imperatoris dubij rumores allati sunt: sed iam ante, licentia ex diuino, ut fit, ocio collecta: & non nihil: quod in hostico laxius raptis suctis uiuere, arctiores in paceres erant. Ac primo sermones tantum oculi crebentur, si bellum in provincia esset: quid sese inter pacatos facere? si debellatum iam: & confecta provincia esset: cur in Italiam non reuehi? Flagitatum quoque stipendium procius, quæ ex more, & modestia militari erat: & a custodibus probra in circumuectis uigiliis tribunos iacta: & noctu quidam prædatum in agrum circa pacatum ierant: postremo interdum, ac propalam sine comitatu ab insignis abibant. omnia libidine ac licentia militum, nihil instituto, aut disciplina militiæ, aut imperio eorum, qui præerant: gerebantur. forma tamen Romanorum castrorum constabat una ea spe: quod tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis, defectionisque rati forent. & iura reddere in principijs sinebant: & signum ab eis petebant: & in stationes, ac uigilias in ordinem ibant: & ut uim imperij abstulerant: ita speciem deo parentium ultro ipsi imperantes seruabant. Erupit deinde seditio: postquam reprehendere, atque improbare tribunos ea, quæ fierent: & conari obuiam ire, & propalam abnuere furoris eorum se futuros socios, senserunt. Fugatis itaque ex principijs, ac paulo post e castris tribunis, ad principes seditionis gregarios milites, C. Albius Calerum, & C. Atrium Umbrium, delatum omnium consensu imperium, qui nequaquam tribunicij contenti ornamentis, insignia etiam summi imperij fustes securesque, atque*

*treffare*

*treffare ausi. neque ipsi uenit in mentem: suis tergis, suisque cernicibus uirgas illas, securesque, imminere: quas ad metum aliorum præferrent. Mors Scipionis falsè credita occubabat animos: sub cuius uulgatam iam famam non dubitabant totam Hispaniam arseram bello: in eo tumultu & seculis pecunias imperari, & diripi propinquas urbes posse: & turbatis rebus, cum omnia omnes auderent: minus insignia fore: quæ ipsi fecissent. Cum alios subinde recentes nuntios non mortis modo, sed etiam funeris expectarent: neque superuenit quisquam: euanesceretque, temere ortus rumor: uim primi auctores requiri coepi. & subtrahentes se quoque, ut credidisse potius temere, quam in sinisse rem talem uideri possent: destituti duces iam sua ipsi insignia, & pro uana imagine imperij, quod gererent: ueram, iustamque, mox in se uersuram potestatem exhorrebant. Suspensum ita seditioni cum uiuere primo mox etiam ualere Scipionem, certi auctores afferrent: tribuni militum septem, qui ab ipso Scipione sunt missi: superuenerunt. Ad quos primum aduentum exasperati animi: mox ipsis placido sermone pronulcentibus notos, cum quibus congressi erant: leniti sunt. circumuectes enim tentoria primo deinde in principijs, prætorioque, ubi sermones inter se serentium circulos uidissent: alloquebantur, percunctantes magis: quæ causa ira, confestationisque subita foret: quæ factum accusantes. Vulgo stipendium non datum ad diem iactabatur: et cum eodem tempore, quo scelus Illiuriganorum extitisset: post duorum imperatorum, duorumque exercituum stragem sua uirtute defensum nomen Romanum, ac reuera provincia esset: Illiuriganos pœnam noxæ meritam habere: suis rectè factis gratiam qui exoluat, non esse. Talia querentes aqua orare, seque ea relaxatos ad imperator*

reni respondebant. Latari: quod nihil tristius nec insanabilius esset: & P. Scipionem proconsulem deum benignitatem, & Remp. esse gratiæ referendæ. Scipionem bellis assuetum, ad seditionum procellas rudem, sollicitum habebat res: ne aut exercitus peccando, aut ipse puniendo modum excederet. in præsentia, ut cœpisset: leniter agi placuit: & missis circa stipendiarias ciuitates exactoribus, stipendij spem propinquam facere. Edictum subinde propositum: ut ad stipendium petendum conuenirent Carthaginem: seu carptim partes, seu uniuersi mallent. Tranquillam seditionem iam per se languescentem repentina quies rebellantium Hispanorum fecit. redierant enim in fines ormisso incepto Mandonius, et Indibilis: postquam uiuere Scipionem allatum est. nec iam erat aut ciuis, aut externus: cum quo furorem suum consciaerent. omnia circumspectantes consilia nihil reliqui habebant, præter unum utissimum à malis consilijs receptum: ut imperatoris uel iustæ iræ, uel non desperandæ clementiæ sese committerent. etiam hostibus eum ignouisse: cum quibus ferro dimicasset. suam seditionem sine uulnere, sine sanguine fuisse: nec ipsam atrocem, nec atroci pœna dignam. ut in genera humana sunt ad suam cuiq; leuandam culpam nimio plus facunda. illa dubitatio erat: singulæ ne cohortes, an uniuersi ad stipendium petendum irent. inclinauit eò sententia: quod minus censabant uniuersos ire. Per eosdem dies, quibus hæc illi consultabant: consilium de ijs Carthagine erat. certabantq; sententijs: utrum in auctores tantum seditionis (erant autem hi numero haud plus quam V & XXX) animaduertentur: an plurium supplicio uindictanda tam fædi exempli defectio magis, quam seditio esset. Viuit sententia lenior: ut unde culpa

esset orta: ibi pœna consisteret. ad multitudinem castigationem satis esse. Concilio dimisso, ut nihil actum uideretur: expeditio aduersus Mandonium, Indibilemque edicitur exercitui: qui Carthagine erat: & abaria dierum aliquot parare iubentur: tribunis septem, qui & antea Sucronem ad leniendam seditionem ierant: obuiam exercitui missis: ( quina nomina principum seditionis edita sunt) ut eos per idoneos homines benigno uultu, ac sermone in hospitium inuitatos, sopitosque uino uincirent. Haud procul iam Carthagine aberant: cum ex obuijs auditum, postero die omnem exercitum cum M. Syllano in Lacetanos proficisci, non metu modo omni, qui tacitus infidebat animis liberauit eos: sed licentiam ingentem fecit: quod magis haberi solum imperatorem, quam ipsi futuri in potestate eius essent. Sub occasum solis urbem ingressi sunt: exercitumque alterum parantem omnia ad iter uiderunt. excæpi sermonibus de industria compositis. Latum, opportunumque aduentum eorum imperatori esse: quod sub ipsa profectioe alterius exercitus uenissent. corpora curent. A tribunis sine ullo tumultu auctores seditionis per idoneos homines inducti in hospitia, comprehensi, ac uincti sunt. Vigilia quarta impedimenta exercitus, cuius simulabatur iter: proficisci cœpere. sub luce signa mota: & ad portam retentum agmen: custodisque circa omnes portas missi: ne quis urbe egrederetur. Vocati deinde ad concionem, quæ pridie uenerant: feroaciter in forum ad tribunal imperatoris, ut ultro terriri succlamantibus, concurrunt. Simul & imperator in tribunal ascendit: & reducti armati à portis inermi se pœioni ab tergo circumstuderunt: tum ois feroacia concidit: & (ut postea fatentur) nihil æque eos terruit: quam præter spem robur, & color

*imperatoris, quæ affectum uisuros crediderant: uultusq; qualem ne acie quidem aiebant meminisse. Sedit tacitus paulisper: donec nuntiatum est: de ductos in forum aurothores seditionis: & parata iam omnia esse. Tum silentio per præconem factò, ita cœpit. Nunquam mihi defuram orationem, qua exercitum meum alloquerer: credidi: non quo uerba unquam posuis, q̄ res exercuerim: sed quia propè à pueritia in castris habitus assueram militariibus ingenijs. apud uos quemadmodum loquar: nec consilium, nec oratio suppeditat: quos ne quo nomine quidè appellare debeam, scio. ciues? qui à patria uestra descinitis? an milites? qui imperium, auspiciūq; abnuistis? sacramenti religionem rupistis? an hostes? corpora, ora, uersitium habinam ciuium agnosco: facta, dicta, consilia, animos hostium uideo. Quid enim uos, nisi quod iller getes, & Lacetani: aut optastis aliud? aut sperastis? & illa tamen Mandonium, atq; Indibilem, regie nobilitatis uiros, duces furoris secuti sunt: uos auspiciū, & imperiū ad Umbrium Atrium, & Calenum Albium deuulstis. Ne gate uos id omnes fecisse: aut factum uoluisse milites. paucorum eum furorem, atq; amentiam esse libenter credam negantibus. nec enim ea sunt commissa: quæ uulgata in omnem exercitum sine piculis in gentibus expiari possint. inuitus ea, tanquam uulnera attingo: sed nisi tacta, tractataq; sanari non possunt. Equidem pulsus Hispania Carthaginensibus, nullum locum tota prouincia, nullos homines credebam esse: ubi uita inuisa esset mea. sic me non solum aduersus scicios gesseram: sed etiā aduersus hostes. In castris meis (heu quantum me opinio fellit) fana mortis mee non accepta solum, sed etiā expeffata est. non quod ego uulgari facinus per omnes uer*

*lim: (equidem si totum exercitum meum mortem mihi optasse crederem: hic statim ante oculos uestros morerer: nec me uita inuaret inuisa ciuibus, & militibus meis) sed multitudo omnis sicut natura maris, per se immobilis est: ut uenti, & aura ciant: ita aut tranquillum, aut procellæ in uobis sunt: & causa, atq; origo omnis furoris penes aurothores est: uos contagione insauistis. Quam mihi ne hodie quidem scire uidentini, quò auentiæ progressi sitis: quid, facinoris in me, quid in patriam parentesq; ac liberos uestros, quid in deos sacramenti testes, quid aduersus auspicia, sub quibus militatis: quid aduersus morem militariæ, disciplinamq; maiorū, quid aduersus summū imperij maiestatem ausi sitis. De me ipse taceo: temere potius, q̄ aruide credideris: is de niq; ego sim: cuius imperij tædere exercitum, minime mirandum sit. patria quid de uobis meruerat? quam cum Mandomo, & Indibili consciantido consilia prodebatis? quid populus Romanus? cuius imperium ablatum ab tribunis suffragio populi creatis, ad homines priuatos deuulstis? cum, eo ipso non contenti, si pro tribunis illos haberetis: fasces imperatoris uestri ad eos, quibus seruus, cui imperarent, nunquam fuerat: Romanus exercitus deuulstis. In pratorio tetederunt Albius, & Atrius: classicum apud eos cecimit: signum ab ijs petitum est: sederunt in tribunali proconsulis P. Scipionis: lictor apparuit: submouente eo inceserunt: fasces cum securibus prælati sunt. Lapides pluere, & fulmina iaci de cœlo, & insuetos fœcis animalia edere, uos portenta esse putatis? hoc est portentum: quod nullis hostijs, nullis supplicationibus sine sanguine eorum, qui tantum facinus ausi sunt: expiari possit. Atq; ego, quanq̄ nullum scelus rationem habet tamen ut in re nefaria, quæ mens, quod con*

filium uestrum fuerit: scire uelim Rhegyum quondam in praesidium missa legio, interfectis per scelus principibus ciuitatis, urbem opulentam per decem annos tenuit, propter quod facinus tota legio, millia hominū quatuor, in foro Romano securi percussis sunt. sed illi tamen non Atrium Umbrium semilixam, nominis etiam abominandi ducem, sed Decium Iubellium tri. militum secuti sum: nec cum pyrro, nec cum Samnitibus, aut Lucanis, hostibus populi Romani se coniungere. uos cum Mandonio, & indibili consilia communicastis: & arma confociari iussistis. Illi, sicut Campani Capuam Tuscis ueteribus cultoribus ademptam, Mamertini in Sicilia Messanam, sic tū Rhegyum habiuri perpetuam sedem erant: nec populū Romanū, nec sc̄cios populi Romani ultro lacesituri bello Syronē ne uos domiciliū habiuri eratis? ubi si uos descendens confecta prouincia imperator relinquerē: deū, hominūq; fidem implorare debeatis: quod non rediretis ad coniuges, liberosq; uestros. sed horum quoq; memoriā, sicut patriæ, neiq; eieceratis ex animis uestris. Viam consilij scelerati, sed non ad ultimum demeritis exequi uolo. Me ne uiuo, et cetero incolumi exercēt, cum quo ego die uno Carthaginem cepi: cum quo quatuor imperatores, quatuor exercitus Carthaginensium fedi: fugami: Hispania expuli: uos octo millia hominum, maioris certe oēs pretij, q̄ Albius, & Umbrius sunt: quibus uos subiecistis: Hispaniam prouinciā populo Romano erepturi eratis? Amolior, & amoneo nomen meum: nihil ultra facile creditam mortem meam à uobis uiolatus sim. quid, si ego noerer: mecum expiratura Respublica, mecum casurum imperium populi Romani erat? ne istud iuppiter optimus Maximus sinat: urbem auspiciato dijs auctoribus in aet

num conditam huic fragili, & mortali corpori æqualem esse. Flamínio, Paulo, Æmilio, Craccho, Posthumio Albinio, M. Marcello, T. Quintio Crispino, C. Fulvio, Scipionibus meis, tot tam praeclaris imperatoribus uno bello absumptis superstes est populus Romanus: eritq; mille alijs, nunc ferro, nunc morbo morientibus: meo unius funere elata Resp. esset? Vos ipsi hic in Hispania patre, & patruo meo, duobus imperatoribus interfectis, Septimium Martium ducem uobis aduersus exultantes recentis uictoria Pænos delegistis: (& sic loquor: tanquam sine duce Hispaniæ fuura fuerint) M. Syllanus eodem iure, eodem imperio mecum in prouinciā missus, L. Scipio frater meus, & C. Lelius legati uindictis imperij deessent? utrum exercitus exercitū, an ducis ducibus, an dignitas, an causa comparari poterat? quibus si omnibus superiores essetis: arma contra patriam, contra ciues uestros ferretis? Africam Italiae, Carthaginem urbi Romæ imperare uelletis? quam ob noxam patriæ? Coriolanum quondam damnatio iniusta, miserum & indignum exilium, ut iret ad oppugnandam patriam: impulit: reuocauit tamen à publico parricidio priuata pietas. uos q̄ dolor, quæ ira incitauit? stipendium ne diebus paucis imperatore ægro serius numeratum satis digna causa fuit: cur patriæ iudiceretis bellum? cur ad illergetes descisceretis à populo Romano? cur nihil diuinæ, humanarum ue rerum inuiolatum uobis esset? insanistis profecto milites: nec maior in corpus meum uis morbi, q̄ in uestras mentes inuasit. Horret animus referre: quid crediderint homines: qd sperauerint: qd optauerint: auser at omnia irrita obliuio: si potest. si nō: ut cūq; silentiū te gat. Nō ne gauerim: triste, atrocēq; uobis uisam orationē meam. quanto creditis fa



*Est uestra atrociora esse, q̄ dicta mea? & me qua fecistis, pati equum censetis: uos ne dici quidem omnia a quo animo feretis? sed ne ea quidem ipsa ultra exprobrabimur. utinam tam facile uos obliuiscamini eorum: q̄ ego obliuiscar. Itaq; quod ad uos uniuersos atinet: si erroris poenitet: satis superq; poenarum habeo. Albius Calenus, & Atrius Umbrius, & ceteri uesariae seditionis authores sanguine luent: quod admiserunt. nobis supplicij eorum spectaculum non modo non acerbum, sed laetum etiam, si sana mens redijt: debet esse. de nullis enim, q̄ de uobis infestius, aut inimicius consuluerunt. Vix finem dicendi fecerat: cum ex praeeparato simul omnium terror oculis, auribusq; est offusus. Exercitus, qui corona concionem circumdederat: gladijs ad scuta conuepuit. praecoris audita uox citantis nomina d.umnatorum in concilio. nudi in medium protraherantur: & simul omnis apparatus supplicij exproberantur. deligati ad palmum: uirgisq; casti: & securi percussi: adeo torpentibus mentis, qui aderant: ut non modo ferocior uox aduersus atrocitatem poenae, sed ne geminus quidem exaudirent. Tracti inde de medio omnes: purgatorq; loco, citati milites nominatim apud tribunos militum in uerba P. Scipionis iurauerunt: stipendiumq; ad nomen singulis perfoluunt. Hunc finem exitumq; seditio militum cepta apud Sicronem habuit. Per idem tempus ad Boetium fluium Hanno praefectus à Magone missus à Gadibus cum parua manu Asi orum, uercede Hispanos sollicitando, ad IIII millia iuuenum armauit. castris deinde exutus ab L. Martio, maxima parte militum inter multum captorum castrorum, quibusdam & in fugam amissis, palatos persequente equite, cum paucis ipsis effugit. Dum haec ad Boetium fluium geruntur: Lelius in*

terum freto in Oceanum euectus ad Carteiam classe accessit. Urbs ea in ora Oceani sita est: ubi primum è faucibus angustis panditur mare. Gadeis sine certamine perditionem recipiendi, ultro qui eam rem pollicerentur, in castra Romana uenientibus, spes (sicut ante dictum est) fuerat. sed patefacta immatura proditio est: comprehensosq; omnes Mago Adherbali praetori Carthaginem deuehendos tradit. Adherbal conuatis in quinquerem impofitis, praemissaq; ea, quia tardior, q̄ triremis erat: ipse cum octo triremibus modico intervallo sequitur. iam fretum intrabat quinqueremis: cum Lelius & ipse in quinqueremi ex portu Carteia sequentibus septem triremibus euectus, in Adherbalem ac triremes inuehitur: quinqueremè satis credens deprehensam rapido in freto in aduersum aetium reciprocari non posse. Poenus in re subita parumper incertus trepidauit: utrum quinqueremem sequeretur: an in hosteis rostra conuerteret. ipsa cunctatio facultatem detestandae pugnae ademit. iam enim sub ictu teli erant: et undiq; instabant hostes. aetius quoq; arbitrium moderandi naues ademerat. neq; erat nauali pugnae similis: quippe ubi nihil uoluntariu, nihil artis, aut consilij eet. una nauata fren, aetiusq; totius certaminis potens, suas alienis nauibus nequicq; remigio in contrariu tendentes inuehebat: ut fugientem nauem uideres retro uertice intortam uicticibus illatam: & sequentem, si in contrarium tractum incideret, dissest maris: fugientis modo sese auertentem. iam in ipsa pugna haec cum in festo rostro peteret hostium nauem: obliqua ipsa ictum alterius rostri accipiebat. illa cum transuersa obijceretur hosti: repente intorta in proram circumuegebatur. Cum inter triremes fortuna regente ante praellium misceretur: quinqueremis Romana, seu pondere te

maior, seu pluribus remorum ordinibus scindensibus ut  
 tices, cum facilius regetur: duas triremes suppressit: u-  
 nus prælata impetu lateris alterius remos deterfit. ceteri  
 rasq; quas indepto esset: nullo esset: ni cum reliquis quoq;  
 nauibus Adherbal uelut in Africam transmisisset. Lælius  
 uictor Carthegiam reuectus, auditis, quæ acta Gadibus es-  
 rant: patefactam prodicionem: coniuatosq; missos Car-  
 thaginem: spem ad irinum redactam: qua uenissent: nun-  
 tiji ad L. Martium missis, nisi terere frustra tempus se-  
 dendo ad Gadeis uellent: redeundum ad imperatorem  
 esse assentiente Mario, paucos post dies ambo Carthagi-  
 nem rediere. Ad quorum discessum non respirauit modo  
 Mago: cum terra mariq; ancipiti metu urgeretur: sed etiã  
 audita rebellione Illergetum spem recuperanda Hispani-  
 a nactus, nuntios Carthaginem ad senatum mittit: qui  
 simul seditionem ciuilem in castris Romanis, simul defe-  
 ctionem sociorum in maius uerbis extollentes, hortaren-  
 tur: ut auxilia mitterent: quibus traditum à patribus im-  
 perium Hispaniæ repeti possët. Mandonius, & Indibu-  
 lis in fines re gressi, paulisper, dum quidnam de seditio-  
 ne statuerent: scirent: suspensi quieuerunt: si ciuium erro-  
 ri ignoscereur: non diffidentes sibi quoq; ignosci posse.  
 postquam uulgata est atrocitas supplicij: suam quoq; no-  
 xam pari pena æstimatam rati, uocatis rursus ad arma  
 popularibus, contractisq; etiã, quæ ante habuerant, au-  
 xilijs, in Sederanum agrum, ubi principio defectionis  
 statua habuerant: cum XX millibus pedinum, duobus  
 millibus equitum & quingentis transcenderunt. Scipio  
 cum fide soluendis pariter omnibus noxijs innoxijsq; si-  
 pendijs, uultu ac sermone in omneis placato facile recon-  
 ciliatis militum animis, prius q̄ castra à Carthagine mo-

ueret: concione aduocata, multis uerbis in perfidiam re-  
 bellantium reuoluit: inuectus, nequaquã eodem animo se-  
 ire professus est ad uindicandum id scelus: quo ciuilem er-  
 rorem nuper sanauerit. Tum se haud secus, q̄ uiscera se-  
 cantem sua, cum gemis & lachrymis triginta hominũ  
 capitibus expiassè octo milliũ seu imprudentiam, seu no-  
 xam: nunc læto et erecto animo ad cædẽ Illergetum ire.  
 non enim eos neq; natos in eadem terra, nec ulla secum so-  
 cietate iunctos esse. eam, quæ sola fuerat: fidem, atq; amici-  
 tiam ipsos per scelus rupisse. in exercitu suo se, præterq̄ qd̄  
 omnes ciues, aut socios, Latiniq; nominis uideat: etiã eo-  
 moueri: quod nemo ferẽ sit miles: qui non aut à patrio  
 suo Cn. Scipione, qui primus Romani nominis in eã pro-  
 uinciam uenerit: aut à patre consule, aut à se sit ex Italia  
 aduectus. Scipionum nomini auspicijsq; omneis assuetos:  
 quos secum in patriam ad meritum triumphum deduce-  
 re uelit: quos consulatum petenti, uelut si omnium comu-  
 nis agatur honor: affuuros speret. Quod ad expeditionẽ  
 atineat: quæ inflex: inuictorem esse rerum suarũ gasta-  
 qui bellum id ducat. Magonis Hercule sibi q̄ extra orbẽ  
 terrarum in circumfusam Oceano insulam cum paucis  
 perfergit nauibus: maiorẽ curam esse, quã Illergetum.  
 quippe illic & ducem Carthaginensem, et quantuncũq;  
 Punicum presidium esse: hic latrones, latronũq; duces:  
 quibus ut ad populandos finitimorum agros, testaq;  
 urenda, & rapienda pecora aliqua uis sit: ita in acie,  
 ac signis collatis nullam esse. magis uelocitate ad fu-  
 gam, quã armis fretos, pugnaturos esse. Itaque non  
 quod ullum inde periculum, aut semen maioris belli ui-  
 deat: ideo se, prius q̄ provincia decedat: opprimendos Il-  
 lergetes duxisse: sed primũ: ne impunita tam scelerata de-

fectio eēt: deinde: ne quis in provincia simul uirtute tanta & felicitate perdomita relictus hostis dici posset. Proinde deis bene iuuantibus sequerentur non tam ad bellū gerendum: (neq; n. cum pari hoste certamen esse) q̄ ad expetendas ab hominibus scelestis pœnas. Ab hac oratione dimissos ad iter se comparare in diem postertum iubet. profectusq; decimis castris peruenit ad uerum flumen. inde superato amræ, die quarto in conspectu hostiū posuit castra. Campus autem montibus circumsepnus erat. in eam uallem Scipio cum pecora raptā pleraq; ex ipsorum hostium agris propelli ad irritandam ferocitatem barbarorum iussisset. uelites sibi didicē misit. à quibus ubi p̄ procuratores comissa pugna esset: Lælium cū equatu impetu ex occulto facere iubet. mons opportune promittens equitum insidias texit. Nec ulla mora pugna facta est. Hispani in conspecta procul pecora, uelites in Hispanos præda occupatus incurrere. primo missilibus territuauere: deinde emisissis leuibus telis, quæ irritare magis, q̄ discernere pugnam poterant: gladios nudant: & collato pede res cepta gerit. Anceps pedestre certamen erat: nisi equites superuenissent. neq; ex aduerso tantum illati obuios obtriuere: sed circumuecti etiã quidam per infima cliui ab tergo se, ut pleriq; intrcluderent: obiecerunt. maiorq; cædes fuit: q̄ q̄tam edere leuia per excursions plia solent. Ira magis accensa aduerso pralio barbaris est: q̄ imminuti animi. itaq; ne pulsū uiderentur: prima luce postero die in aciem proceßere. Non capiebat omnes copias angusta (sicut ante dictum est) uallis. duæ ferme pedum partes, & omnis equitatus in aciem descendit: quod reliquum peditum erat: obliquo consistit colle. Scipio pro se esse loca angustias ratus, & quod in arcto pugna Ro-

mano aprior, q̄ Hispano militi summa uidebantur: et quod in eum locum deiracta hostium acies esset: qui non omnem multitudinem eorum caperet: nouo etiam consilio adiecit animum: equitem nec posse circumdare cornibus in tam angusto spatio: & hosti, quem cum pedite eduxisset: inutile fore. itaq; imperat Lælio: ut per colles quam occultissimo ianere circumducat equites: se gregetq; quantum possit, equestrem à pedestri pugna. ipse omnia signa peditum in hostes uertit. quatuor cohortes in fronte stant: quia latius pandere aciem non poterat. moram pugnandi nullam fecit: ut ipse certamine auerteret à conspectu transeuntium per colles equium. neq; ante circumductos sentire: q̄ nullam equestris pugnae ab tergo accipere. Ita duo diuersa prælia erant. duæ peditū acies, duo equitatus per longitudinem campi, quia misceri ex genere utroq; plū: angustia non patiebatur: pugnabāt. Hispanorū cū neq; pedes eq̄i, neq; eques peditū auxilio esset: pedes fiducia equi stemere commissus campo caderent: eques circumuentus nec peditem à fronte, (iam enim strata pedestres copia erant) nec ab tergo equitem sustineret: & ipsi cum diu in orbem sese stantibus equis defendissent: ad unum omnes cæsi sunt: nec quisq; peditum, equitum ue superstit: qui in ualle pugnauerunt. Tertia pars, q̄ in colle ad spectaculum magis tutum, q̄ ad partem pugnae capeßendam steterat: & locum, & tempus ad fugiendum habuit. inter eos & reguli ipsi fugerunt: prius quam tota circumueniretur acies, inter tumultum elapsi. Castra eodem die hispanorum præter reliquam prædam cum tribus ferme millibus hominum capiuntur. Romani, socij; ad mille CC eo pralio ceciderunt: uulnerata amplius tria millia hominū. minus cruenta uictio

ria fuisset: si patentiore campo, & ad fugā capesendam  
 facili, foret pugnatum: Indibilis abiecit belli consilijs, ni-  
 hil tutius in afflictis rebus experta fide & clementia Sa-  
 pionis ratus, Mandonium fratrem ad eum mitit. Qui  
 aduolens genibus fatalem iram temporis eius accu-  
 sat: cum uelut contagione quadam pestiferam non iller-  
 getes modo, & Lacetani, sed castra quoq; Romana insa-  
 uierint. suam quidem, & fratris, & reliquorum popu-  
 larium eam conditionem esse: ut aut, si ita uideatur: red-  
 dant spiritum L. Scipioni, ab eodem illo acceptum: aut  
 seruat bis uni debitam uitam pro eo in perpetuum de-  
 uoueant. antea in causa sua fiduciam sibi fuisse, nondum  
 experta clementia eius: nunc contra, nullam in causa,  
 omnem in misericordia uictoris spem positam habere.  
 Mos uetus fuit Romanis: cum quo nec fœdere, nec  
 equis legibus iungere uer amicitiâ: non prius imperio in-  
 eum tanq; pacatum uti: q; omnia diuina, humanaq; dedis-  
 set: & obides accepti, armaq; adempta, & præsidia ur-  
 bibus imposta forent. Scipio nullis inuectus in presen-  
 tem Mandonium, absentemq; Indibilem uerbis, illos qui  
 dem merito perijisse ipsorum maleficio, ait: uicturos suo,  
 atq; populi Romani beneficio: ceterum se neq; armaq;  
 adempturæ: (quippe ea pignora timentium rebellionem  
 esse: se libere arma relinquere, solutosq; metu animos) neq;  
 se in obides innoxios, sed in ipsi, si desererint: seruiari:  
 nec ab inermi, sed ab armato hoste pœnas experiendum:  
 utraque fortunam expertis permuttere se: utrum pro-  
 pitios, an iratos habere Romanos mallent. Ita dimissus  
 Mandonius: pecunia tantummodo imperata: ex qua stipen-  
 dium militi præstari posset. Ipse Martio in ulteriorem Hi-  
 spaniam pmissus, Syllano Tarracône remisso, paucos mo-

ratus dies, dum imperatam pecuniâ illergetes per nu-  
 merarent: cum expeditis Martium iam appropinquan-  
 tem Oceano assequitur. Incohæta res iam ante de Masa-  
 missa alijs atq; alijs de causis dilata erat: quod Numida  
 cum ipso utiq; congredi Scipione uolebat: atq; eiusdem  
 dextra fidem sancire. ea tum itineris tam longi, ac tam de-  
 uij causa Scipioni fuit. Masanissa cum Gadibus esset: cer-  
 dior aduentare eum à Martio factus, causando corruppi  
 equos in insula inclusos, penuriamq; omnium rerum et  
 facere ceteris, & ipsos senare, adhæc equitem marcesce-  
 re desidia, Magonem perpulit: ut se traicere in continen-  
 tem ad populandos proximos Hispania agros patere-  
 tur. Transgressus tres principes Numidarum præmit-  
 tit ad tempus, locumq; colloquio statuendum: duos pro  
 oblidibus retineri à Sapione iubet. remisso tertio, qui quò  
 iussus erat, adduceret Masanissam: cum paucis in collo-  
 quium uenerunt. Cæperat iam ante Numidam ex fama  
 res gestarum admiratio uiri: substitueratq; animo speciem  
 quoq; corporis amplam, ac magnificâ. ceteræ maiori præ-  
 sentis ueneratio capit. & præterquam quod si apte natu-  
 ra multa maiestas inerat: adornabat promissa cæsaries,  
 habitusq; corporis non cultus munditijs, sed uiriliter uere,  
 ac multatis: & etas erat in medio uirium robore, quod  
 plenus, nitidusq; ex morbo uelut renouatus flos iuuen-  
 tæ faciebat. Propè attonitus ipse congressu Numida gra-  
 tias de fratris filio remisso agit. Ex eo tempore affirmat  
 eam se quassisse occasionem: quam tandem oblatam  
 deum immortalium beneficio non omiserit. cupere se illi,  
 populoq; Romano operam nauare: ita, ut nemo unius  
 externus magis enixe adiuerit rem Romanam. id se, et  
 si iam pridem uellet: minus præstare in Hispania, alienæ

atq; ignota terra, potuisse: in qua autem genius, educa-  
tusq; in spem paterni regni esse: facile præstatum. si quid  
dem eundem Scipionem ducem in Africam mittant Ro-  
mani: satis sperare perbreuis aui Carthaginem esse. La-  
tus eum Scipio uidit. audiuitq;: cum caput rerum in om-  
ni hostium equitatu Masanissam fuisse sciret: & ipse iu-  
uenis speciem animi præ se ferret. Fide data, acceptaq;  
profectus retro Tarraconem est. Masanissa permissu Ro-  
manorum, ne sine causa traiecisse in continentem uideret-  
ur: populatus proximos agros, Gades redijt. Mago, de  
speratis in Hispania rebus, in auarum spem sedino pri-  
uam militaris deinde defectio indubilis animos eius su-  
suulerant: paranti traicere in Africam nūtiatum ab Car-  
thagine est: inbere senatum: ut classem, quam Gadibus  
haberet: in Italia traiceret: conductaq; ibi Gallorum, ac  
Ligurum quanta maxima posset iuuentute, coniungeret  
se Annibali: ne uenire bellum maximo impetu, maiori  
re fortuna ceptum sineret. Ad eam rem & à Carthagi-  
ne pecunia Mago aduecta est: & ipse quantam potuit,  
à Gaditanis exegit: non arario modo eorum, sed etiam  
templis spoliatis: & priuatum omnibus coactis aurum,  
argentumq; in publicum conferre. Cum præterueneret  
Hispaniæ oram: haud procul Carthagine Noua ex-  
positis in terram militibus proximos depopulatus agros,  
inde ad urbem classem appulit. ibi cum interdiu milites  
in nauibus tenuisset: nocte in litus expositos ad partem eā  
muri, qua capta Carthago ab Romanis fuerat: ducit: nec  
præsidio satis ualido urbem teneri ratus: & aliquos opti-  
pidarum nuntij ex agris trepidi simul populationem ager-  
stiumq; fugam, & hostium aduentum, attulerant: &

uisa interdiu

uisa interdiu classis erat: nec sine causa ereffam ante urbē  
stationem apparebat. itaq; instructi, armatiq; intra portā  
ad stagnum ac mare uersam continebantur. Vbi effusi ho-  
stes, mista inter milites nauali turba, ad muros uniuersus  
maiore, q̄ ubi subierunt: patefacta repente porta Romani  
cum clamore erumpunt: turbatosq; hostes, & ad primū  
incursum coniectumq; telorum auersos usq; ad litus cum  
multa cæde persequuntur. nec, nisi naues litori appulsæ tre-  
pidos accipissent: superuissit fugæ, ac pugne quisq;. In ip-  
sis quoq; trepidatum nauibus est: dum, ne hostes cū suis  
simul irrumperent: trahunt scalas: orasq;, & anchoras,  
ne in moliendo mora esset: præcidunt. multiq; ad nantes  
nauibus, incerto præ tenebris quid aut peterent: aut uita-  
rent: cæde interierunt. Postero die cum classis inde retro  
ad Oceanum, unde uenerat: fugisset: ad octingentos ho-  
mines cæsi: inter murum, litusq; ad duo millia armatorum  
inuenta. Mago cum Gadeis repetisset: exclusus inde ad  
Cimbim (haud procul à Gadibus is locus abest) classe  
appulsa, mittendis legatis, querendoq;, quod porta sibi so-  
cio, atq; amico clausa forent: purgantibus ijs multitudinis  
concursum factum, in se se ob direpta quedam ab conscende-  
tibus naues militibus, ad colloquiū Suffetes eorum, qui sunt  
Pœnis est magistratus: cum quaestore elicit: lacera-  
tosq; uerberibus cruci affigi iussit. inde nauibus ad Pituyu-  
sam insulam centum nullia ferme à continentē (Pœni tū  
eam incolebant) traiecit. itaq; classis bona cum pace ac-  
cepta est: nec cōmeatus modo benigne præbiit: sed in sup-  
plementum classis inuentus, armaq; data, quorum fiducia  
Pœnus in Baleares insulas (quinquaginta inde millia ab-  
sunt) transmisit. Duæ sunt Baleares insulæ. maior altera,  
atq; opulentior armis uirisq;. & portum habet ubi com-

Tit. L.

GG

mode hibernaurum fecit & iam extremã autumnu erat) credebat. ceterum haud secus, q̄ si Romani eam insulã incolerent: hostiliter classi occursum est. Fundis ut nunc plurimum, ita tunc solo eo telo uterentur. nec quisq̄ alterius gentis unus tantum ea arte, quantũ inter alios omnes Baleares excellunt. Ita q̄, tanta uis lapidum creberri- ma grandinis modo in appropinquantẽ iam terrã classem effusa est: ut intrare portum non ausi, auerterẽt in altum naves. In minorem inde Balearium insulam traierunt, fertilem agro, uiris armis haud aque ualida. itaq̄; egressi nauibus supra portum loco munito castra locant: ac sine certamine urbe agroq̄; positã, duobus millibus auxiliarium inde conscriptis, missisq̄; Carthaginensium ad hibernandum, naves subdixerunt. Post Magonis ab Oceani ora discessum Gaditani Romanis deduntur. Hæc in Hispania P. Scipionis ductu, auspicioq̄; gesta. Ipse L. Lentulo, & L. Manlio Accidino prouincia tradita, cũ decẽ nauibus Romam redijt. & senatus extra urbem dato in æde Bellonæ, quas res in Hispania gessisset, discernit: quoties signis collatis dimicasset: quot oppida ex hostibus uicæpisset: quas gentes in ditionem populi Romani redeçisset. aduersus quatuor se imperatores, quatuor uictores exercitus in Hispaniam iuisse: neminem Carthaginensem in ijs terris reliquisse. Ob has res gestas magis tentata est triũphi spes: q̄ petita pertinaciter: q̄a neminem ad eam diem triũphasse, qui sine magistratu res gessisset: constabat. Senatus missio, urbem est ingressus: argentũq̄; præ se in ararium tulit XIII millia pondo, CCCXLII: & signatũ argenti magnũ numerum. Comitã inde creandis consulibus habuit L. Veturius Philo: centuriãq̄; omnes in genti fauore P. Scipionem consulem dixerunt. collega additur

ei P. Licinius Crassus Pontifex Maximus. Ceterum comitia maiore q̄ ulla per id bellum celebrata frequentia, prodium memoriae est. conuenerant undiq̄; non suffragandi modo, sed etiam spectandi cã P. Scipionis: concurrebantq̄; & domum frequentes, & in Capitolium adimmolantem eum: cum centum bobus uotis in Hispania Ioui sacrificaret. spondebantq̄; animis: sicut C. Lucretius supius bellum Punicum finisset: ita id, quod instaret: P. Cornelium finius: atq̄; ut Hispania omni Pœnos expulisset: sic Italia pulsũrum esse. Africãq̄; ei, perinde ac debellatũ in Italia foret: prouinciã destinabant. Prætoria inde comitia habita. creati duo: qui tum ædiles plebis erãt: Sp. Lucretius, & Cn. Octavius: & ex priuatis, Cn. Seruilius Cæpio, & L. Æmilius Pappus. Quartodecimo anno Punice belli P. Cornelius Scipio, & P. Licinius Crassus ut consulatum inierunt: nominatæ consulibus prouinciæ sunt: Sicilia Scipioni extra sortem, concedente collega: quia sacrorum cura Pontificem Maximum in Italia retinebat: Brutij Crasso. Tum prætoria prouinciã in sortem coniectæ. urbana Cn. Seruilio obdignit: Ariminum (ita Galliam appellabat) Sp. Lucretio: Sicilia L. Æmilio: Cn. Octauius Sardinia. Senatus in Capitolio habuit. Ibi referẽte P. Scipione, senatusconsultum factum est: ut quos ludos inter seditionem militarem in Hispania uouisset: ex ea pecunia, quam ipse in ararium detulisset: faceret. Tum Sabininum legatos in senatum introduxit. ex eis maximus nauis. Et si nihil ultra malorum est P. C. q̄ quod passus sumus: ut ad ultimum fidem uobis præstaremus: tamen ea uerba merita, imperatorumq̄; uestrorum erga nos fuerunt: ut nos cladum nostrarum non peniteat. Bellum propter nos suscipistis: suscipimusq̄; quãnam decimũ an-

num tam pertinaciter geritis: ut saepe ad ultimum discrimen & ipsi ueneritis: et populum Carthaginiensem adduxeritis. Cum in Italia tam atrox bellum, & Annibalē hostem haberetis: consules cum exercitū in Hispaniā, uelut ad colligendas reliquias naufragij nostri misistis. P. & Cn. Cornelij ex quo in prouinciā uenerunt: nullo tempore desisterunt, quæ nobis secunda, quæq; aduersa hostibus nostris essent: facere. iam omnium primum oppidum nobis restituerunt: per omnem Hispaniā ciues nostros uenundatos, dimissis qui conquirerent, ex seruitute in libertatem restituerunt. cum iam propē esset: ut optabilem eam ex miserima fortunam haberemus. P. & Cn. Cornelij imperatores uestri luctuosius nobis propē, q̄ uobis perierunt. tum uero ad hoc retracti ex distantibus locis in eadem antiq̄ uidebantur: ut iterum periremus: & alterum ex cūdiū patriæ uideremus: nec ad perniciem nostram Carthaginiensi utiq; aut duce, aut exercitū opus esse: ab Turdetanis nos ueterimis hostibus qui prioris quoq; ex adij causa nobis fuerant: extingui posse: cum ex insperato repente misistis nobis hunc P. Scipionem. quem, fortunatissimi omnium Saguntinorū uidemur: quia consulem declaratum uidemus: ac uidisse nos ciuibus nostris renuntiatum sumus: spē, opem oēm, salutemq; nostram. qui cum plurimas hostium uestrorū capisset in Hispania urbes: ubiq; ex captorū numero excerptos Saguntinos in patriam remisit. Postremo Turdetaniā adeo infestam nobis, ut illa gente incolumi, stare Saguntum non posset: ita bello afflixit: ut non modo nobis, absit uerbo inuidia sed ne posteris quidem timenda nostris esset. deletam urbem cernimus eos: quos in gratiā Saguntum deleuerat Annibal. uectigal ex agro eos capimus: quod nobis non tam fructu uicini

dus est, q̄ uisione. Ob hæc, quibus maior a nec sperare, nec optare ab dijs immortalibus poteramus: gratias actum nos decem legatos Saguntinus senatus, populusq; ad uos misit: simul gratulamur: quod ita res per hos annos in Hispania, atq; in Italia gessistis: ut Hispaniā non Ibero amne tenuis, sed quæ terrarum ultimas finit Oceanus: domitā armis habeatis: Italiæ, nisi quatenus uallum castrorū cingit: nihil reliqueritis Pæno. Ioui Optimo Maximo prædici Capitolinæ arcis non grates tantum ob hæc a gere iussimus: sed donum hoc etiam, si uos permitteretis: coronā auream in Capitolium uictoriæ ergo ferre. Id uti permittatis, quaesimus: utiq; si uobis ita uideretur: quæ nobis imperatores uestri commoda tribuerunt: e arata, atq; p̄p̄ua auctoritate uestra ficiatis. Senatus legatis Saguntinis respondit: & dirutum, & restitutum Saguntum fidei solacialis utriusq; seruata documentum omnibus gentibus fore. suos imperatores recte, & ordine, & ex uoluntate senatus fecisse: quod Saguntum restituerint: ciuesq; Saguntinos seruitio exemerint. quæq; alia eis benigne fecerint: ea senatum ita uoluisse fieri. donum permittere ut in Capitolio ponerent. Locus inde, lautiāq; legatis præberi iussa: & numeris ergo in singulos dari ne minus dena milia æris. Legationes deinde cætera in senatum introductæ: auditæq;. Et petentibus Saguntinis, ut quatenus tuto possent, Italiā spectatum irent: duces dati: litteræq; per oppida missæ: ut Hispanos comiter acciperent. Tum de Republica, de exercitijs scribendis, de prouincijs relaxam. Cū Africā nouam prouinciā extra sortem P. Scipioni destinari, homines fama ferrent: & ipse nulla iam modica gloria contentus, non ad gerendum modo bellum, sed ad finiendum diceret se consulem declaratum esse: neq; aliter

id fieri posse: si ipse in Africam exercitum transportaret: & acturum se id per populum aperte ferret: si senatus aduersaretur: idq; consiliū haudquaquam primoribus patrum cum placeret: ceteriq; per meum, aut ambitionem missarent: Q. Fabius Maximus rogatus sententiā. Scio, inquit, multis uestrum uideri P. C. rem actam hodierno die agi: & frustra habiturum orationem: qui tanquam de integra re, de Africa prouincia sententiā dixerit. Ego autem primum illud ignoro: quemadmodum certā iam prouincia Africa consulis uiri fortis ac strenui sit: quam nec senatus censuit in hanc annum prouinciam esse: nec populus iussit. deinde, si est: consulem peccare arbitror: qui de re transacta simulando se referre, senatum ludibrio habet: non senatorem modo: qui de quo consiliū suo loco dicat sententiā. Atq; ego certum habeo: dissimulāti mihi ab ista festinatione in Africam traiciendi, duarū rerum subeundam opinionem esse. unius: in ista in genio meo cunctationis. quam metum: pigritiāq; homines adulescentes sanē appellent: dum me non poeniteat: adhuc aliorum speciosiora primo aspectu consilia semper uisa: mea usu meliora. alterius: obrectationis atq; inuidie aduersus crescentem in dies gloriam fortissimi consulis. A qua suspitione si me neq; uita acta, & mores mei, neq; difflatura cum quinque consulatibus, tantumq; gloria belli domiq; partē uindicat: ut propius fastidium eius sim, q̄ desiderium: atas saltem liberet. quæ enim mihi a mulatio cum eo esse potest: qui ne filio quidem meo equalis sit? te diffatorem. cum uigrem adhuc uiribus: & in cursu maximarum rerum essem: recusantem nemo aut in senatu, aut apud populum audiuit: quo minus insectante me magistrō equitū, quod fando nunquam auditū erat: imperiū

meum æquaretur rebus, quàm uerbis assequi malui: ut quæ aliorum iudicio mihi comparatus erat: sua mox confessio ne me sibi præferret. nedū ego persanctus honoribus certamina mihi, atq; æmulationem cum adolescente florentissimo proponam. uidelicet ut mihi iam uiuendo, non solo rebus gerendis fessio, si huic ne gata fuerit: Africa prouincia decernatur. cum ea gloria, quæ parta est: uiuendū, atq; moriendū est. Vincere ego prohibui Annibalem: ut a uobis, quorum uigent nunc uires: etiam uinci posset. Illud te mihi ignoscere P. Cornelij æquum erit: si, cum in me ipso nunquam pluris famam hominum, quàm Remi pub. fecerim: ne tuam quidem gloriam bono publico præponam. quanquam, si aut bellum nullum in Italia, aut is hostis esset: ex quo uicto nihil gloria quæreretur: qui te in Italia retineret: & si id bono publico faceret: simul cū bello materiam gloriæ tuæ ire ereptum uideri posset. cum uero Annibal hostis incolumi exercitū quartumdecimū annum Italiani obsideat: poenitebit te P. Cornelij gloria tuæ: si hostem eum, qui tot fuerit, tot cladum nobis causa fuit: tu cōsul Italia expuleris? et sicut penes C. uictū prioris Punici perpetrati belli titulus fuit: ita penes te huius fuerit? nisi aut Amilcar Annibali dux est præstredus: aut illud bellum huic: aut uictoria illa maior clariorq; quàm hæc (modo contingat ut te consule uincam. ne) futura est. Ab Drepano, atq; Eryce detraxisse Amilcarem, quàm Italia expulisse Pænos, atq; Annibalem malis? Ne uis quidem, etsi magis partam, quàm speratam gloriam amplecteris: Hispania potius, quàm Italia bello liberata gloriam fueris. Nondum is est Annibal: quem non magis timuisse uideatur: quàm contempnissē: qui aliud bellum maluerit. Quin igitur ad hoc accingaris? nec per



istos circuitus, ut cum in Africam traieceris: secutum te illuc Annibalē speres: potius, q̄ recto hinc itinere, ubi Annibal est: eò bellum intendis? Egregiam istā palmam belli Punicī peracti petis? hoc & natura prius est: tua cū defenderis: aliena ire oppugnatum. pax ante in Italia, q̄ bellum in Africa sit, & nobis prius decedat timor: q̄ ultro alijs inferatur. si utrunq; tuo ductu, auspicioq; fieri potest: Annibale hic uictō, illic Carthaginem expugna. si alterutra uictoria nobis consulibus relinquenda est: prior cum maior clariorq; tum causa etiam insequentis fuerit. Nam nūc quidem præter q̄ quod & in Italia, et in Africa duos diuersos exercitūs alere ærarium non potest: præter q̄ quod unde classes tue amur: unde commatibus sufficiamus p̄ uendis, nihil reliquies: periculi tandem quantum adæatur, quem fallit? P. Licinius in Italia, P. Scipio bellum in Africa geret. Quid, si (quod omnes dij omen auertant: et dicere etiam reformidat animus: sed quæ acciderunt: ac dēdere possunt) & uictor Annibal ire ad urbem pergit: in demum te consulē ex Africa, sicut Q. Fuluium a Capua, accersemus? Quid quod in Africa quoq; mars communis belli erit? Domus tibi tua, pater, patruusq; intra XXX dies cum exercitibus cæsi documento sint: ubi per aliquot annos maximis rebus terra, mariq; gerendis amplissimū nomen apud exteras gentes populi Romani, uestraq; familiaria fecerant. Dies me deficiet: si reges, imperatoresq; trinare in hostium terras transgressos cum maximis cladibus suis, exercitumq; suorū, enumerare uelim. Atheniensēs, prudentissima ciuitas bello domi relicto, authore aque impigro atq; nobili iuuenē magna classe in Siciliam transmissa, una nauali pugna florentem Remp. suam in periculum affligerunt. Externa, & nimis antiqua repeto.

Africa eadem ista, & M. Attilius, in signe utriusq; fortuna exemplum, nobis documento sunt. Nā tibi P. Corneli, cum ex alto Africam conspexeris: ludus, & iocus fuisse Hispania tua uidebuntur. quid eum simile? Pacato mari præter oram Italiae, Galliaq; uectus Emporias in urbē sociorū classē appulisti: expositos milites per tutissima omnia ad socios, & amicos populi Ro. Tarraconem duxisti: ab Tarracone deinde iter per præsidia Romana: circa Iberum exercitūs patris, patruiq; tui, post amissos imperatores ferociores calamitate ipsa facti: dux, tumultuarius quidem ille, L. Martius, & militari suffragio ad tempus lectus: ceterum si nobilitas, ac iusti honores adornarent: claris imperatoribus qualibet arte belli par: oppugnata per summum ociūm Carthago: nullo trium Punicorum exercituum socios defendente. Cætera, neq; ea eleuo: nullo tamen modo Africo bello comparanda. ubi non potius ullis classi nostræ aperuis: non ager pacatus: non ciuitas socias: non rex amicus: non consistendi usq; locus: non procedendi. quacumq; circumspexeris: hostilia omnia, atq; infesta. An Syphaci, Numidicisq; credis: satis sit semel creditū. non semper temeritas est felix. & fraus fidem in paruis sibi præstruit: ut cum operæ pretium sit: cum mercede magna fallat. Non hostes patrem, patruumq; tuum armis, prius q̄ Celūberi socij fraude circumuenerunt. nec tibi ipsi a Magone, & Asdrubale hostium ducibus quantum ab Indibili, & Mandonio in fide acceptis periculi fuit. Numidici tu credere potes, defectionem militum tuorū expertus? Et Syphax, et Masanissa se, q̄ Carthaginieses, malūt potentes in Africa esse: Carthaginieses: q̄ quenq; alium. nunc illos æmulatio inter sese, & omnes causa certaminū acuiunt: quod procul externus metus est. ostende Romana

arma, exercituum alienigenam: iam uelut ad commune res  
 stinguendum incendium concurrent. Aliter iidem illi Car-  
 thaginienses Hispaniam defenderunt: aliter moenia pa-  
 tria, templa deum, aras, & focos defendunt: cum euntes  
 in praelium pauida prosequuntur coniunx: & parulis  
 beri occurfabunt. Quid porro si satis confisi Carthaginiē-  
 ses consensu Africa, fide sociorum regum, membris suis,  
 cum tuo exercitusq; tui praesidio nudatam Italiam uide-  
 rint: ultro ipsi nouū exercitū in Italiā aut ex Africa mis-  
 rint? aut Magonē, quē à Balearibus classe transmissa iā  
 p̄ter orā Ligurum Alpinorum uectari constat: Annibali  
 se coniungere iusserint? nempe in eodem terrore erimus:  
 in quo nuper fuimus: cum Asdrubal in Italiam transe-  
 dit. quem tu, qui non solum Carthaginem, sed omnem Af-  
 ricam exercitū tuo es clausurus: ē membris tuis in Ita-  
 liam emisisti. Victum à te dices. eo quidem minus uellem,  
 & id tua, non Reip. solum causa, iter datum uictō in Ita-  
 liam esse. Patere nos omnia, quæ prospera tibi, & populi  
 Romani imperio euenere: tuo consilio assignare: aduersa  
 casibus incertis belli, & fortuna legare. quo melior, for-  
 tiorq; es: eo magis talem praesidem sibi patria, atque uniu-  
 uersa Italia reuinet. Non potes ne ipse quidē dissimulare:  
 ubi Annibal sit: ibi caput, atq; arcem huius belli esse. quippe  
 qui prae te frasse am tibi causam esse traiciendi in Africa:  
 ut Annibalem eò trahas. Siue igitur hic, siue illic cum Anni-  
 bale est tibi futura res: utrum ergo tandem firmior eris in  
 Africa solus: an istic tuo, colle gaq; tui exercitū coniuncto?  
 ne Claudius quidem, & Linius consules tam recentē exē-  
 plo, quantum id interfit, documento sunt? Quid, Anni-  
 balem utrum tandem extremus angulus Brutij agri fru-  
 stra iam diu poscentem ab domo auxilia, an propinqua

Carthago, & tota sociā Africa potentiorē armis uirisq;  
 faciet? Quod istud consilium est? Ibi malle decernere: ubi  
 tua dimidio minores copia sint: hostium multo maiores:  
 q̄ ubi duobus exercitibus aduersus unum tot praelijs, &  
 tam diuurna & graui milita fessum, pugnandum sit?  
 Quam compar consilium tuum parentis tui consilio sit,  
 reputa. ille consul profectus in Hispaniam, ut Annibali  
 ab Alpibus descendenti occurreret: in Italiam ex provin-  
 cia redijt. tu, cum Annibal in Italia sit: relinquere Italiā  
 paras: non quia Reipublica id utile, sed quia tibi amplū  
 & gloriosum censēs esse. sicut cum provincia & exerci-  
 tu relicto, sine lege, sine S. C. duabus nauibus populi Ro-  
 mani imperator fortunam publicam, & maiestatem im-  
 perij, quæ tum in tuo capite periclitabantur: commisisti.  
 Ego P. Cornelium P. C. Reipublica, nobisq; non sibi ip-  
 si priuatim creatum consulem existimo: exercitusq; ad cur-  
 stodiam urbis, atque Italiae scriptos esse: non quos regio  
 more per superbiam consules quo terrarum uelint tra-  
 içant. Cum oratione ad tempus parata Fabius, tuum  
 auctoritate, & inueterata prudentia fama magnam  
 partem serauit, & seniores maxime mouisset: pluresq;  
 consilium senis, quam animum adoleſcentia ferocem lau-  
 darent: Scipio ita locutus fertur & ipse. Q. Fabius prin-  
 cipio orationis P. C. commemorauit: in sententia sua posse  
 obtrectationem suspectam esse. cuius ego rei non tam ip-  
 se ausim tantum uirum insimulare: quam ea suspicio, ui-  
 tio orationis, an rei, haud satis purgata est sic enim ho-  
 nores suos, & famam rerum gestarum exulit uerbis ad  
 extinguendum inuidia crimen: tanq̄ mihi ab infimo quosq;  
 periculum sit: ne mecum emuletur: & non ab eo: qui,  
 quia super ceteros excellat: quō me quoque miti non dis-

simulo: me tibi æquari nolit. si senem se persanctum: & me infra ætatem etiã filij sui posuit: tanq̃ nō longius, q̃ quam uita humana spatium est: cupiditas gloria extendatur: maximaq; pars eius in memoriã, ac posteritatem promineat. Maximo cuiq; id accidere animo certum habeo: ut se non cum presentibus modo, sed cum omnis aui claris uiris comparet. Equidem haud dissimulo: me tuas Q. Fabi laudes non assequi solum uelle: sed (bona uenia tua dixerim) si possim, etiã exuperare. Illud nec tibi in me, neu mihi in minoribus natu animi sit: ut nolimus quenq̃ nostri similem euadere ciuem. id enim non eorū modo, q̃bus inuiderimus: sed Reipublica: & penē omnis generis humani detrimentum sit. Commemorauit: quantum essem periculi adiutus: si in Africa & traicere uelim: ut meam quoq; non solum & Reip. & exercitus uicem uiderent sollicitus. Vnde hæc repēte de me cura exorta? cum pater, patruusq; meus interfecti: cum duo exercitus eorū propē occidione occisi essent: cum amissa Hispania: cū quatuor exercitus Pœnorū, quatuorq; duces omnia metu armisq; tenerent: cum quæstus ad id bellum imperator nemo se ostenderet, præter me: nemo profiteri nomen ausus esset: cū mihi quatuor & uiginti annos nato deulisset imperium populus Romanus: quid ita tam ætatem meã, uim hostium, difficultatem belli, patris patruiq; recentem claudem commemorabat? utrum maior aliqua nunc in Africa calamitas accepta est: q̃ tunc in Hispania erat? an maiores nunc sunt exercitus in Africa, duces plures, melioresq;: q̃ tunc in Hispania fuerunt? an ætas mea tunc maturior bello gerendo fuit: q̃ nunc est? an cum Carthaginiēsi hoste in Hispania, q̃ in Africa bellum geri apertius est? Facile est post fuses fugatosq; quatuor exercitus Punicos,

post tot urbes uic captas, aut metu subactas in deditiōē, post perdomita omnia usq; ad Oceanum, tot regulos, tot seuas gentes post receptam totam Hispaniam, ita ut uestigium belli nullum reliquum sit: eleuare meas res gestas: tam Hercule: q̃ si uictor ex Africa redierim: ea ipsa eleuare: quæ nunc retinendi mei causa, ut terribilia eadem uideantur: uerbis extolluntur. Ne gat aditum esse in Africam: negat ullos patere portus: M. Attiliū captum in Africa commemorat: tanq̃ M. Attilius primo accessu ad Africam offenderit: neq; recordatur: illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen portus Africa: & res egregias primo anno gessisse: & quantum ad Carthaginenses duces attingit: inuictum ad ultimū permansisse. Nihil igitur me isto exemplo terrueris: si hoc bello, non priore, si nup, & non annis ante XL ista clades accepta foret: quin ego minus in Africam Regulo capto, q̃ Scipionibus occisis in Hispaniam traicerem. nec felicius Xanthippum Lacedæmonium Carthagini, q̃ me patria meã sincerē natum esse: crederetq; mihi ex eo ipso fiducia: quod possit in hominis unius uirtute tantum momenti esse. At etiã Athenienses audiendi sunt, temere in Siciliam omisso domi bello transgressi. Cur ergo, quoniã Græcas fabulas enarrare uacat: non Agathoclem potius Syracusanum Regem, cum diu Sicilia Punico bello ueretur: transgressum in hanc eandē Africam, auertisse eò bellū, unde uenerat refrers? Sed qd, ultro mentum inferre hosti & ab se remoto periculo alium in discrimen adducere, quale sit, ueteribus externisq; exēplis admonere opus est? maius præsentius ue ullum exemplum esse, q̃ Annibal potest? Multum interest: alienos populere fines: an tuos uri, excādiq; uideas. plus animi est inferenti periculum, q̃ propulsanū. ad hoc, maior ignota

rum rerum est terror: bona, malaq; hostiū ex propinquo ingressus fines aspicias. Non sperauerat Annibal fore: ut tot in Italia populi ad se descenderent: quot descenderunt post Cannensem cladem. q̄to minus quicquam in Africa Carthaginensibus firmū, ac stabile sit, infidēs socijs, grauibus ac superbis dominis? Ad hæc, nos et deserti absocijs uiribus nostris, milite Romano stetitimus. Carthaginensi nihil ciuilibus roboris est: merce de paratos milites habent, Afros, Numidasq; leuissima fidei nuttandæ ingenia. Hic modo nihil mora sit: unā et traiecisse me audietis: et ardere bello Africam: et molietem hinc Annibalem: obsideri Carthaginem. Laetiores, et frequentiores ex Africa expectate nuntios: quam ex Hispania accipiebatis. Hoc mihi spes subijcit fortuna populi Romani: dijs, sedens ab hoste uiolati testes: Syphax, et Masanissa Reges: quorum ego fidei ita inritar: ut bene tuus à perfidia sim. multa, quæ nunc ex interuallo non apparent: bellum aperiet. et id est uiri, et ducis: non deesse fortuna præbiti se: et oblata casu flectere ad consilium. Habebo Q. Fabi parem quem das Annibalem: sed illum potius ego traham: quam ille me retineat. in sua terra cogam pugnare eum: et Carthago potius præmium uictoria erit: quam semirutæ Brutiorum castella. Ne quid interrim, dum traicio: dum expono exercitum in Africam: dum castra ad Carthaginem promoueo: Resp. hic detrimenti capiat. Quod tu Q. Fabi, cum uictor tota Italia uoligaret Annibal: posuisti præstare: hoc uide ne contumeliosum sit concusso iam et penè fracto Annibale negare posse P. Licinium consulē uirū fortissimum præstare: qui ne à sacris absit pontifex maximus: ideo in scortam longinqua præuincia non uenit. Si Hercule mi-

bilo maturius hoc, quo ego censeo, modo proficeretur bellis: tamen ad dignitatem populi Romani, famamq; apud reges, gentesq; externas pertinebat: non ad defendendam modo Italiam, sed ad inferenda etiam Africa arma, uideri nobis animum esse: non hoc credi, uulgariq; quo. Annibal ausus sit, neminem ducem Romanorum cadere. Et priore unico bello, cum de Sicilia ceraretur: toties Africam à nostris exercitijs, et classibus oppugnatam: nunc autem cum de Italia egeretur: Africam pacatam esse. Requiescat aliquando tandiu uexata Italia: uertur, euasteturq; inuicem Africa. castra Romana potius Carthaginis portis immineant: quam nos iterum uallibus hostium ex mœnibus nostris uideamus. Africa sit reliqui belli sedes: illuc terror, fragorq; populatio agrorum, desertio sociorum, cæteræ belli clades, quæ in nos per quamordecim annos inguerunt: uertantur. Quæ ad Rempublicam pertinent, et bellum, quod instat: et prouincias, de quibus agitur: dixisse satis est. Illa lingua oratio nec ad uos perueniens sit: si quemadmodum Q. Fabius meas res gestas in Hispania eleuauit: sic et ego contra gloriam eius eludere, et meam uerbis extollere uelim. neutrum faciā P. C. et si nulla alia re, modestia certe, et temperamento lingua adolescens senem uicero. ita et uixi: et res gessi: ut tacitus ea opinione, quam uestra sponte conceptam animis haberetis: facile contentus essem. Minus aquis animis auditus est Scipio, quia uulgatum erat: si apud senatum non obtinisset ut prouincia Africa sibi decerneretur: ad populum externis prolatum. Itaq; Q. Fuluius, qui consul quater, et censor fuerat: postulauit à senatu: ut palam in senatu diceret: pmitteret ne patribus: ut de prouincijs decerneret: statueretq; eo

esset: quod censuissent: an ad populum laturus: Cum Scipio respondisset: se quod è Rep. esset, facturus: tum Fulvius, non ego, inquit, ignarus quid responsurus, facturus ue es, ses, quæsiui: quippe cum præ te feras tentare magis, quàm consulere senatum: Et, ni provincia tibi, quam uolueris: ex templo decernamus: paratam rogationem habeas. Itaque uobis tribuni ple. postulo, inquit: ut sententiam mihi ideo non dicenti, quod, si in meam sententiam discedant: non sit ratum habiturus consul: auxilio sitis. Inde altercatio orta: cum consul negaret æquum esse tribunos intercedere: quo minus suo quisque loco senator rogatus sententiam diceret. Tribuni ita decreuerunt. Si consul senatui de provincijs permittit stare eo, quod senatus censuerit: placet: nec de ea re ferri ad populum patiemur. si non permittit: qui de ea re sententiæ recusabit dicere, auxilio erimus. Consul diem ad colloquendum cum collegra petijt. Postero die permissum senatui est. Provincia ita decreta. Alteri consuli Sicilia: Et XXX rostratæ naues: quas C. Seruilius superiore anno habuisset: permissumque: ut in Africâ, si id è Rep. esse censeret: traiceret. Alteri Brutij: Et bellum cum Annibale cum eo exercituum: quem L. Venurius, et Q. Cælius sortirentur inter se: compararent ue: uter in Brutijs duabus legionibus, quas consul reliquisset: rem gereret: imperiumque: in annum ei prorogaretur: cui ea provincia euernisset. Et cæteris præter consules, prætoresque, quæ exercitijs provinciisque: præfuturi erant: prorogata imperia. Q. Cælio sorte euenit: ut cum consule in Brutijs aduersus Annibalem bellum gereret. Ludi deinde Scipionis magna frequentia, Et fauore spectantium celebrati. Legati Delphos ad donum ex præda Asdrubalis portandum missi M. Porcius Matho, Et Q. Canulus, ualerunt coronam auream

CC pondo,

CC pondo, Et simulachra spoliatorum, Et X pondo argenti facti. Scipio cum ut delectam haberet, neque intrasset: neque magnopere tetendisset: ut uoluntarios ducere sibi milites liceret, tenuit: Et quia impensæ ne gauerat Reipublicæ futuram classem: ut quæ à socijs darentur ad nauas fabricandas naues acciperet. Hetruria primum populi pro suis quisque facultatibus consulem adiuros polliciti. Cerites frumentum socijs naualibus, conuectumque: omnis generis: Populonienses ferrum: Tarquinienses linthea ad uela: Volaterrani armamenta nauium. Et si unum: Arretini XXX millia scutorum, galeas totidem, pila, gæsa, hastas longas, millium quinquaginta summam paricuiusque generis numero expleturos: securas, rutra, falces, alueolos, molas, quantum in XL longas naues opus esset: tria centum Et XX millia modium, Et in uaticum decurionibus, remigibusque collaturos: Perusini, Clusini, Rusellani, abietes in fabricandas naues, Et frumentum magnum numerum. abiete ex publicis syluis est usus. Umbriae populi, Et præter hos Nursini, Et Reatini, Et Amaterini, Sabiniisque, ager omnis, milites polliciti. Marsi, Peligni, Marrucinique: nullum uoluntarij nomina in classem dederunt. Camertes cum æquo fœdere cum Romanis essent: cohortem armatam sexcentorum hominum miserunt. XXX nauium carinæ, XX quinqueremes, decem quadreremes cum essent posita: ipse ita institit operi: ut die quadragesimo quinto: quæ ex syluis detracta materia esset: naues instructæ, armatæque in aquam deductæ sint. Profectus in Siciliam est triginta nauibus longis, uoluntariisque septem ferme milibus in naues impositis. Et P. Licinius in Brutios ad duos exercitus consules uenit. ex eis cum sibi sumpsit: quæ L. Venurius consul habuerat. Metello, ut quibus præfisset

Tit. L.

HH

legionibus: ijs præfesset: facilius cū assuetis imperio rem gesturum raris permittit. Et prætores diuersi in prouincijs profecti. Et quia pecunia ad bellum deerat: agri Campani regionem à fossa Græca ad mare uersam uendere quæstos iussi iudicio quoq; permisso, qui ager ciuis Campani fuisset: ut is publicus populi Romani esset: iudici præmiuum constitutum, quantæ pecuniæ ager iudicatus esset, pars decima. Et Cn. Seruilio prætori urbis negotiū datum: ut Capani ciues, ubi cuiq; ex S. C. liceret habitare: ibi habitarent: animaduertentesq; in eos: qui alibi habitarent. Eadē æstate Mago Amilcaris filius ex minore Balearium infula, ubi hybernarat: inuentute lecta in classē imposita, in Italiam XXX fermè rostratis nauibus, & multis onerarijs, duodecim millia peditum, duo fermè equitum traiecit: Genuamq; nullis præsidijs maritimam oram tutantibus, repentino adueniē caput: inde ad oram Ligurum Alpinorum, si quos ibi motus facere posset: classē appulit. Ingaun (Ligurum ea gens est) bellum ea tempestate gerebant cum Epanterijs montanis. Igitur Pœnus Samone oppido Alpino præda deposita, & X longis nauibus in stationem ad præsidium relictis, cæteris Carthaginem missis ad tuendam maritimam oram, quia fama erat: Scipionem eò traiecturum esse: ipse societate cum Ingaunis, quorum gratiam malebat: composita, montanos infestis oppugnare. Et crescebat in dies exercitus, ad famam nominis eius Gallis undiq; confluentibus. Ea litteris cognita Sp. Lucretij, ne frustra Asdrubale cum exercitu deleto biennio ante forent letati: si par aliud inde bellum ducantur mutato orirentur: curâ ingentem accenderunt patribus. Itaq; & M. Liuium proconsulem ex Hetruria Norionum exercitum ad mouere Ariminum iusserunt. & Cn.

Seruilio prætori negotiū datum: ut si è Republica censeret esse: duas urbanas legiones, cui imperio uideretur dato, ex urbe duci iuberet. M. Valerius Leuinus Arretinū eas legiones duxit. Eisdem diebus naues oneraria Pœnorum ad octaginta circa Sardinia ab C. Octauio, q̄ prouinciæ præerat: capta. Eas Cælius frumento missis ad Annibalem, conueniē que honestas Valerius prædam Hetruscam, Ligurumq; & montanorum captiuos Carthaginem portantes, tradit. In Brutijs nihil fermè eo anno memorabile gestum est. Pestilētia inceserat pari clade in Romanos, Pœnosq;: nisi quod Punicum exercitum supra morbum etiam fames affecit. Propter Iunonis Lacinae templum æstatem Annibal egit: ibiq; aram condidit: dedicauitq; cum ingenti rerum ab se gestarum timulo Punicis Græcisq; litteris insculpto.

**SCIPIO POSTEA QVAM IN**  
 Siciliam uenit: uoluntarios milites ordi-  
 nauit: cenuriauitq; . ex ijs trecentos iuue-  
 nes florentes atate & uirium robore in-  
 signes: inermes circa se habebat, ignora-  
 tes: quem ad usum neq; cenuriati, neq; armati seruarietur.  
 tum ex totius Sicilia iunioru numero principes genere,  
 & fortuna trecentos equites, qui secum in Africam traui-  
 cerent: legit: diemq; ijs, qua equis armisq; instructi atq;  
 ornatu adessent: edixit. Grauis ea milita procul domo ter-  
 ra mariq; multos labores, magna pericula allatura uide-  
 batur: neq; ipsos modo, sed parentes cognatosq; eorum ea  
 cura angebat. Vbi dies, qua edicta erat: aduenit: & an-  
 ima, equosq; ostenderunt: tum Scipio renuntiare sibi dixit:  
 quosdam equites Siculorum tanquam grauem & dura  
 horrere eam militiam. si qui ita animati essent: malle eos si-  
 bi tunc fateri: quam postmodum querentes, se gnes atq; in-  
 utiles milites Reip. esse. expronerent quid sentirent. cu bo-  
 na uenia se audiuirunt. Vbi ex his unus ausus est dicere: se  
 profusus, si sibi utrum uelit, liberum esset: nolle militare:  
 tum Scipio ei. Quando igitur adolescens quid sentiret, no  
 dissimulasti: uicarium tibi expediam: cui tu arma equiq;  
 & cetera instrumenta militiæ tradas: & tecum hinc ex  
 templo domum ducas: exerceas: docendum cures, equo  
 tradito, armisq;. Laeto conditionem accipientu unum ex  
 CCC, quos inermes habebat: tradit. Vbi hoc modo ex  
 authoratum equitem cum gratia imperatoris ceteri ui-

derunt: se quisq; excusare: & uicariu accipere. Ita CCC  
 Siculis Romani equites substituit sine publica impensa.  
 docendorum, atq; exercendorum curam Siculi habue-  
 runt: quia edictum imperatoris erat ipsum militaturum:  
 qui ita non fecisset. Egregiam hanc alam equitum eua-  
 disse ferunt: multisq; praelijs Rempublicam adiuuissse. Le-  
 giones inde cum inspiceret: plurimorum stipendiorum  
 ex ijs milites delegit: maxime qui sub duce Marcello mili-  
 tauerant. quos cum optima disciplina instructos credebat:  
 tum etiam ab longa Syracusarum obsidione peritissimos  
 esse urbium oppugandarum. nihil enim paruū, sed Car-  
 thaginis iam excidia agitabat animo. Inde exercitum p-  
 oppida disperit: frumentum Siculorum ciuitatibus impe-  
 rat: ex Italia aduelto parat: ueteres names reficit: & cum  
 ijs C. Laelium in Africam praedatum mittit: nouas Pa-  
 normi subducit: quia ex uiridi materia raptim factæ es-  
 rant: ut in sicco hybernarent. Preparatis omnibus ad bel-  
 lum, Syracusas nondū ex magnis belli motibus satis tra-  
 quillas uenit. Graeres ad quibusdam Italicū generis e adē  
 ui, qua per bellum ceperant: retinentibus concessos sibi ab-  
 senatu repetebant. Omnium primum rarus, ueri publi-  
 cam fidem, partim edicto, partim iudicij etiam in perti-  
 naces ad obtinendam iniuriam redditus, suas res Syra-  
 cusanis restituit. Non ipsis tantum ea res, sed omnibus Sicī-  
 liae populis grata fuit: eoq; enixius ad bellum adiuue-  
 runt. Eadem astate in Hispania coortum in gens bellum:  
 conciente Illegetes Indibili nulla alia de causa: quam per  
 admirationem Scipionis contemptu imperatorum alioq;  
 orto. Eum superesse unum ducem Romanis ceteris ab  
 Annibale interfectis, rebatur. eo nec in Hispaniam ces-  
 sis Scipionibus alium, quem mitterent, habuisse: & por

fœaquam in Italia grauius bellum urgeret: aduersus An  
 nibalem eum accersitum. præterquam quod nomina tan  
 tum ducum in Hispania Romani habebant: exercitum  
 quoq; inde ueterem deductum. trepida omnia, & incon  
 ditam inde urbem tyronum esse. nunquam talem occa  
 sionem liberandæ Hispaniæ fore. seruitum ad eam diem  
 aut Carthaginensibus, aut Romanis: nec inuicem his,  
 aut illis: sed interdum utrisq; simul. pulsos ab Romanis  
 Carthaginenses. ab Hispanis, si consentirent: pelli Roma  
 nos posse: ut ab omni imperio externo soluta in perpe  
 tuum Hispania in patrio rediret mores, ritusq;. Hac,  
 taliaq; dicendo non populares modo, sed Aufetanos quo  
 que uicinam gentem concitat: & alios finitimos sibi, atq;  
 illis populos. itaq; intra paucos dies XXX millia pedu  
 tum, quatuor ferme equitum in Sedetanum agrum, quò  
 editum erat: conuenerunt. Romani quoq; imperatores,  
 L. Lentulus, & L. Manlius Acidinus, ne glisceret primo  
 negligendo bellum: iunctis & ipsi exercitibus per agrum  
 Aufetanum hostico tanquam pacato clementer ductis mi  
 litibus, ad sedem hostium peruenere. trium millium spa  
 tio procul a castris eorum posuerunt castra. Primo per le  
 gatos nequicquam est tentatum: ut discederetur ab armis.  
 deinde cum in pabulatores Romanos impetus repente  
 ab equitibus Hispanis factus eēt: summisso ab statione Ro  
 mana equitatu, equestre prælium fuit, haud sanè memo  
 rando in partem ulla euentu. Sole oriente postero die  
 armati, instructiq; omnes mille ferme passus procul a ca  
 stris Romanis aciem ostendēre. Medij Aufetani erant:  
 cornu dextrum Illergetes, laeuum ignobiles tenebant His  
 pani populi: inter cornua, & mediam aciem interualla  
 patentia satis late fecerunt: quæ equitatum, ubi tempus

eset: emitterent. Et Romani more suo exercitum cum in  
 struxissent: id modo hostium imitati sunt: ut inter legio  
 nes & ipsi patentes equitū relinquerent uias. Ceterum  
 Lentulus ei parū usum equitis fore ratus, quæ prior in de  
 hiscentem interuallis hostium aciem equites emisisset: Sex.  
 Cornelio tribuno militum imperat: equites per patentes  
 in hostium aciem uias permittere equos iubeat. ipse ccepta  
 parum prospere pedestri pugna, tantum morans: dum  
 cedenti duodecima legioni, quæ in lauo cornu aduersus  
 Illergetes locata prona erat: tertiamdecimam legionem  
 ex subsidijs in primam aciem firmamentum ducit. postea  
 quam æquata ibi pugna est: ad L. Manlium inter prima  
 signa hortantem, ac subsidia quibus res postulabat locis  
 inducentem uenit: indicatq;: ita ab lauo cornu esse: iam  
 missum ab se Sex. Cornelium proclla equestri hostis cir  
 cumsursum. Vix hæc dicta dederat: cum Romani equi  
 tes in medios inuecti hostes, simul pedestres acies urba  
 uerunt: simul equibus Hispanorū uiam inuitendi equos  
 clauserunt. itaq; omiſsa pugna equestri ad pedestrem Hi  
 spani descenderunt. Romani imperatores ut turbatos ho  
 stium ordines, & trepidationem, pauoremq;, et fluctuanti  
 uiderūt signa: hortantur: orāt milites: ut percussos iuadant:  
 neu restitui aciem patiantur. Non sustinuerunt tam in festū  
 impetū barbari: ni regulus ipse indibilis cum equitibus  
 ad pedes digressis ante prima signa peditū se obieciſſet. ibi  
 aliq̄diu atrox pugna fuit. tandem postq̄ ij, q̄ circa Regē se  
 minecē restantē, deinde pilo terræ affixū pugrabant: ob  
 ruū telis occubuerunt: tum fuga passim ccepta: pluresq; cæ  
 si: quæ equos conscēdēdi ab equitibus spatium non fuerat: &  
 quia percussis acriter insisterunt Romani. nec ante absces  
 sum est: q̄ castris quoq; exuerunt hostem. Tredecim mil-



lia Hispanorum casa eo die: DCCC ferme capti Romanorum, sociorumq; paulq; amplius CC, maxime in læuo cornu ceciderunt. Pulsi castris Hispani, aut qui ex prælio effugerant: sparsi primo per agros, deinde in suas quisq; ciuitates redierunt. Tum à Mandonio euocati in concilium, conquestiq; ibi clades suas, increpitis authoribus bellile gatos mittendos ad arma tradēda, deditiōēq; faciendam censuerunt. Quibus culpam in authores belli Indibilem, ceterosq; principes, quorum pleriq; in acie cecidissent: conferentibus, tradentibusq; arma, & dedētib; sese responsum est. in deditiōem ita accipi eos: si Mandonium, ceterosq; belli concitatores tradidissent uiuos: si minus: exercitū se in agrum Illergetum, Aufetanorumq;, & deinceps aliorum populorum ducturos. Hæc dicta legatis: renūtiataq; in concilium. Ibi Mandonius, ceteriq; principes comprehensi, traditi ad supplicium. Hispaniæ populis pax reddita: stipendium eius anni duplex, & frumentum sex mensium imperatū: sagæq;, & toga exercitū & obsides ab triginta ferme populis accepti. Ita Hispania rebellantis umulu haud magno motu intra paucos dies concito, & compresso, in Africā omnis terror uersus. C. Lælius nocte ad Hipponem Regium cum accessisset: luce prima ad populandum agrū sub signis milites, sociosq; nauales duxit omnibus pacis modo incuriosè agentibus, magna clades illata: nuntijq; trepidi Carthaginem terrore ingenti compleuere: classē Romanam, Scipionemq; imperatorem (& fama iam fuerat in Siciliam transgressum) aduenisse. Nec quot naues uidissent: nec quanta manus agros popularetur, satis gnari omnia in maius metu au gente accipiebant. itaq; primo terror paucorq;, dein mæstita animos incescit: tantum fut

uram mutasse: ut qui modo ipsi exercitū ante mœnia Romana habuissent uictores: stratisq; tot hostium exercitibus, omnes Italiae populos aut ui, aut uoluntate in deditiōem accipissent: ij uerso mare Africae populationes, & obsidionem Carthaginis uisuri forent: nequaquam pari ad patiēda earū dore, ac Romani fuissent. Illis Romanam plebem, illis Latium iuuentutem præbuisse, maiorem semper, frequentiorēq; pro tot casis exercitibus sobolescentē, ceterq; suā plebem imbellē in urbe, ibellē in agris esse: mercede parari auxilia ex Africa, gente ad omnem auram spei mobili, atq; infida. iam Reges Syphacem post colloquium cum Scipione alienatum: & Masanissam aperta defectione infestissimum hostem. nihil usquā spei, nihil auxilij esse. nec Magonem ex Gallia mouere uulnertus quiniisse: nec coniungere sese Annibali. & Annibalē ipsum iam & fama senescere, & uiribus. In hæc deslenda prolapsus ab recenti nuntio animos rursus terror inuans reuocauit ad consultandum: quonam modo obuiam præsentibus periculis iretur. Delectus raptim in urbe agrisq; haberi placet: mittere ad conducenda Afrorū auxilia: munire urbem, frumentum conuehere: tela, arma parare: instruere naues: & mittere ad Hipponem ad uersus Romanam classē. Tam hæc agentibus nuntius tādē uenit: Lælium, non Scipionem, copiasq;, quantæ ad incursiones agrorum satis sunt: transuectas: summam bellicolam adhuc in Sicilia esse. Ita restitutum: mittiq; ad Syphacem legationes, aliosq; regulos firmandæ societatis causa ceptæ. Ad Philippū quoq; missi: qui ducenta argenti talēta pollicerentur: ut in Saliā, aut in Italiā traiceret. Missi & ad suos imperatores in Italiā: ut omnī terrore Scipionem retinerent. Ad Magonem etiā non

legati modo: sed XXV naues longæ: sex millia pedum; octingenti equites. & septem elephanti: ad hæc magna pecunia ad conducenda auxilia: quibus fretus propius urbem Romam exercitum adiuuaret: coniungeretq; se Annibali. Hæc Carthagine parabant: agitabantq;. Ad Lælium prædas ingentes ex agro inermi, ac nudo præsidij agentem, Masanissa fama Romana classis exiit cum equitibus paucis uenit. Is segniter rem agi à Scipione questus: quod non iam exercitum in Africam traiecisset, percussis Carthaginienfibus: Syphace impedito finitimis bellis: quem certum haberet, si spatium ad sua, ut uelit, componenda detur: nihil syncera fide cum Romanis acturum. Hortaretur: ac stimularet Scipionem ne cessaret. se, quanquam regno pulsus esset: cum haud contemnendis copijs affurum peditum, equitumq;, nec ipsi Lælio morandum in Africa esse. classem credere profectam à Carthagine: cum qua absente Scipione non satis tutum esset contrahi certamen. Ab hoc sermone dimisso Masanissa, Lælius postero die naues præda honestas ab Hippone soluit: reuectusq; in siciliam Masanissam prædata Scipioni exposuit. Eisdem fermè diebus naues, quæ ab Carthagine ad Magonem missæ erant: inter Albingaunos, Liguresq; Alpinos Genam accesserunt. In his locis tum forte Mago tenebat classem, qui legatorum auditis uerbis, iubentium exercitus quammaximos comparare, ex templo Gallorum, & Ligurum (nanq; utriusq; gentis in gens ibi multitudo erat) concilium habuit. Et missum se ad eos uindicandos in libertatem, ait: ut & ipsi cernant mita sibi ab domo præsidia. sed quantis uiribus, quantoq; exercitu id bellum geratur: in eorum potestate esse. duos exercitus Romanos, unum in Gallia, alterum

in Hetruria esse. satis scire: Sp. Lucretium se cum M. L. uio iuncturum. multa millia ipsis etiam armanda esse: ut duobus ducibus, duobus exercitibus Romanis resistatur. Galli summam ad id suam uoluntatem esse dicere. sed cum una castra Romana intra fines, altera in finitima terra Hetruria propè in conspectu habeant: si palam fiat auxilijs adiutum ab se Pœnum: exte plo infestis utriusq; exercitus in agrum suum incururos. ea ab Gallis desyderaret: quibus occulte adiuuari posset. Liguribus, quod procul agro urbibusq; eorum castra Romana sint libera consilia esse. illos armare iuuentem. & capeßere pro parte bellum, æquum esse. Ligures haud abnuere. tempus modo duorum mensium petere ad delectus habendos. Interim Mago milites, Gallis dimissis, clam per agros eorum mercede conducere. commeatus quoq; omnis generis occulte ad eum à Gallicis populis mittebantur. M. L. uii exercitum uoluntum ex Hetruria in Gelliam traducit: iunctusq; Lucretio, si se Mago ex Liguribus propius urbem moueat: obuiam ire parat: si Pœnus sub angulo Alpiu quietus se contineat: & ipse in eadem regione circa Ariminum Italiae præsidio futurus. Post reditum ex Africa C. Lælij, & Scipione stimulo Masanissæ adhortationibus, & militibus prædam ex hostium terra cernentibus tota classe efferri, accensis ad traiciendum quamprimum, iteruenit maiori minor cogitatio, Locros urbem recipiendi: quæ sub defectionem Italiae descinerat & ipsa ad Pœnos. Spes autem affectanda eius rei ex minima re affulsit: quod Latrocinij magis, quam in isto bello in Brutis gerebantur res: principio ab Numidis factis: & Brutis non societate magis Punica, quam suoapte ingenio congruentibus in eum morem. Postremo Romani quoq; milites iam contra gio

ne quadã raptò gaudentes, quantum per duces licebat: excursions in hostium agros facere. Ab ijs egressi qdam urbe Locrenses circũuenti, Rhegyumq; abstracti fuerat. in eo captiuorum numero fabri quidam fuere, affueti forte apud Pœnos mercede opus in arte Locrorum facere. ij cogniti ab Locrensiũ principibus: qui pulsi ab aduersa factione, quæ Annibali Locros tradiderat: Rhegyũ se cõntulerant. Cum cætera percunctantibus (ut mos est ijs: q diu absunt:) quæ domi agerentur, exposuissent: spem ferunt: si redempti, ac remissi foret: arcem se ijs traduros. ibi se habitare: fidemq; sibi rerum omnium inter Carthaginenses esse. Itaq; ut qui simul desiderio patria angerentur: simul cupiditate inimicos ulciscendi arderent: redemptis extemplo ijs, remisissiq; cum ordinem agenda rei cõposuissent: signa quoq; quæ procul edita obseruarent: ipsi ad Scipionem Syracusas profecti, apud quem pars exulium erat: referentes sibi promissa captiuorum, cum spẽ ab effectu haud abhorrentem consuli se cissent: tribuni militum cum ijs M. Sergius, & P. Matienus missi: iussiq; ab Rhegyo tria millia militum Locros duceret. & Q. Plemio propraetori scriptũ: ut rei agenda adesset. Profecti ab Rhegyo scãlas ad dictam altitudinẽ arcis fabricatas portantes, mediã ferme nocte ex coloco, unde conuenerat: signum dedere proditoribus arcis. qui parati, intẽnq; & ipsi scãlas ad id ipsum factas cũ demississent: pluribusq; simul locis scãdentes accõpissent: prius q clamor oriretur: in uigiles Pœnorum, ut in nullo tali ueni sopitos impetus est factus. quorum gemitus primo morientũ exauditus: dein subita consternatio ex somno, & tumultus. cum causa ignoraretur: postremo certiores, alijs excitantibus alios, iam pro se quisq; ad arma uocabat. hostes

in arce esse, & cædi uigiles. oppressiq; forent Romani, nequaquam numero pares: ni clamor ab ijs, qui extra arcem erant: sublaui incernum, unde accidisset: omnia uana augente nocturno tumultu, scãssæt. Itaq; uelut plena iam hostium arce territi Pœni, omisso certamine in alteram arcem (duæ sunt haud multum inter se distantes) confugiunt. Oppidani urbem habebant, uictoribus præmium in medio positam. Ex arcibus duabus prælijs quotidie leuibus certabatur. Q. Pleminius Romano, Amilcar punico præsidio præerat: & accersentes ex propinquis locis subsidia, copias augebant. Ipse postremo ueniebat Annibal. Nec sustinuisse Romani: nisi Locrensiũ multatudo exacerbatã superbia atq; auaritia Pœnorum ad Romanos inclinasset. Scipioni ut nuntiatum est: in maiore discrimine Locris rem uerũ: ipsiq; Annibalẽ aduentare: ne præsidium etiã periclitaretur haud facili inde recõpui: & ipse à Messana, L. Scipione fratre in præsidio ibirelictõ, cum primum æstu fretum inclinatum est: naues mari secundo misit. Et Annibal à Butthro to amni (haud procul is ab urbe Locris abest) nuntio præmisso, ut sui luce prima summa in prælium cum Romanis, ac Locrensiibus conferebant: dum ipse auersus omnibus in eum tumultum ab tergo urbem incautam aggredereur: ubi luce cõptam inuenit pugnam: ipse nec in arcem se includere, turba locum arctum impediturus, uoluit: neq; scãlas, quibus scãnderet muros: atulerat. sarcinis in acerrum coniectis, cum haud procul muris ad terrorem hostium aciem ostendisset: cum e quibus numidis circumquibat ab urbem. dum scãla, quæq; alia ad oppugnandum opus erant: parantur: ad uisendum quæ maxime parte aggredereur, progressus ad murum. scõr

pione ictus: qui proximus forte eum steterat, territus inde tam periculoso casu recapui canere cum iussisset: castra procul ab ictu teli communiunt. Classis Romana à Messana Locros multa die superante accessit. expositi omnes è nauibus: & ante occasum solis urbem ingressi sunt. Postero die cœpta ex arce à Pœnis pugna. & Annibal iam scelis, alijsq; omnibus ad oppugnationē paratis, subibat muros: cum repente in eum nihil minus, quàm tale quicquam timentem, patefacta porta erumpunt Romani. Ad CC, improvidos cum inuasissent: occidunt, cæteros Annibal, ut consilem adesse sensit: in castra recapit: nuntioq; misso ad eos qui in arce erant: ut sibimetipsis consulerent: nocte motis castris abijt. Et qui in arce erant: igni iniecto tectis: quæ tenebant: ut is tumultus hostem morarentur: agmen suorum sige simili cursu ante noctem ascutū sunt. Scipio ut & arcem relictam ab hostibus, & uacua uidit castra: uocatos ad concionem Locrensēs grauiter ob defectionem inculcauit: de authoribus supplicium sumpsit: bonaq; eorum alterius factionis principibus ob egregiam fidem aduersus Romanos concessit: publice nec dare nec eripere se quicquam Locrensibus dixit. Romam mitterent legatos. quam senatus æquum censuisset: eam fortunam habituros. Illud satis scire: etsi male de Populo Romano meriti essent: in meliore statu sub iratis Romanis futuros: quàm sub amicis Carthaginensibus fuerint. Ipse Q. Pleminio legato presidioq; quod arcem caperat: ad uendam urbem relicto, cum quibus uenerat copijs, Messanam traiecit. ita superbe & crudeliter habitū Locrensēs à Carthaginensibus post defectionem ab Romanis fuerant: ut modicas iniurias non æquo modo animo pati, sed propè libentū uideri possent. uerumenimmo tan

tum Pleminius Amilcarem presidij præfectum, tantum presidiarij milites Romani Pœnos scelere atq; auaritia su perauerunt: ut non armis, sed uitijs uideretur certari. nihil oium, q̄ inopi inuisas opes potētoris faciūt: p̄termissum in oppidanos est ab duce, aut à militibus. in corpora ipsorum, in liberos, in coniuges infanda conumeliæ editæ. nam auaritia ne sacrorum quidem spoliatione abstinuit: nec alia modo templa uiolata: sed Proserpinæ etiam intacti omni ætate thesauri: præterquam quod à Pyrrho, qui cum magno piaculo sacrilegijs sui manubias reulit: spoliati dicebantur. Ergo sicut ante regiæ naues laceratæ naufragijs nihil in terram integri, præter sacram pecuniam deæ, quam asportabant: extulerant: tum quoq; alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea uiolatione templi furorem iniecit: atq; inter se ducentem in ducentem, militem in militem rabie hostili uerit. Summæ rei Pleminius præerat. militum pars sub eo, quam ipse ab Rhegyo adduxerat: pars sub tribunis erat. Rapto poculo argento ex oppidani domo Pleminijs miles fugiens, sequentibus quorum erat: obuius forte Sergio, & Matieno trib. militum fuit. cui cum iussit tribunorum ademptum esset poculum: primo iurgium, deinde clamor quoq; pugna postremo orta inter Pleminijs milites, tribunorumq;: ut suis quisq; opportunus aduenerat: multitudine simul, ac tumultu crescente. Victi Pleminijs milites cum ad Pleminium cruorem & uulnera ostentantes non sine uociferatione atq; indignatione concurrissent, probra in eum ipsum iactata in iurgijs referentes: accensus ira domo sese proripuit: uocatosq; tribunos nudari, ac iurgas expe diri iubet. Dum spoliandis ijs (repugnabant enim: militumq; implorabant auxilium) tempus teritur: repen-

te frequentes milites feroces recenti uictoria ex omnibus locis, uelut aduersus hostes, cum ad arma conclamatum esset concurrerunt. & cum iam uiolata uirgēs corpora tribunorum uidissent: tum uero in multo impotentem subito rabiem accensī, sine respectu non maiestatis modo, sed etiā humanitatis, in legatum impetum, lictoribus prius idignū in modū militatis, faciunt. tū ipsum ab suis interceptum, & seclāsum hostiliter lacerant: & propē exanguem, naso auribusq; mutilitatis, relinquunt. His Messānam nuntiatīs, Scāpio post paucos dies Locros aduectus, cum causam Plemīnī, & tribunorum audisset: Plemīnio noxa liberato, relictoq; in eiusdem loci presidio, tribunis scntibus iudicatis, & in uincula coniectis, ut Romam ad senatum mitterentur: Messānam, atq; inde Syracusas redijt. Plemīnis impotentis irā, neglectam ab Scāpione, & nimis leuiter latam suam iniuriam ratus, nec quenquam estimare alium eam litem posse, nisi qui atrocitatem eius patiēdo sensisset: tribunos attrahi ad se iussit: laceratosq; omnibus, quae pati corpus ullum potest: supplicij interfecit: nec satiatas uiuorum poena in sepulchro: proiecit. Simili crudelitate & in Locrensiū primā pes est usus: quos ad conquerendas iniurias ad P. Scāpionē profectos audiuit. & qui antea per libidinem, atq; avaritiam fœda exempla in socios ediderat: tunc ab ira multiplicata edere: infamiae atq; inuidiae non sibi modo, sed etiā imperatori esse. Iam comitiōrum appetebat tempus: cum à P. Licinio litterae Romam allatae sunt: se, exercitumq; suum graui morbo afflicti: nec sibi potuisse: nisi eadē uis mali, aut grauior etiā, in hostes iruisset. itaq; quoniam ipse uenire ad comitiā non posset: si ita patribus uiderent: se Q. Cæciliū Metellum dictatorem comitiōrum

causa

causa dicturum. exercitumq; Q. Cæciliū dimittī, è Rep. esse. nam neq; usum eius ullum in praesentia esse: cum Annibal iam in hyberna suos recaperit: & tanta incesserit in eius castra uis morbi: ut nisi maure dimittātur: nemo omnium superfluous uideatur. Ea consiliū à patribus faciēda, ut è Rep. fideq; sua duceret permissa. Ciuitatem eo tempore repens religio inuaserat, inuento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de caelo lapidatum inspectis. Quandoq; hostis alienigena terrae Italiae bellū inualisset: eum pelli Italia, uinciq; posse: si Matris idae Pessinunte numen Romam aduectum foret. Id carmen ab decemuiris inuentum eo magis patres mouit: quod & legati qui donum Delphos portauerant: reserebant: & sacrificantibus ipsis Pythio Apollini, omnia lata exta fuisse: & responsum oraculo editum: maiorem multo uictoriam, quam cuius ex spolijs dona portarent: adesse populo Ro. in eiusdem spei summam conferebant P. Scāpionis uelut praesagientem animum de fine belli: quod de poposcisset prouinciā Africā. Itaq; quo manius fatīs omnibus, oraculisq; portendentis sese uictoriae compotes fierent: id cogitare: quae ratio transportanda Romam deesse. Nullas tum in Asia ciuitates socias habebat populus Romanus, tamen memores, Aesculapium quoq; ex Graecia quondam haud dum ullo fœdere sociata ualentinis populi causa accersitum: & iam cum Attalo Rege propter commune aduersus Philippum bellum ceptam amicitiam esse facturum eum quae posset, Populi Ro. causa: legatos ad eum decernunt, M. Valerium Leuimum, q̄ bis consul fuerat: ac res in Graecia gesserat: M. Cæciliū Metellum praetorium, Sulpitium Gallum aedilitum, duos quæstros, C. Tremellium Flaccum, & M. Valerium Falco-

Tit. L.

II

nem. His quinque naves quinqueremes, ut ex dignitate populi Romani adirent eas terras: ad quas concilianda maiestas nomini Romano esset: decernunt. Legati Asiam petentes protinus Delphos cum descendissent: oraculum adierunt, consulentes: ad quod negotium missi domo essent: perficiendi eius quam sibi spem, populoque Romano pariter tenderet. Responsum esse ferunt: per Attalum Regem copotes eius fore: quod peterent. cum Romanam deam deuexissent: tum curarent: ut eam qui uir optimus Romae esset: hospitio acciperet. Pergamum ad Regem uenerunt. Is legatos comiter acceptos Persinuntem in Phrygiam deduxit: sacrumque ipsi lapidem, quem matrem deum incola esse dicebant: tradidit: ac deportare Romanam iussit. Praemissus ab legatis M. Valerius Falco nuntiauit: deam apportari, querendum uirum optimum in ciuitate esse: qui eam rite hospitio acciperet. Q. Cælius Metellus dictatorem ab consule in Brutijs comitiarum causa dictus: exercitusque eius dimissus: magister equitum L. Veturius Philo. Comitia per dictatorem habita. Consules facti M. Cornelius Cethegus, Publius Sempronius Tuditanus absens: cum prouinciam Græciam haberet. Praetores inde creati T. Claudius Nero, Marcus Martius Ralla, L. Scribonius Libo, M. Pomponius Matho. Comitibus peractis dictator sese magistratum abdicauit. Ludi Romani ter, Plebeij septies instaurati. Curules erant adiles Cn. & L. Cornelij Lentuli. L. Hispaniam prouinciam habebat. absens creatus, absens eum honorem gessit. T. Claudius Asellus, & M. Iunius Pænus Plebeij adiles fuerunt. Eodem Viriutis eo anno ad portam Capenam Marcus Marcellus dedicauit, septimo decimo anno postquam à patre eius primo consulatum uota in Gallia ad Clastidium fuerat. Et fla-

men Martialis eo anno est mortuus Marcus Æmilius Regulus. Neglectæ eo biennio res in Græcia erant. itaque Philippus Ætolos desertos ab Romano, cui uni fidebant auxilio, quibus uoluit conditionibus, ad petendam et paciscendam subegit pacem. quod nisi omni ui perficere maturasset: bellantem eum cum Ætolis P. Sempronius pro consul, successor imperij missus Salpiti cum decem milibus pedum, & mille equitibus, & triginta quinque rostratis nauibus, haud paruum momentum ad opem ferendam sciscijs, oppressisset. Vix dum pace facta nuntius Regi uenit: Romanos Dyrrhachium uenisse: Partibenosque, & propinquas alias gentes motas esse ad spem nauandis res: Dimallumque oppugnare. Cæd se auertant Romani ab Ætolorum, quo missi erant, auxilio: irati: quod sine autoritate sua aduersus sœdus cum Rege pacem fecissent) Ea cum audisset Philippus: ne quæ motus maior in finitimis gentibus, populisque oriretur: magnis itineribus Apolloniam contendit: quod Sempronius se recaperat: missusque Lestorio legato cum parte copiarum, & XV nauibus in Ætoliam ad uiscendas res, pacemque, si posset, urbanam. Philippus agros Apolloniatum uastauit: & ad urbem admotis copijs, potestatem pugnae Romano fecit. quæ posteaquam quietum muros tantummodo ueri uidit: nec satis fidens uiribus ut urbem oppugnaret, cum Romanis quoque, sicut cum Ætolis, cupiens pacem, si posset: si minus: inducias facere, nihil ultra iritatis nouo certamine odijs, in regnum se recapit. Per idem tempus uadio diuitini bellum Epirotæ, tentata prius Romanorum uoluntate, legatos de pace communi ad Philippum misere: satis confidere conuenturam eam affirmantes: si ad colloquium cum P. Sempronio imperatore Romano uenisset. Facile ipetra-

*tum*: Cneq; enim ipsius quidem Regis abhorrebat ani-  
 mus) ut in Epirum trāsiret. Penice urbs est Epiri. ibi prius  
 collocatus Rex cum Eropo, & Darda, & Philippo Epi-  
 rotarum pratoribus, postea cum P. Sempronio congre-  
 ditur. Affuit colloquio & Aminander Athamanum Rex:  
 & magistratus alij Epirotarum, & Acarnanum. Primus  
 Philippus prator uerba fecit: & petijt simul ab Rege,  
 & ab imperatore Romano: ut finem belli facerent: da-  
 rentq; eam Epirotis ueniam. P. Sempronius conditiones  
 pacis dixit: ut Partheni, & Dimallum, & Bargulum,  
 & Eugenium, Romanorū essent. Attitania si missis Ro-  
 mam legatis à senatu impetrasset: ut Macedonia cederet.  
 In eas conditiones cum pax conuenisset: ab Rege fœderi  
 ascripti, Prusia Bithynia Rex, Achai, Bœotij, Thessali, A-  
 carnanes Epirotæ: ab Romanis, Ilienſes, Attalus Rex,  
 Pleuratus, Nabis Lacedæmoniorum tyrannus, Elei, Mes-  
 senij, Athenienses. Hæc conscripta modo, consignataq;  
 sunt: & in duos menses induciæ factæ: donec Romam  
 mitterentur legati: ut populus in has conditiones pacem  
 iuberet. Iusseruntq; omnes tribus: quia auerso in Africam  
 bello, omnibus alijs in præsentia leuari uolebant bellis.  
 Sempronius pace facta ad consulatum Romam decessit.  
 P. Sempronio, M. Cornelio consulibus, (quintus decimus  
 is annus Punici belli erat) prouinciæ, Cornelio Hetruria  
 cum uetere exercitū, Sempronio Brutij, ut nouas scriberet  
 legiones: decreta. Pratoribus, M. Martio urbana, L.  
 Scribonio Liboni peregrina, & eidem Gallia, M. Pompo-  
 nio Mathoni Sicilia, T. Claudio Neroni Sardinia euenit.  
 P. Scipioni proconsuli cum eo exercitū, cumq; ea classe,  
 quam habebat: prorogatum in annum imperium est. itē  
 P. Licinio: ut Bruſios cum duabus legionibus obtineret:

quoad eum in prouinciā cum imperio morari consuli  
 e Republica uisum esset. Et M. Liniū, & Sp. Lucretio cū  
 binis legionibus, quibus aduersus Magonem Gallie præ-  
 sidio fuissent: prorogatum imperium est. Et Cn. Octauio:  
 ut cum Sardiniam, legionemq; T. Claudio tradidisset: ip-  
 se nauibus longis XL mariamam oram, quibus finibus  
 senatus censuisset: utaretur. M. Pomponio pratori in Sici-  
 lia Cannensise exercitus duæ legiones decreta. T. Quinctius  
 Tarentum, C. Hostilius Tubulus Capuam, propratores,  
 sicut priore anno, cum uetere uterq; præsidio obtinerent.  
 De Hispania imperio, quod in eam prouinciā duos  
 proconsules miti placeret: latum ad populum est. Om-  
 nes tribus eosdem L. Cornelium Lentulum, & L. Man-  
 lium Acidinū proconsules, sicut priore anno tenuissent:  
 obtinere eas prouinciās iusserunt. Consules delectum ha-  
 bere iusserunt, & ad nouas scribendas in Bruſios le-  
 giones, & in Cæterorum (ita enim iussi ab senatu erant)  
 exercitū supplementum. Quanquam nondum aperte  
 Africa prouincia decreta erat: occultantibus id credo pa-  
 tribus: ne præfiscerent Carthaginienses: tamen in eam  
 spē erecta ciuitas erat: in Africa eo anno debellatum iri:  
 finemq; bello Punico adesse. Impleuerat ea res superstitio:  
 ne animos: prouiq; & ad nuntianda, & ad credenda  
 prodigia erant. Ea plura uulgabantur. Duos soles uisos:  
 & nocte interluxisse: & facem stellæ septies ab oru solis  
 ad occidentē prorigi uisam Tarracina portam, Anagnina  
 & portam, & multis locis murum de cælo tactum. In  
 æde Iunonis Sospitæ Lanuij cum horrendo fragore stre-  
 pitum editum. Eorum procurandorum causa diem unū  
 supplicatio fuit: & nouendiale sacrum, quod de cælo la-  
 pidatum esset: factum. Eo accessit consultatio de Matre

Idæa accipienda. quam præterq̄ quod M. Valerius unus ex legatis prægressus, actū in Italia fore nuntiauerat: recens nūtius aderat: Tarraçina iam esse. haud parua rei iudicium senatum tenebat: qui uir optimus in ciuitate est. ueram certe uictoriam eius rei sibi quisq; mallet: q̄ ulla imperia, honores ue suffragio seu patrum, seu plebis delator. P. C. P. Scipionem, Cn. filium, eius, qui in Hispania ceciderat: adolescentem, nondum quaestorium, iudicauerūt in tota ciuitate uirum optimum esse. Id quibus uiribus inducti ita iudicauerint: sicut traditum à proximis memoria temporum illorum scriptoribus libens posteris tradiderim: ita eas opiniones coniectando, rem ueritate obrutā non interponam. P. Cornelius cū oibus matronis Hostiam ire iussus obuiam deæ: isq; eam de naue accipere: Et in terram elatam tradere respiciendā matronis. Postq̄ nauis ad ostiū amnis Tyberini accessit: sicut erat iussus: in saluum nane euectus ab sacerdotibus deam accipit: exulitq; in terram. Matronæ primores ciuitatis, inter quas unius Claudie Quintiæ insigne est nomen: accipere: cui dubia (ut traditur) ante fama clariorem ad posteros tam religioso ministerio pudicitiam fecit. Eæ per manus succedentes deinde aliæ alijs, omni effusa ciuitate obuiam, turibus ante ianuas positis, quā præferbatur: atq; acensuere, precantibus ut uolens, propināq; urbem Romam intraret: in eadem uictoria, quæ est in Palatio: pernitere deam Pridiæ Idus Aprilis: isq; dies festus fuit. Populus frequēs dona deæ in Palatio tulit: lectisterniumq; et ludis uere; Megalesia appellā. Cum de supplemento legionū, quæ in prouincijs erant: ageretur: tempus esse, à quibusdam senatoribus subiectum est: quæ dubijs in rebus utcumq; tolerata essent: ea dempto iam tandem deūm benignitate mei

tu, non ultra pati. Erectis expectatione patribus subiecerunt: colonias Latinas duodecim, quæ Q. Fabio, et Q. Fulvio consulibus abnuissent milites dare: eas annum iam fermè sextum uacationem militiæ, quasi honoris et beneficij causa habere: cum interim boni, obedientesq; socij pro fide atq; obsequio imperij Romani continuis omnium annorum delectibus exhausti essent. Sub hanc uocem non memoria magis patribus renouata rei propè iam oblitterata est: quàm irarritata. Itaq; nihil prius rei ferre consules passi, decreuerunt: ut consules magistratus, denosq; principes Nepete, Sutrio, Ardea, Calibus, Alba, Carseolis, Sora, Sueffa, Setia, Circeis, Narnia, Interamna (eæ namq; coloniæ in ea causa erant) Romam exirent: ijs imperarent: quantum quæq; earum coloniarum militum plurimū dedisset Populo Romano: ex quo hostes in Italia essent: duplicatum eius summe numerum perditum daret: et equites centenos uicenos. si qua eorum numerum equinum explere non posset: pro equite uno treis pedites liceret dare. pedites, equitesq; quàm locupletissimi legerebantur: mitterenturq; ubicumq; extra Italiam supplemento opus esset. si qui ex ijs recusarent: retineri eius coloniæ magistratus, legatosq; placere: neq; si postularent senatum dari: prius quàm imperata fecissent. stipendium præterea ijs colonijs in millia aeris asses singulos imperari, exigiq; quotannis: censumq; in ijs colonijs agi ex formula ab Romanis censoribus data. dari autem placere eandem, quæ populo Romano: deferriq; Romam ab iuratis censoribus coloniarum: prius quàm magistratu abirent. Ex hoc S. C. accitis Romam magistratibus, primoribusq; earum coloniarum, consules cum milites stipendiumq; imperassent: alij alijs magis recusare: ac reclamare. ne



gare tantum militum effici posse: uix, si *simul* ex formula impertur: enixuros. orare: atque obsecrare: ut sibi senatum adire, ac deprecari liceret. nihil se, quare perire merito deberent, admisisse. sed si pereundum etiam foret: neq; suum delectum, neq; iram populi Romani, ut plus militum darent, quam haberent: posse efficere. Consules obstinati manere legatos Romæ iubent: magistratus ire domos ad delectus habendos. nisi summa militum, que imperata esset: Romam adducta, neminem ijs senatum daturū. Ita præcisa spe senatum aduendi, deprecandiq; delectus in ijs XII colonijs, per longam uacationem numero iuniorum aucto, haud difficulter est perfectus. Altera inde res prope æque longo neglecta silentio relata à M. Valerio Lenino est: qui priuatis collatas pecunias, se, ac M. Claudio consule reddi tandem æquum esse dixit. nec mirari quenq; debere: in publica obligata fide suam præcipuam curam esse. nam præterq; quod aliquit proprie ad consulem eius anni, quo collatæ pecuniæ essent: pertinere: etiam se authorem ita conferendi fuisse in inopia ararij, nec plebe ad tributum sufficiente. Grata ea patribus admonitio fuit. in ijsq; referre consulibus, decreuerunt: ut tribus pensiomibus ea pecunia solueretur: primam præsentem ijs: qui tum essent: duas tertij, & quinti consules numerarent. Oēs deinde alias curas una occupauit: postq; Locrensium clades, quæ ignota ad eam diem fuerant: legatorum aduentu uulgatæ sunt. nec tam Q. Pleminij scelus quam Scipionis in eo aut ambitio, aut negligentia iras hominum irritauit. Decem legati Locrensium obitu squallore & sordibus, in comitio sedentibus consulibus uelamenta supplicum, ramos oleæ (ut Græcis mos est) porrigentes, ante tribunal cum flebili uociferatione hui-

mi procubuerunt. Quarentibus consulibus Locrenses se dixerunt eē, ea passos à Q. Pleminio legato, Romanisq; militibus: quæ pati ne Carthaginienses quidem uelit populus Romanus. orare: ut sibi patres aduendi, deplorandiq; erumnas suas potestatem facerent. Senati dato, maximus natus ex ijs, Scio, inquit, quanti æstimentur nostræ apud uos querelæ P. C. plurimū in eo momenti esse: si probè scitis, & quomodo prodiit Locri Annibali sinis: & quomodo pulso Annibali præsidio, restituti in deditionem uerstram: quippe si & culpa defectionis procul à Publico consilio absit: & reditum in uestram ditionem appareat non uoluntate solum, sed etiam ope ac uirtute nostrâ: magis indignemini bonis ac fidelibus socijs tam atroces atq; indignas iniurias ab legato uestro militibusq; fieri. Sed ego causam utriusq; defectionis nostræ in aliud tempus differendam arbitror esse, duarum rerum gratia: unius: ut coram P. Scipione, qui Locros recēpit: quiq; omnium nobis recte perperamq; factorum est testis: agatur: alterius: quod quale scunq; sumus: tamen hæc, quæ passi sumus: pati non debuimus. Nō possumus dissimulare P. C. nos, cum præsidium Punicum in arce nostrâ haberemus: nullo sedâ, & indigna à præfecto præsidij Annibale, & ab Numidibus, Afrisq; passos esse. sed quid illa sunt, collata cum ijs, quæ hodie patimur? Cum Bona uenia quæso audiat P. C. id, quod inuitus eloquar. In discrimine est nunc humanum genus: utrum uos, an Carthaginenses principes orbis terrarum uideat. sed si ex ijs, quæ Locrenses, aut ab illis passi sumus: aut à uestro præsidio nunc quammaxime patimur: æstimandum Romanum, ac Punicum imperium sit: nemo non illos sibi: quam uos dominos præcipit. Et tamen uidete quemadmodū Locrenses in uos ani-

mati sunt. cum à Carthaginiensibus iniurias multo minores acciperemus: ad uestrum imperatorem confugimus: cum à uestro presidio plusquam hostilia patiamur: nisi quam aliò: quàm ad uos querelas detulimus. Aut uos respicietis perditas res nostras P. C. aut ne ab dijs quidem immortalibus quod precemur, quicquam superest. Q. Pleminius legatus missus est cum presidio ad recipiendos à Carthaginiensibus Locros: & cum eodem ibi relictus est presidio. in hoc legato uestro (dant enim animum ad loquendum libere ultima miseria) nec hominis quicquam est patres conscripti, præter figuram, & speciem: neq; Romani ciuis, præter habitum uestitumq; & senum latinæ linguæ: pestis, ac bellua immanis: qualem frenum quondam, quo ab Sicilia diuidimur: ad perniciem nauigantium arcesse dissè fabula ferunt. Ac si scelus, libidinemq; & auaritiã solus ipse exercere in socios uestros satis haberet: unam profundam quidem uocaginem tamen patientia nostra expleremus. nunc omnes centuriones, militesq; uestros (adeo in promiscuo licentiã, atq; improbitatem esse uoluit) Pleminius fecit. omnes rapit: spoliãnt: uerberant: uulnerant: occidunt: constuprant matronas, sunt in uirgines ingenuas raptus ex complexu parentum, puerosq; quoti die capitur urbs nostra: quoti die diripitur: dies noctesq; omnia passim mulierum, puerorumq; qui rapiuntur: atq; asportantur: plorantibus sonant. Miretur, qui sciat: quomodo aut nos ad patiendam sufficiamus: aut illos, qui faciunt: nondum tantarum iniuriam satietas caperit. Neq; ego exequi possum: nec uobis opus est audire singula, quæ passi sumus. communiter omnia amplectar. Nego domum ullam Locris, nego quenquam hominem expertem iniuriæ esse: nego illum

genus sceleris, libidinis, ac auaritiæ superesse: quod in eorum ullo, qui pati poterint: prætermisissimum sit. Vix ratio miri potest: uter casus ciuitatis sit detestabilior: cum hostes bello urbem capere: an cum exiãlis tyrannus ui atq; armis oppressit. omnia, quæ captæ urbes patiuntur: passi sumus: & nunc quammaxime patimur patres conscripti. omnia quæ crudelissimi atq; importunissimi tyranni scelera in oppressos ciues edunt: Pleminius in nos, liberosq; nostros, coniugesq; edidit. Vnum est: de quo nominatum & nos queri religio infixã animis cogat: & uos audire, & exoluere Rempublicam uestram religione, si ita uobis uidebitur: uelimus petres conscripti. uidimus. n. cum quanta cærimonia non uestros solum colatis deos: sed etiam externos accipiat. Fanum est apud nos Proserpina: de cuius sanctitate templi credo aliquam famam ad uos peruenisse. Pyrrhi bello, qui cum ex Sicilia rediens Locros classe præterueheretur inter alia scæda, quæ propter fidem nostram erga uos in ciuitatem nostram facinora edidit: thesauros quoq; Proserpina intactos ad eam diè spoliãuit: atq; ita pecunia in naues iposita, ipse terra est profectus. Quid ergo euenit P. C. classis postero die scædisima tempestate lacerata: omnesq; naves, quæ sacram pecuniam habebant: in litora nostra eiectæ sunt. qua tanta clade edoctus, tandem deos esse superbissimos agnouit Rex: pecuniamq; omnem conquistam in thesauros Proserpinae referri iussit. nec tamen illi unquam postea prospere quicquam euenit: pulsusq; Italia ignobili atq; inhonesta morte temere nocte ingressus Argos occubuit. Hæc cū audisset legatus uester: tribunumq; militum: & mille alia: quæ non augendæ religionis causa sed præsentis deæ nomine sæpe comperta nobis maioribus quæ nostris, re

ferebantur : ausi sunt nihilominus sacrilegas admo-  
 uere manus intactis illis thesauris: & nephanda seipfos pre-  
 da, ac domos contaminare suas, & milites uestros, quos  
 per uos fidemq; uestram P. C. prius q̄ eorum scelus ex-  
 pietis: neq; in Italia, neq; in Africa quicquam rei gesserit-  
 is: ne quod piaculi commiserunt: non solum suo sangui-  
 ne, sed etiam publica clade luant. q̄q̄ ne nunc quidem  
 P. C. aut i ducibus, aut i militibus uestris cessat ira de-  
 aliquoties iam inter se signis collatis concurrerunt. dux  
 alterius partis Pleminius, alterius duo tribuni militum  
 erant. non acrius cum Carthaginensibus, quam ipsi in-  
 ter se ferro dimicauerunt. præbissentq; occasionem furori  
 suo Locros recipiendi Annibali: ni accitius à nobis Scipio  
 interuenisset. At Hercule milites contactos sacrilegio  
 furor agitat: in ducibus ipsis puniendis nullum dea mi-  
 nimen apparuit. immo ibi præsens maxime fuit. uirgus casti  
 tribuni ab legato sunt. legatus deinde insidijs tribunorum  
 interceptus, præterquam quod toto corpore laceratus, na-  
 so quoq; auribusq; decisis exanguis est relictus. recreatus  
 deinde legatus ex uulneribus, tribunos militum in uin-  
 cula coniectos, dein uerberibus affectos, seruilibusq; omni-  
 bus supplicijs trucidatos cruciando occidit: mormos de-  
 inde prohibuit sepelli. Has dea pœnas à templi sui spo-  
 liatoribus habet: nec ante desinet omnibus eos agitare fu-  
 roris: quam reposita sacra pecunia in thesauris fuerit. Ma-  
 iores quondam nostri graui Crotonensium bello, quia  
 extra urbem templum est: transferre in urbem eam pecu-  
 niam uoluerunt. nocte audita ex delubro uox est: abstine-  
 rent manus: deam sua templa defensorum. quia mouen-  
 di inde thesauros incussa erat religio: muro circumdate  
 templum uoluerunt. ad aliquantum iam altitudinis exata

ta erant mœnia: cum subito collapsa ruina sunt. Sed &  
 nunc, & sæpe aliàs dea suam sedem, summq; templum  
 aut tutata est: aut à uiolatoribus graui piacula exegit.  
 nostras iniurias nec potest, nec possit alius ulcisci: quam  
 uos P. C. ad uos, uestramq; fidem supplices confugimus,  
 nihil nostra interest: utrum sub illo legato, sub illo præsi-  
 dio Locros esse sinatis: an irato Annibali, & Pœnis ad  
 supplicium dedatis. Non postulamus ut extemplo no-  
 bis de absente indicta causa credatis. ueniat: coram ipse  
 audiat: ipse diluat. si quicquam sceleris, quod homo in  
 homines edere potest: in nos prætermisit: non recusamus  
 quin & nos omnia eadem iterum, si pati possimus, pa-  
 tiamur: & ille omni diuino, humanoq; liberetur scelere.  
 Hæc cum ab legato dicta essent: quæsissetq; ab ijs Q. Fabius:  
 demulissent ne eas querelas ad P. Scipionem: respon-  
 derunt: missos legatos esse: sed eum belli apparatus occupa-  
 tum esse: & in Africam aut iam traiecisse: aut post pau-  
 cos dies traiecturum: & legati gratia quantæ esset apud  
 imperatorem, expertos esse: cum inter eum & tribunos  
 cognita causa, tribunos in uincula coniecerit: legatum  
 æque fontem, aut magis etiam, in ea potestate reliquerit.  
 Iussis excedere extemplo legatis, non Pleminius modo,  
 sed etiam Scipio principum orationibus lacerari, ante om-  
 nes Q. Fabius natum eum ad corrupendam disciplinam  
 militarem arguere. sic & in Hispania plus propè sedu-  
 tione militum, quam bello amissum, externo & regio mo-  
 re & indulgere licentiæ militum, & seruire in eos. Sen-  
 tentiam deinde æque trucem orationi adiecit. Pleminium  
 legatum uinctum Romam deportari placere: & ex uin-  
 culis causam dicere: ac si uera forent, quæ Locrenses que-  
 rerentur: in carcere necari: bonaq; eius publicari P. Scipio

pionem, quod deprovincia decessisset iniussu senatus: reuocari: atque cum tribunis plebis: ut de imperio eius abrogando ferrent ad populum. Locrensis coram senatum respondere: quas sibi iniurias factas quereretur: eas: neque senatum, neque populum Romanum uelle factas. uiros bonos, sociosque, & amicos eos appellari: liberos, coniuges, quaque alia erepta essent: restitui: pecuniam, quanta ex thesauris Proserpinae sublata esset: conquiri: duplamque pecuniam in thesauris reponi: & sacri piaculare fieri: ita ut prius ad collegium pontificum referretur, quod sacri thesauri moti, aperti, uiolati que essent: quae piacula, quibus dijs, quibus hostijs, fieri placeret. milites, qui Locris essent: omnes in Siciliam transportari: quatuor cohortes sociorum Latini nominis in praesidium Locros adduci. Perrogari eo die sententiae accensus suus dijs pro Scipione, & aduersus Scipionem, non posuere. Praeter Pleminij facinus, Locrensiuque cladem, ipsius etiam imperatoris, non Romanus modo, sed ne uilitaris quidem cultus iactabatur. cum pallio, crepidisque in ambulare in gymnasio: libellis etiam eum, palestraque opera dare: aequo segniter, molliterque cohortem totam Syracusarum amicitia frui: Carthaginem, atque Annibalem excidisse de memoria: exercitum omnem licentia corruptum: qualis Sucrone in Hispania fuerit: talis nunc Locris: socijs magis, quam hosti memendus. Haec quaque partim uera, partim mista, eoque similia ueris iactabatur: uicit tamen Q. Metelli sententia: qui de ceteris maxime assensus, de Scipionis uisa dissensit. Qui enim conuenire: quem modo ciuitas iuuenem admodum unum recuperanda Hispania delegerit: ducemque recepta ab hostibus Hispania ad imponendum Punico bello finem crearet:

rit: consulem spe desinauerit Africam subacturum: An nibalem ex Italia detracturum: eum repente, tanquam Q. Pleminium, in dicta causa propè damnatum ex provincia reuocari: cum ea: quae in se nefarie facta Locrenses quererentur, ne praesente quidem Scipione facta dicerent: neque aliud, quam patientia, aut pudor, quod legato pepercisset: insimulari posset? Sibi placere M. Pomponium praetorem, cui Sicilia provincia sorte euenisset: triduo proximo in provinciam proficisci: consules decem legatos, quos ijs uideretur: ex senatu legere: quos cum praetore mitteret: & duos tribunos plebis, atque adilem. cum eo consilio cognoscere praetorem. si ea, quae Locres facta quererentur: iussu, aut uoluntate Publij Scipionis facta essent: ut eum de provincia decedere iuberent: si Publius Scipio iam in Africam traiecisset: tribuni plebis, atque adiles cum duobus legatis, quos maxime praetor idoneos censuisset: in Africam proficiscerentur: tribuni, atque adiles: qui reducerent inde Scipionem: legatis: qui exercitum praesentem: donec nouus imperator ad eum exercitum uenisset. Sin Marcus Pomponius & decem legati comperissent: neque iussu, neque uoluntate P. Scipionis ea facta esse: ut in exercitum Scipio mitteret: bellumque ut proposuisset, gereret. Hoc facto S. C. cum tribunis plebis actum est: ut compararent inter se: aut sortelegerent: qui duo cum praetore, ac legatis irent. Ad collegium pontificum reuocatum de expiandis, quae Locris in templo Proserpinae tacta, uiolata, elataque inde essent. Tribuni pl. cum praetore, & decem legatis profecti M. Claudius Marcellus, & M. Cincius Alimentus: ijsque adiles plebis datus est. quem, si aut in Sicilia praetoris dicto audiens non esset Scipio: aut iam in Africam traiecisset: comprehendere tribuni iuberent: ac

ture sacrosanctæ potestatis reducere. Prius Locros ire, quam Messanam consilium erat. Cæterum duplex fama est: quod ad Pleminium atinet. alij: auditis, quæ Roma acta essent: in exilium Neapolim euntem forte in Q. Metellum unum ex legatis incidisse: & ab eo Rhegyum in re tractum tradunt. alij: ab ipso Scipione legatum cum triginta nobilissimis equitum missum: qui Q. Pleminium in catenas, & cum eo seditionis principes conijcerent. Ii omnes, seu ante Scipionis, seu tum prætoris iussu traditi in custodiam Rhegynis sunt. Prætor, legatiq; Locros profecti primam, sicuti mandatum erat: religionis curam habuere. omnem enim sacram pecuniam, quæq; apud Pleminium, quæq; apud milites erat: conquistam cum ea, quam ipsi secum atulrant: in thesauris reposerunt: ac piacularæ sacrum fecerunt. tum uocatos ad concionem milites prætor signa extra urbem afferre iubet: castraq; in campo locat, cum graui editto: si quis miles aut in urbe restitisset: aut secum exulisset, quod suum non esset. Locrensibus se permittere: ut quod suum quisq; cognosceret: prehenderet: si quid non compareret: repeteret. ante omnia libera corpora placere sine omni mora Locrensibus restitui: non leui desuncturum pœna: qui non restitisset. Locrensiuum deinde concionem habuit: atq; ijs libertatem, legesq; suas populum Romanum, senatumq; restituere dixit. si quis Pleminium, aliumue accusare uellet: Rhegyum se sequeretur. si de P. Scipione publice queri uellent: ea, quæ Locris nefarie in deos, hominesq; facta essent: iussu, aut uoluntate P. Scipionis facta esse: legatos mitterent Messanam. ibi se cum consilio cogniturum. Locrenses prætori, legatisq; & senati ac populo Romano gratias egere. se ad Pleminium accusandum inuitos. Scipionem,

pionem, quanquam parum iniurijs ciuitatis suæ doluerit: eum esse uirum: quem amicum sibi, q̄ inimicum maluit esse. pro certo se habere: neq; iussu, neq; uoluntate P. Scipionis tot tam nefanda commissi: sed aut Pleminio in mium, aut sibi parum creditum: aut natura inustum qui busdam esse: ut magis peccari nolint: q̄ satis animi ad uindicanda peccata habeant. Et prætori, & consilio haud mediocre onus denupum erat de Scipione cognoscendi. Pleminium, & ad duos, & triginta homines cum eo damnauerunt: atq; in catenis Romam miserunt. ipsi ad Scipionem profecti sunt: ut ea quoq; quæ uulgata sermionibus erant de cultu ac desidia imperatoris, clutaq; militiæ disciplina: comperta oculis referrent Romam. Venientibus ijs Syracusas Scipio res, non uerba ad purgandum se preparauit. exercitum omnem eò conuenire, classem expediti iussit: tanquam dimicandum eo die terra mariq; cum Carthaginiensibus esset. Quo die uenerunt: hospitio comiter accepti. postero die terrestres, naualesq; exercitus non instructos modo, sed hos decurrenteis, classem in portu simulachrum & ipsam edentem naualis pugna ostendit. tum circa armentaria & horrea aliinq; belli apparatus uisendum prætor, legatiq; ducti. tantaq; admiratio singularum, uniuersarumq; rerum incussa: ut satis crederent: aut illo duce atq; exercitu uinci Carthaginiensem populum, aut alio nullo posse: iuberentq; quod dij bene uerterent: traicere: & spei conceptæ quo die illum omnes centuria priorem consulem dixissent: primo quoq; tempore compotem populum Romanum faceret. adeoq; lætis inde animis profecti sunt: tanquam uictoriam, non belli magnificum apparatus nuntiari Romam eent. Pleminius, quiq; in eadem causa erant: postquam Romam

est uentum: ex templo in carcerem conditi: ac primo pro-  
 ducti ad populum ab tribunis apud præoccupatos Locre-  
 sum clade animos nullum misericordie locum habuerit.  
 postea cum sapius producerentur: iam senescente inuidia  
 molliabantur iræ: & ipsa deformitas Pleminij, memetip-  
 sabsentis Scipionis facilius eos ad uulgum conciliabat.  
 mortuus est tamen prius in uinculis: quam iudicium de  
 eo populi perficerent. Hunc Pleminij Clodius Licinius  
 in li. tertio rerum Romanarum refert ludis uotiuus, quos  
 Romæ Africanus iterum consul faciebat: conatum p quos-  
 dam, quos pretio corruerat: aliquot locis urbem incen-  
 dere: ut frangendi carceris, fugiendiq; haberet occasione:  
 patefacto dein scelere, delegatum in Tullianum ex S.C.  
 de Scipione nusquam, nisi in senatu actum. ubi omnes le-  
 gatiq; & tribuni classem eam, exercituum, ducemq; uerbis  
 extollentes, effecerunt: ut senatus censeret primo quoq; tem-  
 pore in Africam traicidum: Scipioniq; permitteretur:  
 ut ex ijs exercitibus, qui in Sicilia essent: ipse legeret, quos  
 in Africam secum traiceret: quos prouincia relinqueret  
 præsidio. Dum hæc apud Romanos gererentur: Cathagi-  
 nienses quoq; cum, speculis per promontoria omnia posu-  
 tis, percunctantes, pauentesq; ad singulos nuntios solici-  
 tam hyenem egressent: haud paruum & ipsi tuenda Afri-  
 cæ momentum adiecerunt societatem Syphacis Regis: cu-  
 ius maxime fiducia traiecturum in Africam Romanum  
 crediderunt. Erat Afrubali Gisgonis filio non hospitium  
 modo cum Rege: de quo ante dictum est: cum ex Hispan-  
 ia forte in idem tempus Scipio, atq; Asdrubal conuener-  
 runt: sed mentio quoq; inchoatæ affinitatis: ut Rex duce-  
 ret filiam Asdrubalis. Ad eam rem consumandam, tem-  
 pusq; nuptijs statendum (iam enim & nubilis erat uir.

go) profectus Asdrubal, ut accensum cupiditate (& sunt  
 ante omnes barbaros Numidæ effusi in uenerem) sensit:  
 uirginem ab Carthagine accersit: manur atq; nuptias: &  
 inter aliam gratulationem, ut publicum quoq; fœdus pri-  
 uato adijceretur: societas inter populum Carthaginiensem  
 Regemq;, data ultro citroq; fide eosdē amicos inimicosq;  
 habiueros, iureiurando affirmatur. Caterum Asdrubal  
 memor & cum Scipione in ita regia societatis, & quam  
 uana & mutabilia barbarorum ingenia essent: ueritus  
 ne, si traiceret in Africam Scipio: paruum uinculum eæ  
 nuptiæ essent: dum accensum, recenti amore Numidam  
 habet: perpellit, blanditijs quoq; puella adhibitis: ut lega-  
 tos in Siciliam ad Scipionem mittat: per quos moneat eū:  
 ne prioribus suis promissis frenus in Africam traiciat. se  
 & nuptijs cuius Carthaginiensis filie Asdrubalis, quem  
 uiderit apud se in hospitio: & publico etiam fœdere cum  
 populo Carthaginiensi iunctum. hortari primum: ut pro-  
 cul ab Africa, sicut adhuc fecerint, bellum Romani cum  
 Carthaginiensibus gerant: ne sibi interesse certaminibus  
 eorum, armaq; aut hæc, aut illa abnuentem alteram so-  
 cietatem sequi necesse sit. si non abstineat Africa Scipio:  
 & Carthagini exercituum admoueat: sibi necessarium fo-  
 re, & pro terra Africa, in qua & ipse sit genitus: & pro  
 patria coniugis suæ, proq; parente, ac penatibus dimica-  
 re. Cum his mandatis ab Rege legati ad Scipionē missi,  
 Syracusis eum conuenerunt. Scipio quanq; magno momē-  
 to rerum in Africa gerendarum, magnaq; spe destitutus  
 erat: legatis propere, prius q̄ res uulgaretur, remissis in  
 Africam litteras dat ad Regem, quibus etiam atq; etiam  
 monet eū: ne iura hospitij secum, neu cum populo Roma-  
 no in ita societatis, neu fas, fidē, dexteræ, deos testes atq;

arbitros conuentorum fallat. Ceterum quando neq; calari aduentus Numidarum poterat: (uagari enim in urbe, obuersariq; pratorio erant) & si sileretur quid petentes uenissent: periculum erat: ne uera eo ipso, quod celarentur, sua sponte magis emanarent: timorq; in exercitum incidere: ne simul cum Rege, & Carthaginienfibus foret belandum: auertit à uero falsis elicitas præoccupando metes hominum. Et uocatis ad concionem militibus non ultra esse cunctandum ait. instare ut in Africam quamprimum traiciat, socios Reges Masanissam ipsum prius ad Lælium uenisse, querentem: quod cunctando tempus tereatur. nunc Syphacem mittere legatos, idem admirant: quæ tam diuurna moræ sit causa: postulantemq;: ut aut traiciatur tandem in Africam exercitus: aut, si mutata consilia sint: certior fiat: ut & ipse sibi, & regno suo posset consulere. itaq; iam satis omnibus instructis, apparatusq;, & re iam non ultra recipiente cunctationem, in animo sibi esse: Lilybæum classe traducta, eodemq; omnibus pedum equumq; copijs contractis, quæ prima dies cursum nauibus daret: deis bene iuuantibus in Africam traicere. Litteras ad M. Pomponiū mittit: ut si ei uideretur: Lilybæum ueniret: ut communiter consulerent: quas potissimum legiones, & quantum militum numerum in Africam traiceret. item circum oram mariamam misit: ut naues oneraria comprehensæ Lilybæum omnes coneraberentur. Quicquid militum nauiumq; in Sicilia erat: cū Lilybæum conuenisset: & nec urbs multitudinem hominum, nec portus naues caperet: tantus omnibus ardore ut in Africam traiciendi: ut non ad bellum duci uideretur: sed ad certa uictoria præmia. præcipue qui superabat ex Cannensi exercitum milites: illo, non alio duce credebat

namata Reipublicæ opera finire se militiam ignominiosam posse. Et Scipio minime id genus militum aspernabatur: ut qui neq; ad Cannas ignauia eorum cladem accepta sciret: neq; ullos æque meteres milites in exercitu Romano esse: expertosq; non uarijs prælijs modo, sed in urbibus etiam oppugnandis. Quinta, & sexta Cannenses erant legiones. eas se traieciturum in Africam cum dixisset: singulos milites in spexit: relictisq;, quos non idoneos credebatur: in locum eorum subiecit quos secum ex Italia adduxerat: suppleuitq;: ita eas legiones: ut singula sena millia & ducentos pedites, tricenos haberent equites. sociorum item Latini nominis pedites equitesq; de exercitu Cannensi legit. Quantum militum in Africam transportatum sit: non paruo numero inter auctores discrepat. alibi decem millia pedum, duo millia & ducentos eques: alibi XV millia pedum, mille & quingentos equites: alibi parū plus dimidio rem auctam: V & XXX millia pedum, equumq; in naues imposta inuenio. quidam non adiecere numerum: inter quos me ipse in re dubia poni malui. Cælius ut abstinet numero: ita ad immensum multitudinis speciem auget. uolucres ad terram delapsas clamore militum ait: tantaq; multitudinē conscēdisse naues: ut nemo mortaliū aut in Italia aut in Sicilia relinque uideretur. Milites ut in naues ordine, ac sine tumultu conscēderent: ipse eā sibi curam sumpsit. nauiticos C. Lælius, qui classis præfectus erat in naues ante conscēdere coactos continuit, comneatus imponendi M. Pomponio pratori curam dat. V & XL dierum cibaria, è quibus XV dierum cocta imposita. Ut omnes iam in nauibus erant: scaphas circummisit: ut ex omnibus nauibus gubernatoresq; & magistri nauium, & bini milites in forum conuenirent ad imperia

accipienda. Postquam conuenerunt: primum ab ijs quar-  
 suit: si aquam hominibus iumentisq; necessariam in toti-  
 dem dies, quot frumentum imposuissent. ubi responsum  
 est: aquam dierum V & XL in nauibus esse: tum ei  
 dixit militibus: ut silentium quieti nauis sine certamine  
 ad ministeria exequenda bene obediētes præstarent. cum  
 XX rostratis se ac L. Scipionem ab dextro cornu, ab la-  
 uo totidem rostratis & C. Lælium præfectum classis cū  
 M. Porcio Catone (quæstor is tum erat) onerarijs futurū  
 præsidio. lumina in nauibus singula rostrata, bina onera-  
 riæ haberent: in prætoria naue insigne nocturnum trium-  
 luminiū fore. Emporia ut peterent, gubernatoribus edi-  
 xit. Fertillissimus ager: eoq; abundans omni copia rerum  
 est regio: & unbelles (quod plerumq; in ubere agro eue-  
 nit) barbari sunt. prius quoq; quàm à Carthagine subue-  
 niretur: opprimi uidebantur posse. Iis editis imperijs, redi-  
 re ad naues iussi, & postero die dijs bene iuuatibus signo  
 dato soluere naues. Multæ classes Romanae è Sicilia, atq;  
 ipse illo portu profectæ erant. ceterum non eo bello solū,  
 (nec id mirum: prædatum enim tantummodo pleræq;  
 classes ierant) sed ne priore quidem ulla profectio tanti  
 spectaculi fuit. quanquam si magnitudine classis estimari-  
 retur: & bini consules cum binis exercitibus ante traiecer-  
 rant: & propè totidem rostrata in illis classibus fuerant:  
 quot onerarijs Scipio tum traieciēbat. nam præter XL na-  
 ues longas quadringentis fermè onerarijs exercitum traie-  
 uexit. sed & bellum bello, secundum priore ut atrocius  
 Romanis uideretur: cum quod in Italia bellabatur: tum  
 ingentes strages tot exercituum simul cæsis ducibus edu-  
 itæ effecerant. & Scipio dux partim factis fortibus, par-  
 tim suapte fortuna quadam ingentis ad incrementa gloriæ

riæ celebratus conuerterat animos: simul & mens ipsa tra-  
 ieciēdi, nulli ante eo bello duci tentata: quod ad Anniba-  
 lem detrahendum ex Italia, transferendumq; & finien-  
 dum in Africa bellum, se transire uulgauerat. Concurrer-  
 rat ad spectaculum in portū omnis turba non habitantū  
 modo Lilybæi, sed legationum omnium ex Sicilia: quæ  
 ad prosequendum Scipionem officij causa conuenerant:  
 & prætorem provinciæ M. Pomponium secuta fuerant.  
 ad hoc legiones, quæ in Sicilia relinquebantur: ad profe-  
 quēdos commilitones processerant. nec classis modo pro-  
 spectantibus è terra, sed terra etiam omnis circa referta  
 turba spectaculo nauigantibus erat. Vbi illuxit Scipio è  
 prætoria naue silentio per præconem factū. Dij Deaq; in-  
 quit, maria terrasq; qui colitis: uos precor, quæ seq;: uti quæ  
 in meo imperio gesta sunt: & geruntur: postq; geruntur:  
 ea mihi populoq; & plebi Romanæ, socijs, nominisq;  
 Latino, qui populi Romani, quicq; meam sectam impe-  
 rium auspiciūq; terræ mari amnibusq; sequuntur: bene-  
 uertant: eaq; uos omnia bene iuuetis: bonis auibus ad-  
 sitis, saluos incolumesq; uictis perduellibus uictores spo-  
 lijs decoratos, præda honestos triumphantesq; mecum  
 domos reduces sistatis: inimicorum, hostiumq; ulci-  
 scendorum copiam faxit: quæq; populus Carthaginien-  
 sis in ciuitatem nostram facere molitus est: ea ut mihi, po-  
 puloq; Romano in ciuitatem Carthaginiensium exem-  
 pla edendi facultatem detis. Secundum has preces cruda  
 exta cæsa uictima (uti mos est) in mare porricit: ubaq; si-  
 gnum dedit proficiēdi. Vento secundo satis uehementi  
 profecti, celeriter è conspectu terræ ablati sunt. & à meri-  
 die nebula occæperat: ita, ut uix concursus nauium inter-  
 se uiderent. leuior uentus in alto factus noctem insequens



tem eadem caligo obscurit: sole orto dissipata est: Et addita uis uento. iam terram cernebant. haud ita multo post T. Posthumius gubernator Scipioni ait: non plus quinque milia passuum Africam abesse: Mercurij promontorium secernere. si iubeas eò dirigere: iam in portu fore omnem classem. Scipio, ut in conspectu terra fuit: precans deos, ut bono Reipublice, suorumque Africam uiderit: dare uela, et alium infra nauibus accessum iubet petere. Et uento eodem ferebantur. ceterum nebula sub eodem ferme tempore, quo pridie, exorta conspectum terra ademit: Et uentus premite nebula cecidit. nox deinde incertiora omnia fecit. itaque anchoras, ne aut inter se concurrerent naues: aut terra inferrennar: iecere. ubi illuxit: uentus idem coortus nebula disticta aperuit omnia litora Africa. Scipio quod esset proximum promontorium percunctatus, cum promontorium Pulchri id uocari audisset: placet ueniam, inquit: huc dirige te naues. eo classis decurrit: copiarumque omnes in terram exposita sunt: prosperam nauigationem sine terrore ac tumultu fuisse, permultis Grecis, Latinisque: authoribus credidi. Calius unus praeterquam quod non uersas fluctibus naues, ceteros omnes celestes maritimosque terrores, postremo abreptam tempestate ab Africa classem ad insulam Aeginus, inde aegre correptam cursum exponit: Et prope obrutus nauibus, iniussu imperatoris scaphis haud secus, quam naufragos milites sine armis cum ingenti tumultu in terram euasisse. Expositis copiis: Romani castra in proximis tumulis metauerunt. iam non in maritimo modo agros conspectu primum classis, dein tumultu egredientium in terram, pauor terrorumque perueniat: sed in ipsas urbes. neque enim hominum modo turba mulierum puerosque: a geminibus iniecta omnes passim compleuerat uias:

sed pecora quoque praese agrestes agebant: ut relinqui subito Africam diceret. urbibus uero ipsis maiorem, quam quem secum attulerant: terrorem inferebant. Praecipue Carthagini prope ut captae tumultus fuit. nam post M. Attilianum Regulum, et L. Manlium consules, annis prope quinquaginta nullum Romanum exercitum uiderant: praeter praedatorias classes: quibus descensiones in agros maritimos factae erant: raptisque, quae obuia fors fecerat: prius recursum semper ad naues, quam clamor agrestes conciret: fuerat. eo maior tum fugae, pauorisque in urbe fuit. Et Hercule neque exercitus domi ualidus, neque dux, quem opponeret: erat. Asdrubal Gisgonis filius genere, fama, diuitiis, regiam etiam affinitate longe primus ciuitatis erat. sed enim ab illo ipso Scipione aliquot praелиis fuscum, pulsatumque in Hispania neminerant: nec magis ducem duci parem: quam tumultuarium exercitum suum Romano exercitui esse. itaque uelut si urbem extemplo aggressurus Scipio foret: ita ad arma est conclamatum: portaque raptim clausae: Et armati in muris, uigiliaeque, et stationes dispositae: ac nocte insequenti uigilatum est. Postero die quingenti equites speculatum ad mare, turbandosque egredientes ex nauibus missi, in stationes Romanorum inciderunt. iam enim Scipio classe uictam missa, ipse haud ita multum progressus a mari tumulos proximis ceperat: et equites in stationibus locis idoneis posuerat: et per agros miserat praedatum. ita, cum Carthaginensi equitatu praelium cum commississent: paucos in ipso certamine, plerosque fugientes persecuti: in quibus praefectum quoque Hannone nobile iuuenem occiderunt. Scipio non agros modo circa uastauit: sed urbem etiam proximam Afrorum satis opulentam cepit. ubi praeter cetera, quae extemplo in naues onerarias impo-

ta missiq; in Siciliam erant: octo millia liberorum capti-  
 tum feruorumq; sunt capta. Latissimus tamen Romanus  
 in principio rerum gerendarum aduentus fuit Masani-  
 ssa. quem quidam cum CE haud amplius equitibus,  
 pleriq; cum duum millium equitum tradunt uenisse.  
 Ceterum cum longe maximus omnium ætatis suæ Re-  
 gum hic fuerit: plurimumq; rem Romanam inuenerit: ope  
 repetitum uideat excedere paululum ad enarrandum  
 quàm uaria fortuna usus sit in amittendo, recuperandoq;  
 paterno regno. Militante eo pro Carthaginensibus in Hi-  
 spania, pater eius moritur: (Gala nomen erat) regnum  
 ad fratrem Regis Desalcem pergrandem nauis (mosita  
 apud Numidas est) peruenit. haud multo post Desalte  
 quoq; mortuo, maior ex duobus filijs eius Capusa, puero  
 admodum altero, paternum imperium accepit. ceterum  
 cum magis iure gentis, quàm auctoritate inter suos, aut  
 uiribus obtineret regnum: extitit quidam Mæcenillus no-  
 mine, non alienus sanguine regibus, familie semper inimi-  
 cæ, ac de imperio uaria fortuna cum ijs, qui tum obtine-  
 bant: certantis. Is concitatis popularibus, apud quos imi-  
 dia Regum magnæ auctoritatis erat: castris palam posi-  
 tis, descendere Regem in aciem, ac dimicare de regno  
 coegit. in eo pralio Capusa cum multis principum cedi-  
 dit. gens Masæfulorum omnis in diuionem, imperiumq;  
 Mæcenilli concessit. regio tamen nomine abstinuit: conten-  
 tusq; nomine modico tutoris, puerum Lacumaten, q; sibi  
 patris regis supererat: Regem appellat. Carthaginensem  
 nobilem feminam, sororis filiam Annibalæ, quæ proxime  
 Desalcæ Regi nupta fuerat: matrimonio sibi coniungit,  
 spe Carthaginensium societatis: & cum Syphace hospiti-  
 um uenustum legatis missis renouat: omnia ei auxilia p-

patans aduersus Masanissam. Et Masanissa audita morte  
 patris, deim nece fratris patruelis, ex Hispania in Man-  
 ritaniam (Bocchar ea tempestate Rex Maurorum erat) tra-  
 ierit. ab eo supplex in simis precibus auxilium itineri, quàm  
 bello non poterat: quatuor millia Maurorum impetravit.  
 Cum ijs præmisso nummo ad paternos suosq; amicos, cum  
 ad fines regni peruenisset: quingenti ferme Numida ad  
 eum conuenerunt. Igitur Mauris inde, sicut conuenerat,  
 retro ad Regem remissis, quanquam aliquanto minor spe  
 multitudo, nec cum qua tantam rem aggredi satis aude-  
 ret: conueniret: ratus agendo ac moliendo uires quoq; ad  
 agendum aliquid collecturum, proficiscenti ad Syphacem  
 Lacumacæ Regulo ad Tapsum occurrit. trepidum a gremio  
 cum in urbem refugisset: urbem Masanissa primo impetu  
 capit. ex regijs alios tradentes se recepit: alios uim patris  
 occidit. pars maxima cum ipso puero inter tumultum  
 ad Syphacem, quò primo intenderat iter peruenit. Fa-  
 ma huius modicæ rei in principio rerum prospere acta con-  
 uerit ad Masanissam Numidas. affluebantq; undiq; ex  
 agris, uicisq; ueteres milites Gala: incitabantq; iuuenem  
 ad recuperandum paternum regnum. Numero militum  
 aliquantum Mæcenillus superabat. nam & ipse cum ex-  
 ercitu, quo Capusam uicerat: & ex receptis post cædem  
 Regis aliquot habebat: & puer Lacumaces ab Syphace  
 auxilia ingenita adduxerat, xv millia pedum. Mæce-  
 nullo x nullia equitum erant: quibus cum Masanissa ne-  
 quaquam tantum pedum equitum ue habere acie confligit.  
 uicit tamen & ueterum nullam uirtus, & prudentia iter  
 Romana & Punica arma exercitati ducis. Regulus cum tu-  
 tore, & exigua Masæfulorum manu in Carthaginensium agrum  
 profugit. ita recuperato regno paterno Masanissa, quæ sibi

aduersus Syphacem haud paulo maiorem restare dimicationem cernebat: optinum ratus cum fratre patruæ gratiam reconciliare, missis, qui & puero sp̄e facerent: si in fidem Masanissæ sese permisisset: futurum eum in eodē honore, quo apud Galam, & Desalcem quondam fuisset: & qui Mezerillo præter impunitatem sua omnia cum fide restitui sponderent: ambos præoptante in exilio modicam domū forānam, omnia, ne id fieret, Carthaginensibus de industria agentibus, ad sese perduxit. Asdrubal tū forte: cum hæc gerebatur: apud Syphacem erat, qui Numidæ haud sanè nullam ad se pertinere credenti, utrum penes Lacumaten, an Masanissam regnum Masæfulorum esset: falli eum magnopere ait: si Masanissam eisdem contentum fore, quibus patrem Galam, aut patrum eius Desalcem: credat. multo maiorem in dolere in eo animi, ingenijq; esse: q̄ in ullo gentis eius unquam fuisset. sæpe eum in Hispania raræ inter homines uirtutis specimen dedisse socijs pariter, hostibusq;. & Syphacē & Carthaginenses, nisi orientem illum ignem oppressissent: in genti mox incendio, cum iam nullam opem ferre possent: arduos, adhuc teneras, & fragiles eius uires esse: uix dum coalescere fouentē regnum. Instando, stimulandoq; peruenit: ut exercitum ad fines Masæfulorum admoueat: atq; in agro, de quo sæpe cum Gala non uerbis modo disputatum, sed etiam armis certatum fuerat: tanquam haud dubie iuris sui castra locet. si quis arceat: quod maxime opus sit: acie dimicaturum. sin per metum agro cedant, in medium regnum eundum, aut sine certamine concessuros in ditionem eius Masæfulos: aut nequaquam pares futuros armis. His uocibus incitatus Syphax Masanissæ bellū infert: & primo certamine Masæfulos fundit: fugatq;.

Masanissa cum paucis equitibus ex acie in montem (Balmum incolæ uocant) per fugit. familia aliquot cum mapilibus, pecoribusq; suis (ea pecunia illis est) profecuti sunt Regem. cætera Masæfulorum multitudine in ditionem Syphacis concessit. Quem cæperant exules montem: herbis, aquisq; est: & quia pecori bonus alendo erat: herminum quoq; carne, ac lacte uescientium abunde sufficiebat alimentis. Inde nocturnis primo ac furtiuis incursionibus, deinde aperto latrocinio infesta omnia circa esse: maxime uri Carthaginensium ager: quia & plus prædæ, q̄ inter Numidas, & latrocinium tutius erat. iamq; adeo licenter eludebant: ut ad mare deuectam prædam uederent mercatoribus, appellentibus naues ad id ipsum: pluresq; q̄ iusto sæpe in prælio, Carthaginenses: cæderentur: caperenturq;. Deplorabant ea apud Syphacem Carthaginenses: infensumq; & ipsum ad reliquias belli persequendas instigabant. sed uix regum uidebantur: latronem uagum in montibus consecrari. Bocchar ex præfectis regijs, uir acer & impiger ad id delectus. ei quatuor millia pedum data: duo equium: præmiorūq; in genti spe oneratus: si caput Masanissæ retulisset: aut uiuum (id uero inestimabile gaudium fore) cepisset. Is palatos, incuriosq; agentes improviso adortus, pecorum hominumq; in genti multitudine à præsidio armatorum exclusa, Masanissam ipsum cum paucis in uerticem montis compellit. inde propè iam ut debellato, nec præda modo pecorum hominumq; captorum missa ad Regem, sed copijs etiam aliquanto maioribus, q̄ pro reliquijs belli remissis, cum quinque gentis haud amplius pedibus, ducentisq; equitibus digressum iugis Masanissam percutus in ualle arcta faucibus utriusq; obsessis inclusit. ibi in gens cades Masæfulorū

facta. Masanissa cum L haud amplius equitibus per  
 anfractus montis ignotos sequentibus sese eripuit. Te-  
 nuit tamen uestigia Bocchar: adeptusq; cum patribus  
 propè Clupeam urbem campis ita circumuenit: ut prae-  
 quatuor equites, omnes ad unum interficeret. cum ip-  
 sè ipsam quoq; Masanissam saucium propè è manibus in-  
 ter unulum amisit. In conspectu erant fugientes de-  
 equitum dispersæ lato campo: quibusdam ut occu-  
 rent per obliqua tendentibus. quacunq; hostes sequen-  
 tur. amnis in gens fugientes accepit: (neq; enim cum  
 clanger, ut quos maior metus urgeret: immiserant equi)  
 raptiq; gurgite: & in obliquum relati. duobus in pra-  
 rapidum gurgitem in conspectu hostium hausit, ipse pe-  
 riisse creditur, ac duo reliqui equites cum eo inter uen-  
 ta ulterioris ripæ emerferunt. Is finis Bocchari finit  
 quendi: nec ingredi flumen auso: nec habere credenti-  
 iam, quem sequeretur. inde uanius auctor abstulit Ma-  
 sanissæ ad Regem redijt: missiq; qui Carthaginem gen-  
 dium in gens nuntiant: totaq; Africa fama mortis Ma-  
 sanisæ repleta uarie animos affecit. Masanissa in spelun-  
 ca occulta cum herbis curaret uulnus: duorum equitum  
 Latrocinio per dies aliquot uixit. ubi primum ducta in  
 catrix: pati q; posse est uisa iactationem: audacia in gen-  
 gitire ad regnū repentendum. atq; in ipso itinere haud  
 plus XL equibus collectis, cū in Masafulos palamiam  
 quis esset ferens uenisset. tantum motum cum fauce pri-  
 stino, tum gaudio in sperato, quod quem perisse crede-  
 rant, in columnem cernebant: scit: ut intra paucos dies sex  
 millia peditum armatorum, quatuor equitum ad eam con-  
 uenirent: iamq; non in possessione modo paterni regni  
 esset: sed etiam socios Carthaginiensium populos, Ma-

fulorumq; fines (id Syphacis regnum erat) uastaret. inde  
 irritato ad bellum Syphace, inter Cirtham, Hipponēq;  
 in iugis opporumum ad omnia montiū confedit. Ma-  
 iorem igitur eam rem iam Syphax Rex ratus, q̄ ut per-  
 fectum ageret: cum filio iuene (nomen Vermina erat.)  
 parte missa exercitus, imperat: ut circumducto agmine in  
 se intantum hostem ab tergo inuadat. Nocte profectus  
 Vermina: qui ex occulto aggressurus eum erat. Syphax  
 autem interdum aperto itinere, ut qui signis collatis acie  
 dimicaturus esset: mouit castra. Vbi primo tempus uisum  
 est: quo peruenisse iam circummissi uideri poterant: & ip-  
 se leui cliuo ferente ad hostem, tum multitudine fretus, tum  
 preparatis à tergo insidijs, per aduersum montem erec-  
 tam acie ducit. Masanissa fiducia maxime loci, quo nul-  
 to aequiore pugnauit: erat: & ipse dirigit suos. Atrox  
 praelium, & diu anceps fuit: loco, et uirtute militum Ma-  
 sanissam, multitudine, quæ nimio maior erat: Syphacē in-  
 uante. Ea multitudo diuisa, cum pars à fronte urgeret:  
 pars ab tergo se circumfudit: uictoriam haud dubiā Sy-  
 phaci dedit. & ne effugium quidem patebat, hinc à  
 fronte, hinc ab tergo inclusis. itaq; ceteri pedites, & quæ-  
 casti: aut capti. Ducentos ferme equites Masanissa cir-  
 ca se conglobatos, diuisosq; turmatim in treis partes erū-  
 pere iubet: loco predicto: in quē ex dissipata uenirent  
 fuga. ipse quā intenderat, inter media tela hostium ena-  
 sit. duæ turmæ hæserunt. altera menti dedita hosti: altera per-  
 tinacior in repugnando telis obruta, & confixa est. Vermi-  
 nam propè uestigijs instantem in alia atq; alia flucten-  
 do itinera ludens, tædio & desperatione tandem se ipsum  
 abfistere à sequendo coegit. ipse cum LXX equitibus  
 ad minorem Syrtim peruenit. ibi cum conscientia egre-

gia saepe repetitū regni paterni inter Punica Emporia, gē  
 temq; Carantum omne tempus usq; ad C. Lelij, clas  
 sitq; Romanæ aduentum in Africam consumpsit. Hæc au  
 nimium inclinant: ut cum modico potius, q̄ cum magno  
 presidio equitum ad Scipionem quoq; postea uenisse Ma  
 sanissam credam. quippe illa regnantū multitudo, hæc  
 paucitas exulis fortuna conueniens est. Carthaginieses ala  
 equitum cum præfesto amissa, alioq; equitatu per nouum  
 delectum comparato Hannonem Amilcaris filium præ  
 ficiūt. Asdrubalem subinde, ac Syphacē per litteras nū  
 tiosq; postremo etiā per legatos accersunt. Asdrubalem  
 opem ferre propē circumfessæ patriæ iubent: Syphacem or  
 rant: ut Carthagini, & uniuersæ Africa subueniat. Ad  
 Syticam tum castra Sapiro fermē mille passus ab urbe, ha  
 bebant, translata à mari: ubi paucos dies statua coniuncta  
 classi fuerant. Hanno nequaq; satis ualido non modo ad  
 laceffendum hostes sed ne ad mendos quidem à popula  
 tionibus agros equitatu accepto, id omnium primū uer  
 git: ut per conquisitionem numerum equitum augetet.  
 nec aliarum gentium asperratus, maxime tamen Numi  
 das (id longe primū equitum in Africa est genus) con  
 ducit. Iam ad quatuor millia equitum habebat: cum Sale  
 ram nomine urbem occupauit, XV fermē millia ab Ro  
 manis castris. Quod ubi Scipioni relatum est: æstua sub  
 tectis agere equitatus: sine, inquit, uel plures: dum talem  
 ducem habeant, eoq; minus sibi cessandum ratus, quo illi  
 segnius rem agerent: Masanissam cum equitatu præmis  
 sum portis obequitare, atq; hostem ad pugnam eliceri iu  
 bet. ubi omnis multitudo se effudit: grauiorq; iam in  
 certamine esset, q̄ ut facile sustineri posset: cederet paula  
 tim, se in tempore pugna uenatum. Tantum moratus

quantum

quantum satis temporis prægresso uisum ad eliciendos  
 hostes: cum Romano equitatu secutus, te gentibus tumu  
 lis, qui peropportune circa uia flexus suppositi erant: oc  
 cultus processit. Masanissa ex composito nunc terrentis,  
 nunc timentis modo, aut ipsis obequitabat portis: aut ce  
 dendo, cum timoris simulati specie audaciam hosti face  
 ret: ad insequendum temere eliciebat. Nondum omnes e  
 gressi erant: uarieq; dux fatigabatur: alios uino & som  
 no graues arma capere, & frenare equos cogendo: alios,  
 ne sparsi & inconditi sine ordine, sine signis omnibus  
 portis excurrerent: obfistendo. Primo incaute se inuehen  
 tes Masanissa excipiebat: mox plures simul conferti por  
 ta effusi æquauerant certamen: postremo iam omnis equi  
 tatus prælio cum adfesset: sustineri ultra nequiere. Non ta  
 men effusa fuga Masanissa, sed cedendo sensim impetus  
 eorum excipiebat: donec ad tumulos te gentes Romanū  
 equitatum pertraxit. Inde exorti equites & ipsi ite grīs ui  
 ribus, & recentibus equis Hannoni Afrisq; pugnando,  
 ac sequendo fessis se circumfudere: & Masanissa flexis  
 subito equis in pugnam redijt. Mille fermē, qui primi  
 agminis fuerant: quibus haud facilis receptus fuit: cum  
 ipso duce Hannone interclusi, atq; interfecti sunt. ceteros  
 ducis præcipue territos cæde effuse fugientes per trigin  
 ta millia passuum uictores secuti, ad duo prætere a millia  
 equitum aut ceperunt: aut occiderunt. inter eos satis con  
 stabat non minus ducentos Carthaginensium equites  
 fuisse: & diuitijs quosdam, & genere illustres. Eodem  
 sorte, quo hæc gesta sunt die naues, que prædam in Sic  
 liam uexerant: cum comiteati rediere: uelut ominata ad  
 prædam alteram repetendam sese uenisse. Duos eodem

nomine Carthaginiensium duces duobus equestribus  
 prælijs interfectos, non omnes authores sunt: verum cre-  
 done falleret bis relata eadem res. Cælius quidem,  
 & Valerius captum etiam Hannonem tradunt. Scipio  
 præfectos, equitesq; prout cuiusq; opera fuerat: &  
 ante omnem Masanissam insignibus donis donat. &  
 firmo præsidio Salere imposito, ipse cum cætro exer-  
 citu profectus, non agris modo, quacunque incedebat,  
 populatis, sed urbibus etiam quibusdam vicisque expu-  
 gnatis, late fuso terrore belli, septimo die quam profec-  
 tus erat, magnam vim hominum & pecoris & om-  
 nis generis præda trahens, in castra redit: gravesq; in-  
 rum hostium spolijs naues dimittit, inde ommissis expe-  
 ditionibus paruis, populationibusque, ad oppugnandam  
 Vticam omnes belli vires conuertit: eam deinde,  
 si cepisset, sedem ad cætera exequenda habiturus. Simul  
 & à classe nauales socij, qua ex parte urbs mari al-  
 luitur: simul & terrestris exercitus ad imminentem  
 propè ipsis mœnibus tumultum est admotus. tormenta,  
 machinasq; etiam aduexerat secum: & ex Sicilia cum  
 comneatu missa erant: & noua, in armamentario mul-  
 tis talium operum artificibus de industria inclusis, fie-  
 bant. Vticensibus tanta undique mole circumfessis in  
 Carthaginiensi populo, Carthaginiensibus in Asdruba-  
 le, ita, si is mouisset Syphacem: spes omnis erat, sed de  
 Syderio indigentium auxilij tardius cuncta mouebantur.  
 Asdrubal intentissima conquisitione cum ad XXX mil-  
 lia peditum, tria equitum concessisset: non tamen ante ad-  
 uentum Syphacis castra propius hostem mouere est au-  
 sus. Syphax cum L millibus peditum, X equitum

aduenit: concessimq; motis ab Carthagine castris, haud  
 procul Vtica, munitionibus Romanis confedit. Quorum  
 aduentus hoc tamen momenti fecit: ut Scipio, cum XL  
 ferme dies nequicquam omnia experiens obsidisset Vti-  
 cam: abscederet inde irrito incepto. etenim hyems insta-  
 bat. castra hyberna in promontorio, quod tenui iugo con-  
 tinenti adhærens in aliquantum maris spatium exten-  
 ditur: communit uno uallo: & naualium castra am-  
 plectitur: iugo in medio legionum castris impositis. in li-  
 tus ad septentrionem uersum subductæ naues: naualesq;  
 socij tenebant meridianam uallem ad alterum litus de-  
 uexam. Hac in Africa usq; ad extremum autumnæ  
 gesta. Præter conuectum undiq; ex populatis circa a-  
 gris frumentum, comneatusq; ex Sicilia atq; Italia ad-  
 uelatos, Cn. Octauius prætor ex Sardinia ab T. Clau-  
 dio prætor, cuius ea prouincia erat: ingentem vim fru-  
 menti aduexit: horreaq; non solum ea, quæ iam facta  
 erant: repleta: sed noua edificata. Vestimenta exercitui  
 deerant. id mandatum Octauio: ut cum prætor ageret:  
 si quid ex ea prouincia comparari, aut mitti posset. ea  
 quoq; haud segniter curata res. mille ducentæ togæ bre-  
 ui spatio, & XII millia tunicarum missa. Æstate  
 ea, qua hac in Africa gesta sunt: P. Sempronius consul,  
 cui Brutij prouincia erat in agro Crotonensi cum Annu-  
 bale in ipso itinere tumultuario prælio conflixit. Agniti-  
 bus magis, quam acie pugnatum est. Romani pulsi:  
 & tumultu uerius, quam pugna ad mille & CC de  
 exercitum consulis interfectis, in castra trepidi rediere. neq;  
 oppugnare tamen ea hostes ausi. Cæterum silentio pro-  
 xima noctis profectus inde consul, præmissis nuntio ad

P. Licinium proconsulem, ut suas legiones admoneret: copias coniunxit. ita duo duces, duo exercitus ad Annibalem redierunt. nec mora dimicandi facta est: cum consuli duplicata vires, Pœno recens uictoria animos faceret. In primam aciem suas legiones Sempronius induxit: in subsidijs locata P. Licinij legiones. Consul principio pugnae adem Fortuna Primigenia uouit: si eo die hostes fudisset. composq; eius uoti fuit. Fusi, ac fugati Pœni supra quatuor millia armatorum caesi: paulo minus trecenti uiui capti: & equi XL: & XI militaria signa. Percussus aduerso praelio Annibal Crotonem exercitum reduxit. Eodem tempore M. Cornelius consul in altera parte Italiae non tam armis, quam iudiciorum terrore Hetruriam continuit, totam ferme ad Magonem, ac per eum ad spem nouandi res uersam. Eas quaestiones ex S. C. minime ambigose habuit. multiq; nobiles Hetrusci, qui aut ipsicerant: aut miserant ad Magonem de populorum suorum defectu: primo praesentes erant condemnati: postea conscientia sibi met ipsi exilium consciscentes, cum absentes damnati essent: corporibus subtractis, bona tantum, quae publicari poterant: pigneranda poena praebant. Dum haec consules diuersis regionibus agent: censors interim Romae M. Liuius, & C. Claudius senatum recitauerunt. Princeps iterum delectus Q. Fabius Maximus. notati septem: nemo tamen, qui sella curuli sedisset. facta testata acriter, & cum summa fide exegerunt: uiam e foro Boario, & ad Veneris circa foros publicos, & adem Matris Magnae in Palatio faciendam locauerunt: uectigal etiam nouum ex salaria annonae stauerunt: Sextant

te sal & Romae, & per totam Italiam erat) Romae pretio eodem, pluris in foris & conualibus, & alio alibi pretio praebendum locauerunt. Id uectigal commentum alterum ex censibus satis credebant, populo iratum: quod iniquo iudicio quondam damnatus esset. & in pretio salis maxime oneratas tribus, quarum opera damnatus erat: credebant. inde Salinatori Linius inditum cognomen. Lustrum conditum serius: quia per prouincias dimiserunt censes: ut cuius Romano rum in exercitibus, quantus ubiq; esset, referretur numerus. Censa cum ijs CCLXV millia hominum condidit lustrum C. Claudius Nero. Duodecim deinde coloniarum, quod nunq; ante factum erat: deferentibus ipsarum coloniarum censoribus, censum recaperunt: ut quantum numero militum, quantum pecunia ualere: in publicis tabulis monumenta extarent. Equitum deinde census agi coepit. & ambo forte censes equum publicam habebant. cum ad tribum Polliam uentum est: in qua M. Liuij nomen erat: & praeco cunctare uacitare ipsum censorem: cita, inquit Nero, M. Liuium. & siue ex residua & uetere similitate, siue intempestiua iactatione leueritatis inflatus, M. Liuium, quia populi iudicio esset condemnatus: equum uendere iussit. Item M. Liuius, cum ad tribum Narniensem, & nomen collegae uentum est: uendere equum C. Claudium iussit, duarum rerum causa: unius: quod falsum aduersus se testimonium dixisset: alterius: quod non syncera fide secum in gratiam redisset. Itaq; ibi sedum certamen inquinandi famam alterius cum sua fama damno factum est. Exim censurae cum in leges intrasset C. Clau

dius: & in ararium ascendisset: inter nomina eorum, quos ararios relinquebat: dedit collegæ nomen. deinde M. Livi in ararium uenit: & præter Metiam tribum, quæ se nec condemnasset: neq; condemnatum aut consulem, aut censorem fecisset: populum Romanum omnem, quatuor & triginta tribus, ararios reliquit: quod & innocentem se condemnasset: & condemnatum consulem, & censorem fecissent: neq; inficiari possent: aut iudicio semel, aut comitijs bis ab se peccatum esse. inter quatuor & triginta tribus & C. Claudium ararium fore. quod si exemplum haberet bis eundem ararium relinquendi: C. Claudium nominatim se inter ararios fuisse relicturum. Præuuum certamen notarum inter censors: castigatio inconstantia populi censoria gravitate temporum illorum digna. In inuidia censors cum essent: crescendi ex his raris esse occasionem Cn. Bebius tribunus plebis, diem ad populum utriq; dixit. Ea res consensu patrum discussa est: ne postea obnoxia populari autæ censura esset. Eadem æstate in Brutijs iam Petilia à consule uicincta, Consentia, & Pandosia, & ignobilis alia ciuitates uoluntate in deditionem uenerunt. Et cum comitorum iam appeteret tempus: Cornelium potius ex Hetruria, ubi nihil belli erat: Romam acciri placuit. Is consules Cn. Seruilium Cephionem & Cn. Seruilium Geminum creauit. Inde prætoria comitia habita. Creati P. Cornelius Lentulus, P. Quintilius Varus, P. Ælius Pætus, P. Iulius Appulus. Hi duo cum ædiles pl. essent: prætores creati sunt. Consul comitijs perfectis ad exercitum in Hetruriam redijt. Sacerdotes eo anno mortui: atq; in locum eorum. suffecti. T. Ver

rius Philo flamen Martialis in locum M. Æmilij Regili, qui priore anno mortuus erat: creatus: in auguratusq;. & in M. Pomponij Mathonis auguris, & decemuiri locum creati decemuir M. Aurelius Cotta, augur T. Sempronius Gracchus admodum adolecens: quod tunc per rarum in mandandis sacerdotijs erat. Quadrigæ aureæ eo anno in Capitolio positæ ab ædilibus curulibus C. L. uio, & M. Seruilio Geminio. Et ludi Romani biduum in staurati. item per biduum plebeij ab ædilibus P. Ælio, P. Iulio. Et Ionis epulum fuit ludorum causa.



N. SERVILIUS CEPIO ET

Cn. Servilius Geminus consules (sexus

decimus is annus belli Punica erat) cum

de Republica, belloq; &amp; prouincijs ad

senatum retulissent: censuerunt patres: ut

consules inter se compararent, sortirentur ue: uter Brutios aduersus Annibalem, uter Hetruriam ac Liguriam prouinciã haberet. cui Brutij euenissent: exercitum à P. Sempronio acciperet. P. Sempronius (ei quoq; enim pro consuli imperium in annum prorogabatur) P. Licinio succederet: is Romam reuerteretur. Bello quoq; bonus habius ad cætera: quibus nemo ea tempestate instructior ciuis habebatur: congestis omnibus humanis à natura fortunaq; bonis, nobilitas idem, ac diues erat: forma, uiribusq; corporis excelebat: facundissimus habebatur: seu causa oranda: seu in senatu, & ad populum suadendũ, ac dissuadendũ locus esset: iuris pontificij peritissimus, super hac bellicæ quoq; laudis consulatus compotem fecerat. Quod in Brutijs prouinciã, idem in Hetruria, ac Liguribus creuerunt. M. Cornelius nouo consuli tradere exercitum iussus: ipse prorogato imperio Galliam prouinciã obtinere cum legionibus ijs: quas prætor L. Scribonius priore anno habuisset. Sortiti deinde prouincias. Cepioni brutij, Seruilio Geminio Hetruria euenit. Tum prætorum prouinciã in sortem coniectæ. iuris dictionem urbanam P. Ælius, Sardiniam P. Lenulus, Siciliam P. Iulius Ari-minum cum duabus legionibus (sub Lucretio Spurio e

fuerant) Quintilius Varus est sortatus. Et Lucretio prorogatum imperium est: ut Genuum oppidum à Magone Pæno dirutum exædificaret. P. Scipioni non temporis, sed rei gerendæ sine, donec debellatum in Africa foret: prorogatum imperiũ est. decretũq;: ut supplicatio fieret: quã is in Africam prouinciã traieciisset: ut ea res salutaris Populo Romano, ipsiq; duci, atq; exercitui esset. In Sicilia tria millia militum sunt scripta. & quia quod roboris ea prouinciã habuerat: in Africam transuetum fuerat: ne qua classis ex Africa traiceret: XL nauibus custodia placuerat Siciliae maritimam oram. Tredecim nouas naues Iulius secum in Siciliam duxit: cætera in Sicilia ueteres resectæ. Huic classi M. Pomponius prioris anni prætor prorogato imperio præpositus, novos milites ex Italia aduectos in naues imposuit. Parem nauium numerum Cn. Octauio prætori item prioris anni cum pari iure imperij ad tuendam Sardinia oram patres decreuerunt. Lenulus prætor duo millia militum dare in naues iussus. Et Italiae ora, quia incertum erat: quò missuri classem Carthaginenses forent: uidebantur autem quicquid nudatum præsidij esset, petiuri: M. Martio prætori prioris anni cũ totidẽ nauibus tuenda data est. tria millia militum in eam classem ex decreto patrum consules conscripserunt: & duas legiones urbanas ad incerta belli. Hispania cum exercitibus, imperioq; ueteribus imperatoribus, L. Lenulo, & L. Manlio Accidino decretæ. Viginti omnino legionibus, & CLX nauibus longis res Romana eo anno gesta. Prætores in prouincias ire iussi. Consulibus imperatum: ut prius quàm ab urbe profiscerentur: ludos magnos facerent: quos T. Manlius Torquatus dictator in quintum annum nonisset: si eodẽ

statu Respublica staret. Et nouas religiones excitabant in animis hominum prodigia ex pluribus locis nuntiata. Aurum in Capitolio corui non lacerasse tantum rostris crediti: sed etiam edisse. Mures Antij coronam auream arrosere. Circa Capuam omnem agrum locustarum uis in gens, ita ut unde aduenissent, parum constaret: compleuit. Equuleus Reate cum quinque pedibus nauis. Anagninæ sparsi primū ignes in cælo, dein fax ignis arsit. Frusinone arcus solē tenui linea amplexus est: circum deinde ipsam maior solis orbis extrinsecus inclusit. Arpini terra campestris in agro in ingentem sinum confedit. Consulum alteri primam hostiam immolandi caput ieiuniorum defuit. Ea prodigia maioribus hostijs procurata. editi à collegio Pontificum dij: quibus sacrificauerunt. Iis transactis, consules, prætoresq; in prouincias profecti. omnibus tamen, uelut eam foris, Africæ cura erat: seu quia ibi summam rerum, belliq; uerti uentebant: seu ut Scipioni gratificarentur: in quem tum omnis uersa ciuitas erat. itaq; non ex Sardinia tantum, (sicut ante dictum est) sed ex Sicilia quoq; & Hispaniauestimenta, frumentumq; armaq; & omne genus commectus eo portabantur. Nec Scipio ullo tempore hyemis belli operam miserat: quæ multa simul undiq; eum circumsabant. Vticam obsidebat: castra in conspectu Asdrubalis erant: Carthaginenses deduxerant naues: classem paratam, instructamq; ad commectus interceptiendos habebant. inter hæc ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miserat: si forte iam satias amoris in uxore ex multa copia eum cepisset. Ab Syphace magis pacis cum Carthaginensibus conditiones, ut Romani Africa, Pœni Italia excederent: quàm si bellaretur, spes

ulla descurum afferebatur. Hæc per nuntios magis equidem acta crediderim: & ita pars maior authores sunt: quàm ipsum Syphacem (ut Valerius Antias prodit) in castra Romana ad colloquium uenisse. primo eas conditiones imperator Romanus uix auribus admisit. postea: ut causa probabilis uisa commectendi foret in castra hostium: mollius eadem illa abnuere: ac spem facere: sæpius ultro citroq; agentibus rem conuenituram. Hibernacula Carthaginensium, congesta tenere ex agris materia, ex edificata lignea firmè tota erant. Numidæ præcipue arundine textis, strobæq; pars maxima tectis passim nullo ordine, quidam, ut sine imperio occupatis locis, extra fossam etiam, uallumq; habitabant. Hæc relata Scipioni spem fecerant castra hostium per occasionem incendiendi. Cum legatis, quos mitteret ad Syphacem: calonum loco primos ordinis spectata uirtutis atq; prudentiæ seruili habitum mittebat: qui, dum in colloquio legati essent: uagi per castra alius alia, aditus exitusq; omnes, suum formamq; & uniuersorum castrorum, & partium, quam Pœni, quàm Numidæ haberent: quantum interualli inter Asdrubalis, ac regia castra esset, specularentur: morumq; simul noscerent stationum, uigiliarumq; nocte, an interdiu opportuniore insidiaribus essent. & inter crebra colloquia alij atq; alij de industria, quo pluribus omnia nota essent: mittebantur. Cū sæpius agitata res certiorum spem pacis in dies & Syphaci, & Carthaginensibus per eum faceret: legati Romani uentis se reuera ad imperatorem aiunt: nisi ceruum rñsum deur. proinde se ipsi staret iam sententia: seu consulēdus Asdrubal, & Carthaginenses essent: consuleret. tempus esse, aut pacem componi, aut bellū gnauiter geri. Dū consulitur Asdrubal ab Sy

phace: ab Afrubale Carthaginienſes: & ſpeculatores  
omnia uifendi, & Scipio ad comparanda ea, quæ in tem  
opus erant: tempus habuit: & ex mentione ac ſpe pacis  
negligentia ( ut fit ) apud Pœnos, Numidasq; orta ca  
uendi: nequid hoſtile interim paterentur. Tandem re  
latum reſponſum, quibusdam, quod nimis cupere Ro  
manus pacem uidebatur: iniquis per occaſionem adici  
tis: quæ per opportune cupienti tollere inducias ſapio  
ni cauſam præbuere. ac nuntio Regis, cum relatum  
ſe ad conciliũ dixiſſet: poſtero die reſpondit: ſe uno fru  
ſtra tendente nulli alij pacem placuiſſe. renũciaret igitur  
ur: nullam aliam ſpem pacis, quam relictiſ Carthagi  
nienſibus, Syphaci cum Romanis eſſe. Ita tollit inducias:  
ut libera fide incepta exequerentur, deductisq; nauibus  
( & iam ueris principium erat ) machinas, tormentaq;  
uelut à mari aggreſſurus Vticam imponit. duo millia mi  
litum ad capiendum, quem antea tenuerat, tumultum ſu  
per Vticam mitat: ſimul ut ab eo, quod parabat: in alie  
rius rei curam conuerteret hoſtium animos: ſimul nequa,  
cum ipſe ad Syphacem, Afrubalemq; profectus eſſet;  
eruptio ex urbe, & impetus in caſtra ſua relicta cũ leni  
præſidio fieret. His præparatis, aduocatoq; concilio, et  
dicere exploratoribus iuſſis, quæ conperta afferent: Ma  
ſaniſſaq; cui omnia hoſtium nota erant: poſtremo quid  
ipſe pararet in proximam noctem proponit. tribuni  
edicit: ut ubi prætorio diſiſſo ſigna concinnuiſſent: extem  
plo educerent è caſtris legiones. Ita, ut imperauerat: ſu  
gna ſub occaſum ſolis efferri ſunt cepta. ad primam ſer  
mè uigiliam agmen explicauerunt: media nocte ſeptem  
enim millia itineris erant ) modico gradu ad caſtra ho  
ſtium peruentum eſt. Ibi Scipio partem copiarum Lælio

Maſaniſſamq;, ac Numidas attribuit: & caſtra Sypha  
cis inuadere, ignesq; conijcere iubet. ſingulos deinde ſepa  
ratim, Læliũ, ac Maſaniſſam ſeductos obteſtatur: ut q̄t̄  
nox prouidentia adimat: tantum diligentè expleant cu  
ra. Vnaq; et ſe Afrubale, punicaq; caſtra aggreſſuræ: ce  
terum non ante cepturum: q̄ ignem in regijs caſtris con  
ſpexiſſet. Neq; ea res morata diu eſt. nam ut proximis  
caſtris iniectus ignis hæſit: extemplo proxima quæq; &  
deinceps contigua amplexus totis ſe paſſim diſſipauit ca  
ſtris. & trepidatio quidem, quanta neceſſe erat in noctur  
no effuſo tam late incendio: orta eſt. ceterum foruitum,  
non hoſtilem ac bellicum ignem rati eſſe, ſine armis ad re  
ſtinguendum incendium effuſi in armatos inciderunt  
hoſtes, maxime Numidas ab Maſaniſſa noſita: regionum  
caſtrorum ad exitus itinerum idoneis locis diſpoſitos.  
Multos in ipſis cubicalis ſemiſomnes hauſit flamma: nul  
ti in præcipiti fuga ruentes alij ſuper alios in anguſtijs por  
tarum obruti ſunt. Relucentem flammam primo uigiles  
Carthaginienſium, deinde excitati alij nocturno tumultu  
cum conſpexiſſent: ab eodẽ errore credere ipſi ſua ſpõ  
te incendium orum. & clamor inter eadem & uulnera  
ſublatus, an ex trepidatione nocturna eſſet conſuſus: ſen  
ſum ueri adimebat. Igitur proſe quisq; inermes, ut quibus  
nihil hoſtile ſuſpectum eſſet: omnibus portis, quæ cuiq;  
proximum erat: ea modo, quæ reſtinguendo igni forent:  
portantes, in agmen Romanum ruebant. Quibus caſis  
omnibus, præterq; hoſtili odio, et ne q; nuntius effuſe  
ret: extemplo Scipio neglectas, ut in tali tumultu, por  
tas inuadit. ignibusq; in proximam tecta comectis, effuſa  
flamma primo uelut ſparſa pluribus locis relaxit: dein p  
ctigua ſerpens uno repente oia incendio hauſit. Ambuſi ho

M. Lælii  
Ammianus  
L. 10. c. 10.  
p. 100.

mines, iumentaq; scda primum fuga, dein strage obruebant itinera portarum, quos non oppresserat ignis; ferro absumpti. binaq; castra die una deleta. duces tamen ambo, & ex tot millibus armatorum XX millia pedum, & quingenti equites semierimes, magna pars faucij, afflatiq; incendio effugerunt. Cæsa, aut hausta flammis ad XL millia hominum sunt: capti supra VI millia: multi Carthaginensium nobiles: XI senatores: signa militaria CLXXVIII: equi numidici supra II millia DCC: elephantū sex capti: octo flamma, ferroq; absumpti: magnaq; uis armorum capta. Ea omnia imperator Vulcano sacrata incendit. Asdrubal ex fuga cum paucis Astorum urbem proximam petierat: eoq; omnes, qui supererant: uestigia ducis sequentes se contulerant. metu deinde ne dederetur Scipioni, urbe excessit. Mox eodem patentibus portis Romani accipi: nec quicquam hostile, quia uoluntate concesserant in deditionem: factum. duæ subinde urbes captæ: direptaq; ea præda, & quæ castris incensis ex igne rapta erat: militi concessa est. Syphax octo millium ferme inde spatio loco communito confedit. Asdrubal Carthaginem contendit: ne quid per metum ex recenti clade mollius consulereat. quò tantus primo terror est allatus: ut omnia Vnica Carthaginem crederent extemplo Scipionem oppressurum. Senatum itaq; Suffetes, quod uelut consulare imperium apud eos erat: uocauerunt: ibi tribus dictis sententijs, una de pace legatos ad Scipionem decernebat: altera Annibalem ad tuendam ab exitiabili bello patriam reuocabat: tertia Romana in aduersis rebus constantia exemplo reparandum exercitum, Syphacemq; orandum, ne bello abisteret: censebat. Hæc sententia, quia Asdrubal præsens Bar-

chinæq; omnes factionis bellum malebant: uicit. Inde de lectus in urbe, agrisq; haberi ceptus: & ad Syphacem legati missi, summa ope & ipsum reparantem bellum: cum uxor iam non ut ante blanditijs satis potentibus ad amicum amantis, sed precibus, & misericordia ualuisse, plena lachrymarum obtestans: ne patrem suum patriamq; proderet: iisdemq; flammis Carthaginem, quibus castra conflagrassent: absumi sineret. Spem quoq; opportunam latam afferebant legati: quatuor millia Celiberorum circa urbem nomine Olbam ab conquisitoribus suis conducta in Hispania egregia iuuentutis, sibi occurrissæ: & Asdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda. Is non benigna modo legatis respondit: sed ostendit etiam multitudinem Numidarum agrestium: quibus per eosdem dies arma, equosq; dedisset. & omnem iuuentutem affirmat exciturum ex regno. scire incendio, non prælio cladem acceptam. eum bello inferiorem esse: qui armis uincatur. Hæc legatis responsa. Et post dies paucos rursus Asdrubal, & Syphax copias iunxerunt. is omnibus exercitus fuit XXX ferme millia armatorum. Scipionem, uelut iam debellato, quod ad Syphacem, Carthaginensiq; atineret: Vnica oppugnanda intentum, itaq; machinas ad mouentem muris auerit fama redintegrati belli modicisq; præsidijs ad speciem modo obsidionis terra mariq; relictis, ipse cum robore exercitus ire ad hostes pergit. Primo in tumulto quatuor ferme millia distante ab castris regijs confedit. postero die cum equatum in Magnos (ita uacant) campos subiectos ei tumulto digressus, succedendo ad stationes hostium, lacescendoq; leuibus prælijs diè absumpsit. & per sequeus biduum tumultuosis hinc atq; ilinc ex cursuonibus inimicè nihil dictu satis dignum fecerunt.

quarto die in aciem utrinq; descensum est. Romanus post principes, hastatorum prima signa, in subsidijs triarios constituit: equitatum italicum ab dextro cornu, ab laevo Numidas, Masanissamq; opposuit. Syphax, Asdrubalq; Numidis aduersus italicum equitatum, Carthaginiensibus contra Masanissam locatis, Celaberos in mediam aciem in aduersa signa legionum accipere. Ita instructi concurrunt. Primo impetu simul utroq; cornu & Numida, & Carthaginienses pulsi. nam neq; Numida, maxima pars agrestis, Romanum equitatum, neq; Carthaginienses, & ipse nouus miles, Masanissam recentis supracetera uictoria terribilem sustinere. Nudata utrinq; cornibus Celiberorum acies stabat: quod nec in fuga salus uel la ostendebatur locis ignotis: neq; spes ueniæ ab Scipione erat: quem benemeritum de se, & gente sua mercenarijs armis in Africam oppugnatum uenissent. Igitur circumfusus undiq; hostibus, alij super alios cadentes obstricti moriebantur. omnibusq; in eos uersis, aliquantum ad fugam temporis Syphax, & Asdrubal præceperunt. satigatos caede diutius, quam pugna uictores nox oppressit. Postero die Scipio Lælium, Masanissamq; cum omni Romano, & Numidico equitatu, expeditisq; militum ad persequendos Syphacem, atq; Asdrubalem mitit. ipse cum robore exercitus urbes circa omnes, quæ Carthaginiensium ditio nis erant: paratim ui, paratim metu subegit. Carthagini qui dem erat ingens terror: & circumferentem arma Scipionem, omnibus finitimis rapitum perdomitis, ipsam Carthaginem repente aggressurum credebant. itaq; & muri reficiebantur: propugnaculisq; armabantur: & pro se quisq; quæ diutina obsidioni toleranda sunt necessaria ex agris conuehit. Rara mentio est pacis: frequentior legato rum ad

rum ad Annibalem accersendum mittendorum. pars maxima classem, quæ ad comueatus excipiendos parata erat: mittere inuent ad opprimendam stationem nauium ad Vticam incaute agentem: forsitan etiam naualia castra relicta cum le ipraesidio oppressuros. In hoc consiliu maxime inclinant. legatos tamen ad Annibalem mittendos censent. quippe classe ut felicissime gerantur res: parte aliqua leuari Vtica obsidionem: Carthaginem ipsam qui meatur, neq; imperatorem alium, quam Annibalem, neq; exercitum alium, quam Annibalis superesse. deductæ ergo postero die naues: simul & le gati in Italiam profecti. rapitumq; omnia stimulante fortuna agebantur: & in quo quisq; cessasset: prodi ab se salutem omnium rebarat. Scipio grauem iam spolijs multarum urbium exercitum traheus, captiuus aliaq; præda in uetera castra ad Vticam missis iam in Carthaginenu intentus occupat relictum fuga custodium Tuneta. Abest ab Carthagine XII milia ferme passuum: locus tum operibus, tum suapte nauaratus: & qui ab Carthagine conspici, & præbere ipse prospectum tum ad urbem, tum ad circumfusum mare urbi posset. Inde, cum maxime uallum Romani iacerent: conspecta classis hostium est Vticam à Carthagine petens. igitur omisso opere, pronuntiatum iter: signaq; rapitum ferri sunt cepta: ne naues in terram ad obsidionem uersæ, ac minime nauali praelio aptæ opprimerentur. qui enim restitissent agili & nauico instrumento aptæ, & armatæ classi naues tormenta machinasq; portantes? & aut in onerariarum usum uersæ? aut ita appulsæ ad muros: ut pro aggere, ac pontibus præbere accessum possent? Itaq; Scipio, postquam eò uentum est: ut in nauali certamine solet: rostratis, quæ præsidio alijs esse poterant:

in postremam aciem receptis propè terram, onerarias  
 rum quadruplicem ordinem pro muro aduersus hostem  
 opposuit: easq; ipsas, ne in tumultu pugnae turbati ordi-  
 nes possent: malis antennisq; de naue in nauem traiecit,  
 ac ualidis fanibus uelut uno in se uinculo illigatis com-  
 pressit: tabulasq; super instrauit: ut peruium nauium  
 ordinem faceret: & sub ipsis pontibus interualla fecit:  
 quæ procurrere speculatoria naues in hostem, ac tutores  
 capi possent. His raptim pro tempore instructis, mille fer-  
 uè delecti propugnatores onerarijs imponuntur: telorū  
 maxime missilium, ut quàm nis longo certamine suffice-  
 rent: uis in gens congeriatur. Ita parati, instructiq; hostium  
 aduentum opperiebantur. Carthaginienſes, qui si manu  
 rassent, omnia permista turba trepidantium primo impe-  
 tu oppressissent: perculsi terrestribus cladibus, atq; inde  
 ne in mari quidem, ubi ipsi plus poterant: satis fidentes,  
 die segni nauigatione absumpto, sub occasum solis in por-  
 tum (Ruscinona Afri uocant) classem appulere. postero  
 die sub oram solis instruxere ab alto naues uelut ad in-  
 sum prælium nauale, & tanquam exituris contra Ro-  
 manis. Cum diu stetitissent: postquam nihil moueri ab ho-  
 sibus uiderunt: tum demum onerarias aggrediuntur.  
 Erat res minime certamini nauali similis, proxime spe-  
 ciem nuros oppugnantium nauium. altitudine aliquan-  
 tum onerariæ superabant. ex rostratis pœni uana ple-  
 raq; ut pote supino icctu, tela in locum superiorem mit-  
 tebant. grauior, ac pondere ipso librator superne ex onerarijs  
 iccus erat. speculatoria naues, ac leuia alia nauigia,  
 quæ sub constratis pontium per interualla excurrabant:  
 primo ipso tantum impetu ac magnitudine rostratarum  
 obruebantur: deinde & propugnatoribus quoq; incom-

modæ erant: quod permistæ cum hostium nauibus imbi-  
 bere sæpe tela cogebant: metu ne ambiguo icctu suis inci-  
 derent. postremo asseres ferreo unco præfixi (Harpa) naues  
 uocat milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas  
 cepti. quos cum neq; ipſis, neq; catenas, quibus suspensi  
 iniiciebantur: incidere possent: ut quæq; retro imbita ro-  
 strata onerariam harente unco traheret: scindi uideres  
 uincula: quibus alia alijs innexa erant: seriemq; aliam su-  
 mul plurimum nauium trahi. Hoc maxime modo lacerati  
 quidem omnes pontes: & uix transfiliendi in secundum  
 ordinem nauium spatium propugnatoribus datum est.  
 Sex fermè onerariæ puppibus abstractæ Carthaginem  
 sunt. maior quàm pro re latitia: sed eo grauior: quod in-  
 ter assiduas clades ac lachrymas unum quantuncunq;  
 ex insperato gaudium affullerat, cum eo: ut appareret  
 haud procul exiitio fuisse Romanam classem: ni cessatum  
 à præfectis suarum nauium foret: & Scipio in tempo-  
 re subuenisset. per eisdem forte dies cum Lalius, & Ma-  
 saniſſa quintodecimo fermè die in Numidiam peruenis-  
 sent: Masaniſſi regnum patrum Masaniſſæ lati ut ad  
 Regem diu desideratum, concessere. Syphax, pulsus inde  
 præfectis præsidijsq; suis, uetere, se continebat regno neu-  
 tiquam quieturus. stimulat ab grū amore uxor, socerq;  
 & ita uiris equisq; abundabat: ut subiectæ oculis regni  
 per multos florentes annos uires etiam minus barbaro,  
 atq; impotentī animo spiritus possent facere. Igitur omni-  
 bus, qui bello apti erant: in unum coactis, equos arma te-  
 la diuidit: equites in turmas, pedites in cohortes, sicut quō-  
 dam ab Romanis centurionibus didicerat: distribuit. Ex-  
 ercitu haud minore, q̄ quem prius habuerat ceteris omni-  
 bus propè nouo, atq; incondito ire ad hostes pergit. Et castra

in propinquo positis, primo pauci equites ex tuto speculantes ab stationibus progredi: inde iaculis summo impetu currere ad suos: inde excursiones inuicem fieri: & cum pulsos indignatio accenderet: plures subire: quod irritamentum certaminum equestrium est cum aut uincenibus spes, aut pulsus ira aggregat suos. Ita tum à paucis praelio accenso, omnem postremo utrinque equitatum certaminis studium effudit. ac dum equestre praelium erat: multitudo Masæsalorum, in gentia agmina Syphace emittente, sustineri uix poterat. deinde ut pedes Romanus repente per turmas suas non danteis inter cursu stabilem fecit: absterruitque effuse inuehentem sese hostem: primo barbari segnius permittere equos: dein stare: ac postè turbati nouo genere pugna: postremo non pedis solum cedere: sed ne equitem quidem sustinere peditis præsidio audentem. Tam signa quoque legionum appropinquabant. tum uero Masæsalii non modo primum impetum, sed ne conspectum quidem signorum atque armorum tulerunt. tantum seu memoria priorum cladum, seu presens terror ualuit. Ibi Syphax, dum obequitat hostium turmis: si pudore, si periculo suo fugam sistere posset: equo grauius ictu effusus opprimitur: capiturque: & uiuus, laetum: ante omnes Masanissæ præbiturus spectaculum ad Lælium pertrahitur. Cirtha caput regni Syphacis erat: eoque se in gens hominum uis ex fuga contulerat. Cædes in eo praelio minor, quam uictoria fuit: quia equestri tantummodo praelio certatum fuerat. non plus quinque milia occisi: minus dimidium eius hominum captum est: impetu in castra factu: quo percussa Rege amisso multum se conuulerat. Masanissa Lælio dicere: sibi quidem nihil esse in præsentia pulchrius: quam uictorem recuperari

tum tanto post intervallo patrium inuisere regnum. sed tam secundis, quam aduersis rebus non dari spatium ad cessandum. si se Lælius cum equitatu, uictoque Syphace Cirtham præcedere sinat trepida omnia metu se oppressurum. Lælium cum pedibus subsequi modicis itineribus posse. Assentiente Lælio prægressus Cirtham, euocari ad colloqui principes Cirthensum iubet. sed apud ignaros Regis casus, neque quæ acta eent, promedo, nec minis, nec suadendo ante ualuit: quam Rex uinctus in conspectum datus esset. Tum ad spectaculum tam fœdum comploratio orta: & partim pauore incenia sunt deserta: partim repentino consensu gratiam apud uictorem querentium patefactæ portæ. Et Masanissa præsidio circa portas opportunaque munitione dimisso, ne cui fugæ patret exitus: ad regiam occupandam citato uadit equo. Intranse uestibulum in ipso uestibuli limine Sophonisba uxor Syphacis, filia Asdrubalis pœni occurrit: & cum in medio agmine armatorum Masanissam insignem cum armis, tum cætero habitu conspexisset: Regem esse (id quod erat) rata, genibus aduoluta eius, Omnia quidem, inquit, ut posses in nos dii tibi dederunt, uirtusque, & felicitas uis. sed si captiua apud dominum uita necis que: sue uocem supplicem mittere licet: si genua, si uicticem attingere dextram: precor, quæsoque per maiestatem regiam, in qua paulo ante nos quoque fuimus: perque gentis Numidarum nomen, quod tibi cum Syphace commune fuit: per huiusce regie deos: qui te melioribus omnibus accipiant: que Syphacem hinc miserunt: hanc ueniam supplicis des: ut ipse quodcumque feret animus, de captiua status: neque me in cuiusquam Romani superbum ac crudele arbitrium uenire sinas. si nihil aliud, quam Syphacis uxor fuissim ta-

men Numidæ, atq; in eadem necum Africa genitâ, quam alienigenæ & externi fidem ex periri malle. quid Carthaginiensi ab Romano, quid filia Afrubalis timendum sit, uides. si nulla alia re potes: me morte ut uindictas ab Romanorum arbitrio, oro: obtestorq;. Forma erat insignis: & florentissima ætas. itaq; cum modo dextram amplectens in id, ne cui Romano traderetur: fidem exposceret: propiusq; iam blanditiâ oratio esset, quam preces: non in misericordiam modo prolapsum est animus uictoris: sed (ut est genus Numidarum in uenerem præceps) amore captiua uictor captus, data dextra in id, quod petebatur, obligandæ fidei, in regiam concedit. Institit deinde reputare secum ipse: quemadmodum promissi fidem præstaret. quod cum expedire non posset: ab amore temerarium, atq; impudens nutuatur consilium. nuptias in eum ipsiorem diem repente parari iubet: ne quid relinqueret integri aut Lælio, aut ipsi Scipioni consulendi uelut in captiuam: qua Masanissa iam nupta foret. Factis nuptiis superuenit Lælius: & adeo non dissimulauit improbare factum: ut primo etiam cum Syphace, & cæteris captiuis detractam eam thoro geniali mittere ad Scipionem conatus sit. uictus deinde precibus Masanissæ orantis, ut arbitrium, utrius Regum duorum fortune accessio Sophonisbæ esset, ad Scipionem reuiceret: misso Syphace, et cæteris captiuis, cæteras urbes Numidiæ, quæ præsidij regis tenebantur: adiuuante Masanissa recepit. Syphacem in castra adducit cum esset nuntiatum: omnis uelut ad spectaculum triumphi multitudo effusa est. Præcedebat ipse uinctus: sequebatur grex nobilium Numidarum. eum quantum quisq; plurimum poterat, magnitudi-  
dini Syphacis fama gentis, uictoriam suam augendo, ad

debat. illum esse Regem: cuius tantum maiestati duo potestissimi in terris tribuerint populi, Romanus, Carthaginiensisq;: ut Scipio imperator suus ad amicitiam eius petendam, relicta prouincia Hispania, exercitumq;, duabus quinque remibus in Africam nauigari: Afrubal Penorum imperator non ipse modo ad eum in regnum uenerit: sed etiam filiam ei nuptum dedit. habuisse eum uno tempore in potestate duos imperatores, Penum, Romanumq;. sicut ab dijs immortalibus pars utraq; hostijs macrandis pacem petisset: ita ab eo utriusq; pariter amicitiam petitam. iam tantas habuisse opes: ut Masanissam regno pulsum eodem redegerit: ut uita eius fama mortis, & latebris, ferarum modo in syluis rapto uiuentis tegetetur. His sermonibus circumstantium celebrans Rex in pratorium ad Scipionem est productus. Munit & Scipionem tum fortuna pristina uiri presentis fortune collata: tum recordatio hospitij, dextraq; data, & fœderis publice ac priuatim iuncti. Eadem hæc & Syphaci animum dederunt in alloquendo uictorem. nam cum Scipio quid sibi uoluisset, quaereret: quæ non societatem solum abuississet Romanam: sed ultro bellum inuulisset: tum ille peccasse quidem sese, atq; insanisse fatebatur. sed tum, denique, cum arma aduersus populum Romanum recæpisset: exitum sui furoris fuisse, non principium, tunc se insanisse: cum hospitiâ priuata, & publica fœdera omnia ex animo eiecisset: cum Carthaginiensem matronam domum accæperit: illis nuptialibus facibus regia conflagrasset suam: illâ furiam, pestemq; omnibus delinimentis animum suum auertisse, atq; alienasse: nec quiescere: donec ipsa manibus suis nefaria sibi arma aduersus hospitem, atq; amicū iduerit. perditio tamen atq; afflictio sibi hoc



in miserijs solatij esse: quod in omnium hominum inimici-  
 cissimi sibi domum ac penates eandem pestem ac furiam  
 transisse uideat. neq; prudentiorem, neq; constantiorem  
 Masanissam, quam Syphacem esse, etiam ab iuuenta in-  
 cautorem. certe stultius illum atq; intemperantius eam,  
 quam se duxisse. Hanc non hostili modo odio, sed amoris  
 etiam stimulis armatam apud amulum cernere se cum  
 dixisset: non mediocri cura Scipionis animum pepulit. Et  
 fidem criminibus factæ propè inter arma nuptiæ, neq;  
 consulto, neq; expectato Lælio, faciebant: tamq; præcepte  
 sinatio: ut quo die captam reginam uidisset: eodem mati-  
 monio iumentam acciperet: et apud penates hostis sui nu-  
 ptiale sacrum conficeret. etiam eo foediora hæc uideban-  
 tur Scipioni: quod ipsum in Hispania iuuenem nullius  
 forma pepulerat captiuæ. Hæc secum uoluenti Lælius, ac  
 Masanissa superuenerunt. quos cum pariter ambos et  
 benigno uultu excipisset: et egregijs laudibus frequen-  
 ter prætorio celebrasset: abductum in secretam Masanissam  
 sic alloquitur. Aliqua te existimo Masanissa inuentem in  
 me bona, et principio in Hispaniam ad iungendam me-  
 cum amicitiam uenisse: et postea in Africa te ipsum, spesq;  
 omneis tuas in fidem meam commisisse. at qui nulla ear-  
 rum uirtus est: propter quam appetendus tibi uisus sum:  
 in qua ego æque, atq; temperantiæ et continentia libidi-  
 num gloriaris fuerim. Hanc te quoq; ad cæteras tuas exi-  
 mias uirtutes Masanissa adiecisse uelim. nam non est (mi-  
 hi crede) tantum ab hostibus armatis ætati nostræ pericu-  
 li: quantum ab circumsis uindictis uoluptatibus. qui eas  
 sua temperantiâ frenauit, ac domuit: multo maius decus,  
 maioremq; uictoriam sibi peperit: q̄ nos Syphace uicto  
 habuimus. Quæ me absente strenue, ac foriter fecisti: liben-

ter et commemorami: et meministi: cætera te ipsum reputa-  
 re tecum, quam me dicente erubescere malo. Syphax  
 populi Romani auspicijs uictus, captusq; est. itaq; ipse,  
 coniux, regnum, agri, oppida, homines, qui incolunt:  
 quicquid deniq; Syphacis fuit: præda populi Romani  
 est: et Regem, coniugemq; eius, etiam si non ciuis Car-  
 thaginien- sis esset: etiam si non patrem eius imperatorem  
 hostium uideremus: Romam oporteret miti: ac senatus  
 populiq; Romani de eâ iudicium, atq; arbitrium esse: quæ  
 Regem nobis socium alienasse: atq; in arma coegisse præ-  
 cipitem dicatur. Vince animum: caue: ne deformes multa  
 bona uno uictio: et tot meritum gratiam maiore cul-  
 pa, quam causa culpa est: corrumpas. Masanissæ hæc au-  
 dienti non rubor est solum suffusus: sed lachrymæ etiam  
 oborta: et cum se quidem in potestate futurum impera-  
 toris dixisset: orassetq; eum: ut quantum res sineret, si  
 dei sua temere obstructæ consuleret: (promis- sisse enim sese  
 in nullius potestatem eam traditurum) ex prætorio in  
 tabernaculum suum confusus concessit. Ibi arbitris res  
 motis cum crebro suspirio, et gemitu, quo facile à cir-  
 cunstans tabernaculum exaudiri possit: aliquantum  
 temporis consumpsisset: in genti ad postremum edito ge-  
 mitu, fido ex seruis uno acito, sub cuius custodia regio  
 more ad incerta fortunæ uenenum erat: ei mistum in po-  
 culo ferre ad Sophonisbam iuber: ac simul nuntiare: Ma-  
 sanissam libenter. primam ei fidem præstaturum fuisse:  
 quam uir uxori debuerit. quoniam arditrium eius, qui  
 possunt, adimant: secundam fidem præstare: ne uiua in  
 potestatem Romanorum ueniat. memor patris impera-  
 toris, patriæq; et duorum Regum, quibus nupta fuis-  
 set: sibi ipse consuleret. Hunc nuntium, ac simul ue-

nenum ferens minister cum ad Sophonisbam uenisset: ac  
 apio, inquit, nuptiale munus: ne quæ gratum: si nihil ma-  
 ius uir uxori præstare potuit. hæc tamen nuntia: melius  
 me morituram fuisse: si non in finire meo nupsissem, nec  
 locuta est ferocius: quàm acceptum poculum nullo trepi-  
 dationis signo dato impauide hausit. Quod ubi nuntia-  
 tum est Scipioni: ne quid æger animo ferox iuuenis gra-  
 uis consuleret: accitum eum extemplo nunc scilicet: nunc,  
 quod temeritatem temeritate alia luerit: tristioremq; rem,  
 quàm necesse fuit, feceri: leniter castigat. Postero die ut à  
 præsentis montis auerteret animum eius: in tribunal ascen-  
 dit: & concionem aduocari iussit. ibi Masanissam pri-  
 mum Regem appellatum, ex inijsq; ornatum laudibus,  
 aurea corona, aurea patera, sella curuli eburnea, & Sci-  
 pione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat. adi-  
 dit uerbis honorem: neq; magnificentius quicquam triu-  
 pho apud Romanos, neq; triumphantibus amplio-  
 rem eo ornatum esse: quo uno omnium externorum dignum  
 Masanissam populus Romanus ducat. Lalium deinde  
 & ipsam collatum aurea corona donat. & alij mili-  
 tares uiri, prout à quoq; nata opera erat: donati. is ho-  
 noribus mollitus Regis animus: ereffusus, in spem propin-  
 quam, sublato Syphace, omnis Numidia potuunda. Scipio  
 C. Lelio cum Syphace alijsq; captiuis Romam misso,  
 cum quibus & Masanissa legati profecti sunt: ipse ad Tu-  
 neta rursus castra refert: et quæ munimenta incohaerant:  
 permuniit. Carthaginenses non breui scilicet, sed pro-  
 pè uano gaudio ab satis prospera in præsens oppugna-  
 tione classis perfusi, post firmam capti Syphacis, in quo  
 plus propè, quàm in Asdrubale, atq; exercitus suo spei re-  
 posuerant: percussi, iam nullo auctore belli ultro audito,

oratores ad pacem petendam mittunt XXX seniorum  
 principes. id erat sanctius apud illos consilium: maximaq;  
 ad ipsum senatum regendum uis. Qui ubi in castra Ro-  
 mana, & prætorium peruenerunt: more adulantium  
 (accepto credo ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant)  
 procubuerunt. Conueniens oratio tam humili adulatio-  
 ni fuit non culpam purgantium, sed transferentium ini-  
 tium culpæ in Annibalem, impotentiaq; eius fautores. ue-  
 niam ciuitati petebant, ciuium temeritate bis iam ante et-  
 rium ex uictis hostibus populum Romanum, non perni-  
 ciam petere. paratis obedienter seruire, quæ uellet impera-  
 ret. Scipio & uenisse ea spe in Africam se ait: & spem  
 suam prospero belli euentu ausam: uictoriam se, non pa-  
 cem domum reportaturum esse. tamen cum uictoriam  
 propè in manibus habeat: pacem non abnuere: ut omnes  
 gentes sciant: populum Romanum & suscipere iuste bel-  
 la, & finire. Leges pacis se has dicere. Captiuos, & per-  
 fugas & fugiuos restituant: exercitus ex Italia, & Gal-  
 lia deducant: Hispania abstineant: in suis omnibus,  
 quæ inter Italiam, & Africam sunt: decedant: naues  
 longas, præter uiginti, omnes tradant: tritici quin-  
 genta, hordei CCC millia modium. Pecuniæ sum-  
 mam quantam imperauerit, parum conuenit. alibi  
 quinque millia talentum, alibi quinque millia pondo ar-  
 genti, alibi duplex stipendium milibus imperatorum inue-  
 nio His conditionibus, inquit, placeat ne pax: triduum  
 ad consulendum abitur. si placuerit: mecum inducias  
 facite: Romam ad senatum mittite legatos. Ita dimissi Car-  
 thaginenses nullas recusandas condiciones pacis cū cen-  
 sissent: quippe qui moram temporis quaerere: dum

Annibal in Africam traiceret: legatos alios ad Sāpio-  
nem, ut inducias facerent: alios Romam ad pacem peten-  
dam mittunt, ducentes paucos in speciem captiuos, per-  
fugasq; , et fugiuos: quo impetrabilior pax esset. Multis  
ante diebus Lælius cum Syphace, primoribusq; Numi-  
darum captiuus Romam venit: quæq; in Africa gesta es-  
sent, omnia exposuit ordine patribus, ingenti omnium,  
& in præsens læticia, & in futurum spe. Consulti inde  
patres Regem in custodiam Albam mittendum censue-  
runt: Lælium retinendum: donec legati Carthaginien-  
ses uenirent. Supplicatio in quadriduum decreta est. P.  
Aelius Prætor senatu missus, & concione inde aduocatus,  
cum C. Lælio in rostra ascendit. Ibi uero audientes suos  
Carthaginensium exercitus, deuictus: et captum ingenti  
nomini Regi, Numidiam omnem egregia victori-  
a peragrata, tacitum continere gaudium non poterant:  
quin clamoribus, quibusq; alijs multitudo solet: lætici-  
am immodicam significarent. Itaq; prætor ex templo edii-  
xit: ut ædium aedes sacras omnes tota urbe aperirent: ar-  
cumeundi, salutandiq; deos, agendiq; grates: p totum diem  
populo potestas fieret. Postero die legatos Masanisa in  
senatum introduxit. Gratulati primum senatus sunt: qd  
P. Scipio prospere res in Africa gessisset: deinde gratias  
egerunt: quod Masanissam non appellasset modo Regem  
sed fecisset, restituendo paternum regnum: in quo post Sy-  
phacem sublatum, si ita patribus uisum esset: sine mem-  
certamine eēt regnaturus: deinde: quod collaudatum pro  
concione amplissimis decorasset donis: quibus ne indig-  
nus esset, & dedisse operam Masanissam: & porro da-  
turus esse: petere: ut regium nomen, cæteraq; Scipionis be-  
neficia & munera senatus decreto confirmaret: & nisi

molestum esset: illud quoq; petere Masanissam: ut Numi-  
das captiuus, qui Romæ in custodia essent: remitterent. id  
sibi amplum apud populares futurum esse. Ad ea res  
sponsum legatis. Rerū gestarum in Africa prospere com-  
munem sibi cum Rege gratulationem esse. Scipionem re-  
cte, atq; ordine uideri fecisse: quod eum Regem appella-  
uerit: & quicquid aliud fecerit: quod honori foret: Masani-  
sisa: ea patres comprobare, atq; laudare. Munera, qua  
legati ferrent Regi: decreuerunt: sagula purpurea duo cū  
fibulis aureis singulis, & lato clauo tunicis, equos duos  
phaleratos, bina equestria arma cum loriceis, & taber-  
nacula, militaremq; suppellectilem: qualem præberi consu-  
li mos est. Hæc Regi prætor mittere iussus. legatis in sin-  
gulos dona ne minus quinquam millium, comitibus eorum  
mille aris: & uestimentera bina legatis, singula comitibus,  
Numidisq;: qui ex custodia rursi redderent Regi: ad hæc  
aedes libera loca, laudæ legatis decreta. Eadem æstate,  
qua hæc decreta Romæ, et in Africa gesta sunt: P. Quin-  
tilius Varus prætor, & Marcus Cornelius proconsul in  
agro Insuebrum Gallorum cum Magone Pæno signis  
collatis pugnaverunt. Prætoris legiones in prima acie  
fuerunt: Cornelius suas in subsidij tenuit: ipse ad pri-  
ma signa equo aduectus. proq; duobus cornibus præ-  
tor, ac proconsul milites ad inferenda in hostes signa sum-  
ma ui hortabantur. posteaquam nihil commouebant: tū  
Cornelio Quintilius, lentior, ut uides, sit pugna: inq;: &  
indurans præter spem resistendo hostium timor: ac ne ur-  
tatur in audaciam, periculum est. equestris procel-  
lam excitemus oportet: si turbare, ac statim mouere uolu-  
mus. itaq; uel tu ad prima signa prælium sustine: ego in-  
ducam in pugnam equites: uel ego hic in prima acie rem

geram: tu quatuor legionum equites in hostem emitto. Vtram uellet prætor numeris partem proconsule accipiente, Quintilius prætor cum filio, cui Marco præno, men erat: impigro iuvene, ad equites pergit: iussorq; ascendere in equos, repente in hostem emitit. Tumultum equestrem auxit clamor ab legionibus additus: nec stetit ostium acies: ni Mago ad primum equitum motum paratos elephantos ex templo in prælium induxisset. ad quorum stridorem odoremq; & aspectum territi equi uanum equestre prælium fecerunt. et ut permixtus, ubi cuspide uti, & comminus gladio possit: roboris maioris Romanus eques erat: ita in ablatum pauentibus procul equis melius ex interuallo Numidæ iaculabantur. simul & pedum legio duodecima magna ex parte casa pudore magis, quàm uiribus tenebat locum: nec diutius tenuisset: ni ex subsidijs tertiadecima legio in primâ aciem inducta prælium dubium excipisset: Mago quoq; ex subsidijs Gallos integræ legioni opposuisset. quibus haud magno certamine fuis, hastam legionis undecimæ conglobant sese: atq; elephantos iam etiam pedum aciem turbantes inuadunt. in quos cum pila confertos coniecissent: nullo fermè frustra emisso, omnes retro in aciem suorum auerterunt. quatuor grauati uulneribus conuerunt. Tum prima commota hostium acies: simul omnibus pedibus, ut auersos uidere elephantos: ad augendum pauorem ac tumultum effusis. sed donec stetit ante signa Mago: gradum sensim referentes ordines tenore pugna seruabant. posteaquam feruine transfixo cadentem, auferriq; ex prælio propè exanguem uidere: ex templo in fugam omnes conuersi. Ad V millia hostium eo die casa: & signa militaria duodeuiginti capta. nec Roma

ni in cruenta uictoria fuit. II millia & CCC de exercitu prætoris, pars multo maxima ex legione XII amissa. inde & tribuni militum duo, M. Cosconius, & M. Menius. tertiæ decimæ quoq; legionis, quæ postremo prælio affuerat: C. Heluius tribunus militum in restituta pugna cecidit: & duodeuiginti fermè equites illius, streps obtriti ab elephanis cum centurionibus aliquot perierunt. & longius certamen fuisset: ni uulnere ducis precessa uictoria esset. Mago proximæ noctis silentio profectus, quantum pati uia per uulnus poterat, itineribus extensis ad mare in Ligures Inguuos peruenit. ibi eum legati ab Carthagine paucis ante diebus in sinu Gallicæ appulsi nauibus adierunt: iubentes primo quoq; tempore à Africâ traicere. idè & fratrem eius Annibalè (nā ad eum quoq; isse legatos eadem iubentes) factus. non in eo esse Carthaginensium res: ut Galliam, atq; Italiæ armis obtineant. Mago non imperio modo senatus periculoq; patriæ mortuus, sed metuens etiam, ne uictor hostis morantem instaret: Liguresq; ipsi relinquit Italiæ à Pœnis cernentes, ad eos, quorum mox in potestate futuri essent: deficerent: simul sperans leniorem in navigatione, quàm in uia iactationem uulneris fore: & curationi omnia commodiora: impositis copijs in naues profectus, uix dum superata Sardinia ex uulnere moritur. naues quoq; aliquot pœnorum disiectæ in alto à classe Romana, quæ circa Sardiniam erat: capiuntur. Hæc terra mariq; in parte Italiæ, quæ iacet ad Alpes gesta. Consul Cn. Seruilius nulla inuicabili re in prouincia Hetruria, & Gallia (nam eò quoq; processerat) gesta, patre Cn. Seruilio, et C. Luctatio patruo exseruitute post decimum sextum annum receptis, qui ad uicem Canetum à Boijs capti fuerant: hinc patre, hinc pa-

truo latera circumdantibus, priuato magis, quam publico decore insignis Romam redijt. Latium ad populum est: ne Cn. Seruilio fraudi esset: quod patre, qui sella curuli sedisset: uiuo, cum id ignoraret: tribuimus plebis, atq; adu-  
 lis pl. fuisset: contra quam sancium legibus erat. Hæc ro-  
 gatione perlata, in prouinciã redijt. Ad Cn. Seruiliũ  
 consulem, qui in Brutij erat: Consennia, Vffugum, Ven-  
 ga, Besidia, Hetriculum, Sypheum, Argentanum, Dam-  
 peña, multiq; alij ignobiles populi scnescere Punicũ belli  
 cruentes, descere. Idem consul cum Annibale in agro  
 Crotonensi acie conflixit. Obscura eius pugna fama est.  
 Valerius Antias quinq; millia hostium caesa ait, qua tan-  
 ta res est: ut aut impudenter ficta sit: aut negligenter præ-  
 termissa. Nihil certe ultra rei in Italia ab Annibale ge-  
 stum, nam ad eum quoq; legati ab Carthagine uocantes  
 in Africam ijs forte diebus, quibus ad Magonem ueni-  
 runt. Frenuens frenuens, gemensq; ac uix lachrymis tem-  
 perans dicitur le gatorum uerba audisse. Posteaquam ediu-  
 ta sunt mandata: iam non perplexe, inquit, sed palam res  
 uocant: qui uetando supplementum & pecuniam mit-  
 ti, iam pridem retrahabant. Vicit ergo Annibalem non  
 populus Romanus toties casus, fugatusq;: sed senatus Car-  
 thaginienſis obtrectatione, atq; inuidia. neq; hac de formi-  
 tate redius mei tam P. Scipio exultabit: atq; efferet sese:  
 quam Hanno: qui donum nostram, quando alia re non  
 ponit: ruina Carthaginiis oppressit. Iam hoc ipsum præ-  
 sagiens animo præparauerat ante naues, itaq; inutili mi-  
 litum turba presidij specie in oppidã Brutij agri, qua  
 pauca magis metu, quam fide continebantur, dimissa:  
 quod roboris in exercitu erat, in Africam transiuit: mul-  
 tis Italiã generis, quia in Africam securus abnuentes  
 concesserant

concesserant in Iunonis Laonia delubrum, inuolatum  
 ad eam diem: in templo ipso seade interfectis. Raro quẽ  
 quam alium patriam exilij causa relinquentem magis  
 mœstum abisse ferunt: quam Annibalem hostium terra  
 excedentem. respexisse sepe Italia litora & deos homi-  
 nesq; accusantem, in se quoq; ac suum ipsius caput exe-  
 cratum: quod non cruentum ab Cannensi uictoria mili-  
 tem Romam duxisset. Scipionem ire ad Carthaginem  
 ausum: qui consul hostem in Italia Pœnem non uidisset. se-  
 centum millibus armatorum ad Trasimenum & Can-  
 nas cæsis, circa Casilinum, Cumas, Nolamq; consensit  
 se. Hæc accusans, querensq; ex diutina possessione Italiae  
 est detractus. Romam per eosdem dies, & Magonem, &  
 Annibalem profectos, allatum est: cuius duplicis graui-  
 lationis relatio minuit lætitiã: & quod parum duces  
 in retinendis ijs, cum id mandatum ab senatu esset: aut  
 animi, aut uirium habuisse uidebantur: & quod feliciter  
 erant: omni belli mole in unum ducem exercitumq; in-  
 clinata, quò euasura eset res. Per eosdem dies legati Sa-  
 guntini uenerunt, comprehesos cum pecunia adducentes  
 Carthaginenses: qui ad conducenda auxilia in Hispani-  
 am traieçissent. ducenta & quinquaginta auri, octin-  
 genta pondo argenti in uestibulo curia posuerunt. Ho-  
 minibus acceptis, & in carcerem conditis, auro argen-  
 toq; reddito, gratiae legati acta: atq; insuper munera da-  
 ta: ac naues: quibus in Hispaniam reuerterentur. Mentio  
 deinde ab senioribus facta est: segnius homines bona,  
 quam mala sentire. transitus Annibalis in Italiam quan-  
 tum terroris pauorisq; inieçisset, se semper meminisse.  
 quas deinde clades, quos luctus incidisse? uisa castra hos-  
 tium è muris urbis, qua nota singulorum, uniuersorũq;

fuisse: quoties in concilijs uoces manus ad caelum portu-  
gentium auditas? en unquam ille dies futurus eset: quo  
uaciam hostibus Italiam bona pace florentem uisuri es-  
sent? dedisse id deos sexto decimo demum anno: nec esse:  
qui dijs gratias agendas censeant. adeo ne aduentem  
quidem gratiam homines benigne accipere: nedum ut  
præteritæ satis memores sint. Conclamatum deinde  
ex omni parte curiæ est: ut referret P. Ælius prætor: dei  
creamq;: ut V dies circa omnia puluinaria supplica-  
reut: uictimæq; maiores immolarentur CXX. iam  
dimisso Lelio, legatisq; Masanißæ, cum Carthaginien-  
sum legatos de pace ad senatum uenientes Putolis uisos,  
inde terra uenturos allatum eset: reuocari C. Lelium  
placuit: ut coram eo de pace ageretur. Q. Fuluius Gil-  
lo legatus Scipionis Carthaginenses Romam adduxit:  
quibus uentis ingredi urbem, hospitium in uilla publi-  
ca, senatus ad ædem Bellonæ datus est. Orationem ean-  
dem ferme, quam apud Scipionem habuerunt: culpam  
omnem belli à publico consilio in Annibalem uertentes.  
Eum iniussu senatus non alpes modo, sed Iberum quoq;  
transgressum: nec Romanis solum, sed ante etiam Sa-  
guntinis priuato consilio bellum intulisse. senatus ac po-  
pulo Carthaginienfes, si quis uere existimet: sedus ad ean-  
diem inuiolatum esse cum Romanis. itaq; nihil aliud si-  
bi mandatum esse ut peterent: quam ut in ea pace, qua  
postremo cum consule Luctatio facta eset: manere lice-  
ret. Cum more tradito à patribus potestatem interrogan-  
di, si quis uellet, legatos prætor fecisset: senioresq;, qui sæ-  
deribus interfuertant: alia alij interrogarent: nec memini-  
se se per ætatem. Ceterum omnes ferme iuuenes erant: di-  
cerent legati: conclamatum ex omni parte curiæ est: P. U.

nica fraude electos: qui ueterem pacem repeterent: cuius  
ipsi non meminissent. Emotis deinde curia legatis, senten-  
tiæ interrogari cæpta M. Liiius Cn. Seruilius consulẽm,  
qui propior eset: accersendum, ut coram eo de pace age-  
reut: censebat. cum de re maiore, quam quanta eset, con-  
sultatio incidere non posset: non uideri sibi absente consu-  
lum altero, ambobus ue eam rem agi, satis ex dignitate  
populi Romani esse. Q. Metellus, qui triennio ante con-  
sul, dictatorq; fuerat: cum P. Scipio cadendo exercitus,  
agros populando, in eam necessitatem compulisset hostes:  
ut supplices pacem peterent: & nemo omnium uerius  
existimare posset: qua mente e pax peteretur: quam is:  
qui ante portas Carthaginis bellum gereret: nullius alte-  
rius consilio, quam Scipionis accipiendam, abnuẽdamq;  
pacem esse. M. Valerius Leuinus, qui bis consul fuerat:  
speculatores, non legatos uenisse arguebat: iubendosq;  
eos Italia excedere: ff. custodes cum ijs usq; ad naues mit-  
tendos: Scipioniq; scribendum ne bellum remitteret. Le-  
lius, Fuluiusq; adiecerunt: & Scipionem in eo positam  
habuisse spem pacis: si Annibal, & Mago ex Italia non  
reuocarentur. ceterum omnia simul aueros Carthagi-  
nenses, duces eos exercitusq; expectantes: deinde quam  
uis recentium fœderum, & deorum omnium oblitos,  
bellu gesturos. Eo magis in M. Leuini sniam discessum.  
Legati pace ista, ac propè sine responso dimissi. Per eos  
dies Cn. Seruilius consul, haud dubius quin pacatæ Italiæ  
penes se gloria eset: uelut pulsus ab se Annibalem perse-  
quens, in Siciliam, inde in Africam transiurus, traiecit.  
Quod ubi Romæ uulgatum est: primo censuerunt patres:  
ut prætor scriberet consuli: senatum æquum censere in Ita-  
liã reuerti eum: deinde, cum prætor spremere eum litteras

suas diceret: dictator ad ipsam creatus P. Sulpitius pro  
iure maioris imperij consulens in Italiam reuocauit. reli  
quum anni cum M. Seruilio magistro equitum circum  
eundis Italiae urbibus, quae bello alienatae fuerant: no  
scendisq; singularum causis consumpsit. Per induciarum  
tempus & ex Sardinia ab Lentulo praetore centum oner  
ariae naues cum commeatu, uiginti rostratarum praesu  
dio actae, et ab hoste, et ab tempestatibus mari tuto in Afri  
cam transmiserunt. Cn Octauio CC onerarijs, XXX  
longis nauibus ex Sicilia traicenti non eadem fortuna  
fuit. In conspectum ferme Africae prospero cursu uen  
ctum primo desinuit uentus: dein uersus in Africum uer  
sabit, ac passim naues disiecit. ipse cum rostratis per  
aduersos fluctus in genti remigum labore enixus Apollin  
is promontorium tenuit, oneraria pars maxima ad Aeg  
gimurum insulam (ea finem ab alto claudit: in quosita  
Carthago est) XXX ferme millia ab urbe, aliae ad  
uersus urbem ipsam ad Calidas Aquas delatae sunt. Om  
nia in conspectu Carthagini erant. itaq; ex tota urbe in  
forum concursus est. magistratus senatum uocare: popu  
lus in curiae uestibulo fremere: ne tanta ex oculis manu  
busq; amitteretur praeda. Cum quidam pacis petita, alij  
induciarum (necdum enim dies exierat) fidem oppone  
rent: postremo permisso penes senatus populiq; consilio, con  
sensum est: ut classe quinquaginta nauium Asdrubal Aeg  
gimurum traiceret: indeq; per litora portusq; dispersas  
Romanas naues colligeret. Deserta fuga nauarum pri  
mum ab Aegimuro, dein ab Calidis Aquis onerariae Car  
thaginem puppibus tractae sunt. Nondum reuerterant  
ab Roma legati: neq; sciebant quae senatus Romani de  
bello, aut pace sententia esset: necdum induciarum dies

exierat. eo indigniorem iniuriam ratus Scipio ab ijs,  
qui petissent pacem, & inducias: spem pacis, & fidem  
induciarum uiolatam esse: legatos Carthaginem L. Be  
bium, M. Seruilium, L. Fabium extemplo misit. Qui  
cum multitudinis concursu propè uiolati essent: nec redi  
tum tutiorem cernerent futurum: petierunt à magistra  
tibus, quorum auxilio uis prohibita erat: ut naues mitte  
rent: quae se prosequerentur. Datae triremes duae quae cum  
ad Bragadam flumen peruenissent: unde castra Roma  
na conspiciantur: Carthaginem rediere. Classis Pru  
mica ad Vticam stationem habebat. ex ea tres quadrires  
mes, seu clam missa à Carthagine nuntio, uti fieret: seu  
Asdrubale, qui classi praerat: sine publica fraude auso  
facinus, quinqueremem Romanam superantem promon  
torium ex alto repente aggressae sunt. sed neq; rostro fe  
rire celeritate subterlabentem poterant: neq; transilire ar  
mati ex humilioribus in altioreni nauem: & defendebat  
tur egregie: quoad tela suppeditarunt, quibus deficienti  
bus iam nulla alia res eam, quam propinquitas terrae,  
multitudoq; à castris in litus effusa meri potuisset. concu  
tatam enim remis quanta maxima ui poterant, in terram  
cum immisissent: nauis tantum iactura facta, incolumes  
ipsi euaserunt. ita alio super aliud scelere cum haud du  
bie induciae ruptae essent: Lelius, Fuluiusq; ab Roma cum  
legatis Carthaginensibus superuenerunt. quibus Scipio,  
& si non induciarum fides modo à Carthaginensibus,  
sed etiam ius gentium in legatis suis uiolatum esset: ta  
men se nihil nec institutis populi Romani, nec suis mori  
bus indignum in ijs facturum esse cum dixisset: legatis  
dimissis, bellum parabat. Annibale iam terra appropin  
quante iussus è nauis unus ascendere in malum, ut spe

cularetur quam tenerent regionem: cum dixisset sepulchrum dirutum proram spectare: locum abominans, præteruehi iusso gubernatore, ad Lepim appulit classem: atque ibi copias exposuit. Hæc eo anno in Africa gesta. Insequentia excedunt in eum annum: quo M. Seruilus Geminus, qui tum magister equitum erat: & T. Claudius Nero consules facti sunt. Ceterum eximii superioris anni cum legati sociarum urbium ex Græcia questi essent: uastatos agros ab regijs præsidijs: profectosque in Macedoniam legatos ad res repetendas, non admissos ad Philippum Regem: simul nuntiassent: quatuor milia militum cum Sopatro duce traiecta in Africam diuiti ut essent Carthaginiensibus præsidio: & pecunia aliquantum unâ missum: legatos ad Regem, qui hæc aduersus fœdus facta uideri patribus nuntiarent: mittendos censuit senatus. Missi C. Terentius Varro, Cn. Manlius, M. Aurelius. ijs tres quinqueremes date. Annus insignis incendio ingenti, quo cliuus Publicus ad solum exustus est: & aquarum magnitudine, sed & annonæ uilitate fuit: præterquam quod pace omnis Italia erat aperta: etiam quod magnam uim frumenti ex Hispania missam M. Valerius Falco, & M. Fabius Buteo, ædiles curules quæternis aris uicacim populo descripserunt. Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur, exactæ ætatis: si quidem uerum est augurem duos & sexaginta annos fuisse: quod quidam authores sunt. Vir certe fuit dignus tanto cognomine: uel si nouum ab eo inciperet. superauit paternos honores: auitos æquauit. pluribus uictorijs, & maioribus prælijs auus insignis Rullus: sed omnia æquare unius hostis Annibal potest. cauior tamen, quam promptior hic habitus fuit. & sicat dubites: utrum inge-

nio cunctatior fuerit: an quia ita bello proprie, quod tum gerebatur: aptum erat: sic nihil certius est, quam unum hominem nobis cunctando rem restituisse: sicut Ennius ait. Augur in locum eius inauguratus Q. Fabius Maximus, filius eius. in eiusdem locum pontifex (nam duo sacerdotia habuit) Seruius Sulpitius Galba. Ludi Romani diem unum, Plebeij ter totum instaurati ab ædilibus M. Sestio Sabino, & Cn. Tremellio Flacco. Ii ambo prætores facti: & cum ijs C. Liuius Salinator, & C. Aurelius Cotta. Comitia eius anni utrum Cn. Seruilus consul habuerit: an quia eum res in Hetruria tenuerint, quæstiones ex socijs de coniurationibus principum habentem: dictator ab eo dictus P. Sulpitius: incertum diuersi authores faciunt. Principio insequentis anni M. Seruilus, & T. Claudius senatus in Capitolium uocato de prouincijs reuelerunt. Italiam, atque Africam in sortem conijci, Africam ambo cupientes, uolebant. ceterum Q. Metello maxime annitente, neque data, neque negata est Africa. Consules iussi cum tribunis plebis agere: ut, si ijs uideretur: populum rogarent: quem uellent in Africa bellum gerere. omnes tribus P. Scipionem iusserunt. nihilominus consules prouinciã Africam (ita enim senatus decreuerat) in sortem coniecerunt. T. Claudio Africa euenit: ut L. nauium classem, omnes quinqueremes, in Africam traiceret: parique imperio cum Scipione imperator esset. M. Seruilus Hetruriam scrutus. In eadem prouincia & Cn. Seruilio prorogatum imperium: si consulem manere ad urbem senatus placuisset. Prætores, M. Sestius Galliam est sortitus: ut duas legiones, prouinciãque traderet ei. P. Quintilius Varus: C. Liuius Bruttus cum duabus legiombus: quibus P. Sæmpronius proconsul prioris anni



ni præfuerat: Cn. Treuellius Siciliam: ut ab Appio Appulo prætore prioris anni provinciam, & duas legiones acciperet. Iulius prætor cum XX nauibus longis, milibus mille oram Sicilia tutaretur: M. Pomponius viginti nauibus reliquis mille & quingentos milites Romanam deportaret. C. Aurelio Cotta urbana euenit. cætris ita, ut quisq; obtinebant provincias, exercitusq; pro rogata imperia. Sexdecim non amplius eo anno legionibus defensum imperium est. Et ut placatis dijs omnia inciperent: agerentq;: quos ludos M. Claudio Marcello, T. Quintio consulis T. Manlius dictator, quasq; hostias maiores uouerat: si per quinquennium illud res publica eodem statu fuisset: ut eos consules, prius quam ad bellum proficiscerentur: facerent. Ludi in Circo per quadriduum facti: hostiæq; quibus notæ erant dijs, cæsæ. Inter hæc simul spes, simul cura in dies crescebat: nec satis certum consistere apud animum poterat: utrum gaudium esset: Annibalem post sexumdecimum annum ex Italia cedentem uacua possessionem eius reliquisse populo Romano: an magis metuendum: quod incolum exercitum in Africam traiecisset. Locum nimirum, non periculum mutatum. cuius tanta dimicationis uatem, qui nuper decessisset: Q. Fabium haud frustra canere solitum gramio rem in sua terra futurum hostem Annibalem: quam in aliena fuisset. nec Scipioni aut cum Syphace, incondita barbarie rege, qui statarios semilixas ducere exercitus solius sit: aut cum socero eius Asdrubale fugatissimo duce rem futuram: aut tumultuarijs exercitibus, ex agræsiu semiermi urba subito collectis: sed cum Annibale, propè nato in prætorio patris fortissimi ducis alito, atq; educato inter arma, puero quondam milite, uix dum iuueni in

peratore: qui senex uincendo factus, Hispanias, Gallias, Italiam ab Alpibus ad fremum monumentis in gentium rerum compleisset. ducere exercitum æqualem stipendijs suis, duratum omnium rerum patientia, quas uix fides fiat homines passos: perfusum nullius cruore Romano, exuuias non militum modo, sed etiam imperatorum portantem. multos occursum Scipioni in acie: qui prætores, qui imperatores, qui consules Romanos sua manu occidissent: muralibus, uallaribusq; insignes coronis, peruulgatos capta castra, captas urbes Romanas. non esse hodie tot fascis magistratibus populi Romani: quot captos ex caede imperatorum præ se ferre posset Annibal. Hæc formidines agitando animis, ipsi curas et metus augebant. Et iam quod, cum assuescent per aliquot annos bellum ante oculos alijs atq; alijs in Italiae partibus, lenta spe in nullum propinquum debellandi finem gerere: erexerant omnium animos Scipio, & Annibal, uelut ad supremum certamen comparati duces: ij quoq; quibus in gens erat in Scipione fiducia, & uictoria spes: quo magis in propinquam eam imminebant animis: eo cura intentior erant. Haud dispar habitus animorum Carthaginensibus erat. quos modo petisse pacem, inuenientes Annibalem ac rerum gestarum eius magnitudinem, penitebat: modo, cum respicerent: bis sese acie uictos: Syphacem captum: pullos se Hispania: pullos Italia: atq; ea omnia unius uirtute, & consilio Scipionis facta: uelut fatalem eum duram in exitum suum natam horrebant. Iam Adrumetum peruenerat Annibal. unde ad rescipiendum ex iactatione maritima militem paucis diebus sumptis, excitus pauidis nuntijs omnia circa Carthaginem obtineri armis afferentium, magnis itineribus Zamam contendit.

Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest. inde praemissi speculatores cum excepti à custodibus Romanis deducti ad Scipionem essent: traditos eos tribunis militum, iussosque omisso metu uisere omnia, per castra, quæ uellent, circumducunt: percunctatosque, satim percommode omnia explorassent: datis, qui persequerentur: retro ad Annibalem dimisit. Annibal nihil quidem eorum, quæ nuntiabantur: (nam et Masanissam cum sex millibus pedum, quatuor equitum uenisse eo ipso forte die afferebant) læto animo audiuit, maxime hostis fiducia, quæ non de nihilo profecto concepta est: percussus: itaque quanquam et ipse causa belli eius erat: et aduentu suo turbauerat et pactas inducias, et sepe foederum: tamen, si integer, quam si uictus peteret pacem: æquiora impetrari posset: nuntium ad Scipionem misit: ut colloquendi seum potestatem faceret. id utrum sua sponte fecerit: an publico consilio: neutrum cur affirmem, habeo. Valerius Antias primo prælio uictum eum à Scipione, quo duodecim millia armorum in acie sunt caesa: mille et septingenti capti: legatum cum alijs decem legatis tradit in castra ad Scipionem uenisse. Cæterum Scipio cum colloqui non abnuisset: ambo ex composito duces castra prouulerunt: ut coire ex propinquo possent. Scipio non procul Nudagara urbe, tum ad cætera loco opportuno, tum quod at quatio intra teli coniectum erat: confedit. Annibal unum luum à quatuor millibus inde, unum commodumque: alios qui nisi quod longinquæ aquationis erat: cepit. ibi in medio locus conspectus undique, nequid insidiarum esset: delectus. summotis pari spatio armatis, cum singulis interpretibus congressi sunt non sua modo ætatis maximi duces: sed omnis ante se memorie omnium gentium cili

bet Regum imperatorum uel pares. Paulisper alter alterius conspectu admiratione mutua prope attoniti concuerunt. Tum Annibal prior. Si hoc ita fato datum erat: ut qui primus bellum inuili populo Romano: quinque toties prope in manibus uictoriam habui: is ultro ad pacem petendam uenirem, lætor te mihi sorte potissimum datum: à quo pacem peterem. Tibi quoque inter multa egregia non in ultimis laudum hoc fuerit: Annibalem, cui tot de Romanis ducibus uictoriam dii dedissent: tibi cessisse: teque huic bello, uestris plus quam nostris cladibus insigni finem imposuisse. Hoc quoque ludibrium fortuna, an casus ediderit: ut cum patre tuo consule caperim arma: cum eodem primam Romano imperatore signa conulerim: ad filium eius inermis ad pacem petendam ueniam. Optimum quidem fuerat: eam patribus nostris mentem datam ab dijs esse: ut et uos Italiae, et nos Africa imperio contenti essemus. neque enim nobis quidem Sicilia, atque Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibus, tot exercitibus, tot tamque egregijs amissis ducibus. Sed præterita magis reprehendi possunt: quam corrigi. Ita aliena appetiuimus: ut de nostris dimicaremus. nec in Italia solum uobis bellum, nobisque in Africa est: sed et uos in portis uestris prope, ac mœnibus signa armaque hostium uidistis: et nos ab Carthagine firmatum castrorum Romanorum ex audiuimus. Quod igitur nos maxime abominaremur: uos autem ante omnia optaretis: in meliore uestra fortuna de pace agitur: agimusque: quorum et maxime interest pacem esse. Et qui quodcumque egerimus: ratum ciuitates nostræ habituræ sunt: animo tantum nobis opus est non abhorrente à quietis consilijs. Quod ad me attinet: iam ætas senem in patriam reuertentem, unde puer profectus sum: iam secundæ, iam aduersæ

res ita erudierunt: ut rationem sequi, quàm fortunam malim. uiam & adolescentiam, & perpetuam felicitatem, ferociora utraq; quàm quietis opus est consilijs: inuenio. Nam temere incerta casuum reputat: quem fortuna nunquam decipit. Quod ego fui ad Trasimenum, ad Cannas: id tu hodie es. uix dum militari etate imperio accepto, omnia audacissime in incipientem nusquam felicit fortuna, patris, & patruum persecutus mortem, ex calamitate uestrae donatus decus in signe uirtutis pietatisq; eximia cepisti: amissas Hispanias recuperasti quamor inde Punicis exercitijs pulsus. consul creatus, cum cæteris ad uitandam Italiam parum animi esset: transgressus in Africam, duobus hic exercitijs casus, binis eadem hora captis simul incensissq; castris, Syphace potentissimo Rege capto, tot urbibus regni eius, tot nostri imperij ereptis, me sexumdecimum iam annum hærentem in possessione Italiae detraxisti. Potest uictoriam, inquam, male, quàm pacem animus? noui uobis spiritus magis magnos, quàm uiles. & mihi talis aliquando fortuna effulsi. Quod si in secundis rebus bonam quoq; mentem donarent dii: non ea solum, quæ euenissent: sed etiam ea, quæ euenire possent: reputaremus. Ut omnium obliuiscaris aliorum: satis ego documentum in omnes casus sum, quem modo castris inter Anienem atq; urbem Romam positus, signa in fruentem ad mœnia Remana uideras: hic cernas duobus fortissimis uiris fratribus, clarissimis imperatoribus orbem ante mœnia propè obfesse patriam, quibus terrui uestram urbem: ea pro mea deprecantem. Maxima cuiq; fortuna minime credendum est. In bonis uis rebus, nostris dubijs, tibi ampla ac speciosa danti est pax: nobis petentibus magis necessaria, quàm honesta.

Melior tutorq; est certa pax: quàm sperata uictoria. hæc in tua, illa in deorum manu est. Ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederis discrimen. cum tuas uires, tuam uim fortune, martemq; belli communem proponam animo. utrinq; ferrum & corpora humana erunt. nusquam minus, quàm in bello euentus respondent. Non tantum ad id, quod data pace iam habere potes: si prælio uincas: gloriae adieceris: quantum ademeris: si quid aduersi eueniat. simul parta ac sperata decora unius horæ fortuna euertere potest. omnia in pace iungenda tuæ potestatis sunt. P. Corneli. tunc ea hæbenda fortuna erit: quæ dū dederint. Inter pauca felicitatis uirtutisq; exempla M. Attilius quondam in hac eadem terra fuisse fertur: qui sic uictor pacem petentibus patribus nostris abnuuit: sed non statuendo tandem felicitati modum, nec cohibentem se fortunam, quanto alacrus elatus erat: eo fœdius corruit. Est quidem eius, qui dat: non qui petit: condiciones dicere pacis, sed forsitan non indigni sumus: qui nobis metipsis multam irrogemus: qui non recusamus quin omnia, propter quæ bellum initum est: uestra sint: Sicilia, Sardinia, Hispania, quicquid insularum toto inter Africam Italiamq; continetur mari: Carthaginenses inclusi Africae litoribus, uos, quando ita dijs placuit: externa etiam terra mariq; uideamus regentes imperia. Haud negauerim: propter non nimis sincere petitam, aut expectatam nuper pacem, suspectam esse uobis Punicam fidem. multum per quos petita sit, ad fidem uendæ pacis pertinet Scipio. uestri quoq; (ut audio) patres non nihil etiam ob hoc, quia parum dignitatis in legatione erat: negauerunt pacem. Annibal peto pacem: qui neq; peterem: nisi uilem crederem & propter eandem uim

litatem tuebor eam: propterquam petij .et quemadmodum, quia à me bellum ceptum est: ne quem eius poteret, quoad ipsi non inuidere dei: præstiti: ita annitar: ne quem pacis per me partæ pœnitat. Ad hæc imperator Romanus in hanc ferè sententiam respondit. Non me fallebat Annibal aduentus tui spe Carthaginensis & præsentem induciarum fidem, & spem pacis nubi basse: neque tu id sanè dissimulas: qui de conditionibus superioribus pacis omnia subtrahas: præter ea: quæ iam pridem in nostra potestate sunt. ceterum sicut tibi cura est: sentire cives nos quanto per te onere lenentur: sic mihi laborandum est: ne quæ tunc pepigerunt: hodie subtrahæta ex conditionibus pacis præmia perfidiæ habuerint: idigni, quibus eadem pateat conditio: ut etiã pro fit uobis fraus, petitis. Neq; patres nostri priores de Sicilia, neq; nos de Hispania fecimus bellum. & num Mamertinorum sociorum periculum, & nunc Saguntum excidium nobis pia ac iusta in duerunt arma. nos lacessisse & tu ipse fiteris: & diu testes sunt: qui & illius belli exitum secundum ius fasq; dederunt: & huius dant: et dabunt. Quod ad me attinet: & humane infirmitatis meminì: & uim fortuna reputo: & omnia, quæcumq; agimus: subiecta esse mille casibus scio. ceterum quemadmodum superbe, & uiolenter me facere fiterer: si, prius quam in Africam traiecissem: te ma uoluntate eadentem Italia, & imposito in naues exercitui, ipsam uenientem ad pacem petendam asperneret: sic nunc, cum propè manu conferta resistentem ac terguerfantem in Africam attraxerim: nulla sum tibi uerrecundia obstrictus. proinde siquid ad ea, in qua nunc pax conuenientia uidebatur: (quæ sunt, nos si permul-

ta) nauium cum commatu per inducias expugnatas, legatorumq; uiolatorum, adiucur: est quod reseram ad consilium. sin illa quoq; gratia uidentur: bellum parate: quoniam pacem pati non potuistis. Ita infecta pace, ex colloquio ad suos cū se recepissent: frustra uerba pacata renuntiant: armis discernendum esse: habendâq; eam fortunam: quam dii dedissent. In castra ut est uentum: pronuntiant ambo: arma expedirent milites: animosq; ad supremum certamen, non in unum diem, sed in perpetuum, si felicitas adesset: uictores. Roma, an Carthago iura gentibus daret: ante crastinam noctem scituros, neq; enim Africam, aut Italiam, sed orbem terrarum uictoria præmium fore: par periculum præmio: quibus aduersæ pugna fortuna fuisset. nam neq; Romanis effugium ullū patebat in aliena ignotaq; terra. & Carthagini supremo auxilio effuso, adesse uidebantur præfens excidium. Ad hoc discrimen procedunt postero die duorum opulentissimorum populorum, duo longe clarissimi duces, duo fortissimi exercitus, multa ante parta decora aut cumulaturi eo die, aut euersuri. Anteipsus igitur spes, & meus miscebant aios. præplâibusq; mō suâ, modo hostium aciem, cum oculis magis, quam ratione pensarent uires: simul lata, simul tristia obuersabantur. quæ ipsi sua spôte non securrebant: ea duces ad monèdo, atq; hortando subijciunt. Pænus XVI. anno rum i terra Italia res gestas, tot duces Romanos, tot exercitus occasione occisos, & sua cuiq; decora, ubi ad insignè alicuius pugna memoria militem uenerat: referebat. Sapius Hispanias, & recentia in Africa prælia, & confessionem hostium: quod neq; non petere pacem propter metum, neq; manere in ea præ insita animis perfidia po-

uissent. ad hoc colloquium Annibalís in secreto habitú.  
ac liberum fingenti, qua uelit flecti, ominatur: quibus  
quondam auspicijs patres eorum pugnaverint ad Ægu  
teis insulas: ea illis exeuntibus in aciem portendisse  
deos. adesse finem belli, ac laboris: in manibus esse, præ  
dam Carthaginis, redium domum in patriam ad pa  
rentes, liberos, coniuges, penatesq; deos. A deo celsus hæc  
corpore, uultuq; ita læto, ut uicisse iam crederes: dicebat.  
Instruit deinde primos hastatos: post eos principes: triu  
rijs postremam aciem clausit. non confertas autem cohor  
tes ante sua quenq; signa instruebat: sed manipulos aliqua  
tum inter se distantes: ut esset spatium: quo elephantú ho  
stium accepti nihil ordines turbarent. Lælium, cuius an  
te legati, eo anno quaestoris extra sortem ex S. C. opera ute  
bantur: cum Italico equitatu ab sinistro cornu: Masanissam,  
Numidasq; ab dextro opposuit. uias patentes inter  
manipulos antesignanorum uelutibus (ea tunc leuis au  
manura erat) compleuit: dato præcepto: ut ad impem  
elephantorum aut post rectos refugerent ordines: aut in  
dextram læuamq; discursu applicantes se antesignanis,  
uiam, qua irruerent in ancipitia tela: belluis darent. An  
nibal ad terrorem primum elephantos ( LXXX au  
tem erant: quot nulla unquam in acie ante habuerat) in  
struxit: deinde auxilia Ligarum, Gallorumq; Baleari  
bus, Maurisq; admixtis: in secunda acie Carthaginien  
ses, Afrosq; & Macedonum legionem: modico deinde in  
teruallo relicto subsidiariam aciem Italicorum militum  
(Brutij pleriq; erant, ui ac necessitate plures, quam sua  
uoluntate decedentem ex Italia secuti) instruit. equita  
tum enim ipsam circundedit cornibus. dextrum Cartha  
ginienfes sinistrum Numidæ tenuerunt. Varia adhorta  
tio erat in

tio erat in exercitu inter tot homines: quibus non lingua,  
non mores, non lex, non arma, non uestitus habitusq; nõ  
causa militandi eadem esset. auxiliariibus & præsens, &  
multiplicata merces ex præda ostentatur. Galli proprio  
atq; insito in Romanos odio accenduntur. Ligaribus capi  
uberes Italia deductis ex asperrimis montibus in spẽ  
uictoria ostentantur. Mauros, Numidasq; in Masanissæ  
ipotenti suueros dominatu terret alijs alia spes, ac meus  
iactantur. Carthaginensibus memora patriæ, dii penates,  
sepulchra maiorum, liberi cum parentibus, coniuges pa  
uida aut ex cædium seruitiumq; aut imperium, orbis ter  
rarum, nihil aut in metum, aut in spẽ mediũ ostentatur.  
Cum maxime hæc imperator apud Carthaginenses du  
ces suarum gentium, inter populares pleraq; per interp  
tes intermixtos alienigenis ageret: tubæ, cornuq; ab Ro  
manis ceciderunt: tantusq; clamor ortus: ut elephantú in  
suos sinistro maxime cornu conuerterentur. Mauros, ac  
Numidas. addidit facile Masanissa percussis terrorem: nu  
dauitq; ab ea parte aciem equestri auxilio. pauca tamen  
bestiarum intrepida in hostem actæ inter uelutum ordi  
nes cum multis suis uulneribus in gentem stragem ede  
bant. resiliens enim ad manipulos uelites, cum uia elephã  
tis, ne obterreretur: fecissent: in eas ancipites adictũ utrinq;  
coniiciebant hastas. nec pila ab antesignanis cessabant:  
donec undiq; incidentibus telis ex acti ex Romana acie hi  
quoq; in suo dextro cornu ipsos Carthaginensium eqtes  
in fugã uerterunt. Lælius ut turbatos uidit hostes: addit  
percussis terrore. utrinq; equite nudata erat Punica acies:  
cum pedes concurrat nec spe nec uiribus iam par. ad hæc,  
dictu parua, sed magni eadem in re gerẽda momenti res:  
congruens clamor à Romanis, eoq; maior & terribilior:

diffonæ illis, ut gentium multarum discrepantibus linguis, voces: pugna Romana stabilis, & suo, & armorum pondere incumbenrium in hostem: concursatio & uelocitas illinc maior, quam uis. Igitur primo impetu extemplo mouere loco hostium aciem Romani. ala deinde, & Umbonibus pulsantes in summotos, gradu illato, aliquantum spatij uelut nullo resistente incesere: urgentibus & nouissimis primos: ut semel motam aciem sentire: quod ipsum uim magnam ad pellendum hostem addebat. Apud hostis auxiliares cedentis secunda acies, Afri & Carthaginenses adeo non sustinebant: ut contra etiam, ueressentes pertransciter primos cadendo ad se perueniret hostis: pedem referrent. Igitur auxiliares terga dant repere: & in suos uersi, partim refugere in secundam aciem: partim non recipientes cadere: uñ paulo ante non adiuti, & tunc exclusi. & propè duo iam permixta praelia erant: cum Carthaginenses simul cum hostibus, simul cum suis congerentur conferere manus. non tamen ita perculsos, iratosque in aciem accipere: sed densatis ordinibus in cornua, uacuumque circa campum extra praelium eiecere: ne pauidos fuga uulneribusque milites certam & integram aciem miserent. Caterum tanta strage hominum armorumque locum, in quo steterant paulo ante auxiliares compleuerant: ut propè difficiliter transitus esset: quod per confertissimos hostes fuerat. Itaque qui primi fuerunt hastati: per tumultus corporum armorumque, & tabem sanguinis, qua quod poterat: sequentes hostem, & signa, & ordines confuderunt. principum quoque signa fluctuare ceperant: uagante ante se cernentes aciem. quod Scipio ubi uidit: recipere propere curare hastatis iussit: & saucijs in postremam aciem subductis, principes, triariosque in cornua inducit:

quo uisior firmiorque media hastatorum acies esset. Ita nouum de integro praelium ortum est. quippe ad ueros hostes peruentum erat, et armorum genere, & usu militiae, & fama rerum gestarum, & magnitudine uel spei uel periculi pares, sed numero Romanus superior erat: & animo: quod iam equites, iam elephantos fuderat: iam prima acie pulsa, in secundam pugnat. In tempore Lelius, ac Masinissa pulsos per aliquantum spatij secuti equites, reuertentes in uersam hostium aciem icurrere. Is demum equitum impetus fudit hostem, multi circumuenti, una uel cæsi per patentem circa campum fuga sparsi, tenentes omnia equitatu, passim interierunt. Carthaginensium, sociorumque cæsa eo die supra nullia uiginti, par ferme numerus captus est, cum signis militaribus centum triginta tribus, elephantis undecim. Victores ad decem millia cecidere. Annibal cum paucis equitibus inter tumultum elapsus Adrumentum per fugit: omnia & in praelio, & ante aciem, prius quam excederet pugna: expertus: & confessione etiam Scipionis, omniumque peritorum militiae illam laudem adeptus: singulari arte aciem eo die instruxisse. Elephantos in prima fronte: quorum fortius impetus, atque intolerabilis uis signa sequi, & seruare ordines, in quo plurimum spei ponerent: Romanos prohiberet. deinde auxiliares ante Carthaginensium aciem: ne homines nulli ex colluione omnium gentium, quos non fides teneret: sed merces: liberum recaptum fugæ haberent: simul primum ardorem atque impetum hostium exipientes fatigaret: ac si nihil aliud: alij missilibus, alij uulneribus suis ferrum hostium hebetarent. tum, ubi omnis spes esset: milites Carthaginenses Afrosque: ut oibus rebus alijs pares, eo quod integri cum fessis ac saucijs pugnant: su

periores essent. Italicos interuallo quoq; dirēptos, incertos socij, an hostes essent: in postremam aciem summos. Hoc edito uelut ultimo uirtutis opere Annibal, cum Adrumētum per fugisset: accūsusq; inde Carthaginem sexto ac trigesimo anno postquam puer inde profectus erat redisset: fassus in curia est: non praelio modo se esse, sed bello uictū: nec spē salutis alibi, q̄ in pace impetranda esse. Scipio confestim expugnatis à praelio hostium castris, direptisq; cū ingenti præda ad mare ac naues redijt: nuntio allato: P. Lentulum cum L rostratis, C onerarijs nauibus cū omni genere comætatō ad Vtica accessisse. Ad mouendum igitur undiq; terrorem percussæ Carthagini ratus, misso Lælio Romanū cum uictoriæ nuntio, Cn. Octauium terrestri itinere ducere legiones Carthaginem iubet. ipse ad suam ueterem noua Lentuli classē adiuncta, profectus ab Vtica portū Carthaginis petijt. Haud procul aberat: cum uelata insulis ramisq; oleæ Carthaginensium occurrit nauis. decem legati erant principes ciuitatis, anthore Annibale missi ad petendam pacem. qui cum ad puppim prætorie nauis accessissent, uelamenta supplicij porrigentes, orantes, implorantesq; fidem & misericordiam Scipionis: nullum ijs aliud responsū datum: q̄ ut Tunetem uenirent. eò se moriturum castra. ipse contemplatus situm Carthaginis non tam noscendi in præsentia, q̄ terredi hostis causa, Vticam, eodem & Octauio reuocato, redijt. Inde procedentibus ad Tunetem montus allatis: Verminam Syphacis filium cum equitibus pluribus, q̄ pedibus uenire Carthaginensibus auxilio. Pars exercitus cū omni equitatu missa turmalibus primis agmen aggressa Numidarum leui certamine fudit. exiit quoq; fugæ incluso, parte omni circumdatis equitibus. XV millia ho-

minum caesa: mille & CC uiui capti sunt: & equi numidicū mille & D: signa militaria duo & LXX. Regulus ipse inter tumultum cum paucis effugit. Tum ad Tunetem eodem, quo antea, loco castra posita. legatiq; XXX Carthagine ad Scipionem uenerunt. Et illi quidem multo miserabilius, quam ante, quia magis cogebat fortuna: egerūt. sed aliquanto minore cum misericordia ob recentis ueniam perfidiæ auditū sunt. Quāq; iusta ira omneis ad delendam stimulabat Carthaginem: tamen cū & quanta res esset: & quam longi temporis obsidio tam munita, & tam ualida urbis reputarent: & ipsam Scipionē expectatio successoris uenturi ad paratam alterius labore ac periculo successoris uenturi ad paratam alterius labore ac periculo successoris uenturi ad paratam alterius omnium animi uersi sunt. Postero die reuocatis legatis, & cum multa castigatione perfidiæ monitis, ut tot cladi bus edocti tandem deos, & iniurandum esse crederent: conditiones pacis dicta. Ut liberi legibus suis uiuerent. quas urbes, quosq; agros, quibusq; finibus ante bellum tenuissent: tenerent: populandiq; finem eo die Romanus faceret. per fugas, fugitiuosq; & captiuos omneis redderēt Romanis: & naues rostratas, præter triremes, traderent: elephātosq; quos haberent domitos: neq; domarent alios. bellū ne ue in Africa, ne ue extra Africam iniussu Po. R. gererent. Masanissa res redderent: fœdusq; cum eo facerent. frumentum, stipendiaq; auxilijs, donec ab Roma legati uenissent: præstarent. X millia talentū argenti descripta pansionibus a quis in annos L. soluerent. obsides ceterum arbitram Scipionis darent: nec minores XIII annis: ne XXX maiores. inducias ita se datur: si per priores inducias naues onerariæ captæ, quæq; fuissent in nauibus: resumerentur. aliter nec inducias, nec spē pacis ullā

